duarios Pla. tm̃ inter quos non sit nec esset debeat filius, aut frater seu nepos mei potestatis aut iudic. seu militum meorum, vel alicuius eorũ: & quilibet sit maior decẽocto annorũ: & qui soldatarii, & baroarii nõ possint aliqd accipe vel hr̃e in ciuitate Pla, vel suburbiis pro aliquo pignorãdo seu pro aliqd exequendo in pena .xl. soldorũ, & in pena ptãti .xxv. librarũ: & iudicibus eius nisi faciant restitui: & si contingeret aliquẽ ex dictis baroariis, ire ad pignoran. in epatu & districtu Pla. pro debito priuato ꝙ tũc possit habere pro eius salario siue mercede pro quolibet eorũ denar. quatuor pro quolibet milliari pro eũdo & redeũdo dũmõ nõ sint vltra duos: & tenear hr̃e, & habebo toto tpe mei regis .xii. equos cõtinue inter quos sint destrarii & .v. alii equi de armis quos ego ptãs habebo & tenebo meo rixigo & fortuna seu casu inueniẽdo ad dcm̃ regimen stando & redeũdo eo saluo ꝙ si destrarius vel equus de armis: vel roncinus mei ptãtis fuerit mortuus in ꝑlio seruitio cõis Placẽ. possim hr̃e pro emẽda & restitutione ipsius destrarii vel roncini estimatione eius quod fuerint extimati secundũ formã statuti quod legitur de hoc: & per .v. dies ante introitũ mei regiminis ero personaliter cũ tota mea familia in ciuitate Pla. & iurabo anteꝗ̃ descendã ad hospitium super libro statutorũ clauso & sigillato: & ipsa statuta sup qbus iurabo obseruabo in totum: & obseruari faciam iudicibus & militibus & familiariis meis: & etiã alia statuta & prouisiones que fient p cõe Placen. & tenear ego ptãs ciuitatis Placẽ. & tota mea familia stare & stabo cõtinue in ciuitate Pla. causa sindicatus p .x. dies in quibus debeã sindicari cũ tota mea familia p sindicatores qui electi fuerint nõ habẽdo aliquid a cõi pro me & familia mea: eo saluo ꝙ si vsq; ad .v. dies post exitũ meũ cõtra me vel aliquẽ de familia mea nõ fuerit aliquid dcm̃ vel propositũ ĩpune possim & libere repatriare cũ tota mea familia & non possim petere licentiã ego ptãs nec aliquis de familia mea seu de mea sotietate p me vel per aliũ seu absolutionẽ redeũdi seu repatriãdi ante dictos .x. dies dicti sindicatus si fuerit mihi dcm̃ vel propositũ cõtra me vel aliquẽ de familia vt supra dcm̃ est. Et si cõtrafecero vel fieri permisero ipso iure sum condẽnatus in trecentis libris Pla: & licẽtia data vel habita nihil valeat ipso iure: sed sit cassa irrita & nullus valoris: quã condẽnationẽ ptãs qui pro tpe fuerit teneatur & debeat exigere, & recupare & ipsum ptãtẽ cũ tota sua familia ꝑsonaliter detinere donec de predictis satisfecerit comuni Placen. Alioquin ipse ptãs qui nõ recuperauerit ipsam condemnationẽ amittat de feodo suo & salario trecentas libras Placen. ipso iure: & ille qui allegauerit vel arengauerit cõtra predicta vel aliquod predictorum in consilio generali vel spetiali sit condẽnatus ipso iure in libris cẽtum Pla. qualibet vice quos ptãs teneatur exigere infra .xv. dies. Alioquin ꝑdat ipse ptãs de suo feodo libras centum Placen. & tenear stare ad sindicatum predicto modo & forma: ita ꝙ non possim sindicari nec debeam: nec aliqs de familia mea possit sindicari: durãte officio mei regis: sed post finẽ mei regiminis: & finito meo regie debeã sindicari ego & familia mea modo predicto: & non aliter: & totũ id in quo fuero cõdẽnatus reddam & restituam cõi Placẽ. vel illi seculari persone cui fuero cõdemnatus seu cui fuerit cõdẽnatus aliquis de familia mea infra .x. dies a tpe cõdẽnationis facte per ipsos sindicatores infra dictũ tp̃s .x. dierũ vel post. Et anteꝗ̃ exeam de dicta ciuitate ego & familia mea soluam condemnationes predictas in pecunia numerata. Que oĩa superius

perius

perius ordinata significentur potestati per literas comunis Placen. tempore quó regimē vel potestaria denūciabitur ipsi ptāti: & hoc statutum: & oia & singula q̄ in ipso statuto continētur sint precisa & precisum: & in q̄libet parte sui: & precise in qualibet parte sui debeant obseruari: & de hoc non possit dari neq; peti licētia a consilio generali seu speciali seu arengo: & inde peti possit absolutio ab aliqua persona ecclesiastica, seu seculari nec recipi preterquā a domino. Et si data fuerit seu facta vel recepta non teneat ipso iurē nec valeat: sed semper oia & singula superius ordinata precise inuiolabiliter obseruentur; & si contingeret ipsum potestatem condemnari per sindicatores comunis q̄ occasione dicte condemnationis in ciuitate sua nunquā possint accipere represalias contra comune: & homines & res ciuitatis Placē. & precise teneatur iurare tēpore presentationis sui regiminis se obseruaturum predicta.

RVBRICA DE SACRAMENTO IVDICVM.

5 OMnes potestates iudices & milites seu potestatis sotii teneantur iurare in consilio generali cōis Placen. prima die, vel sequenti introitus regiminis potestatis q̄ facient eorum officia bene, & legaliter & obseruabunt statuta, & ordinamenta comunis placen. facta & fienda in pena librarum. xxv. Placen. si dictum non prestauerint sacramentum.

RVBRICA DE OFFICIO POTESTATIS EIVS IVDICVM ET FAMILIE SVE.

6 TEneatur ptās & eius iudices, & qlibet de ipsius familia, officium eorū exercere, & exerceri facere espensis ipsius potestatis, tā in ciuitatē quā districtu Plācen. ita q̄ nihil hr̄e vel requirere possint a comuni Placē. vel aliqua comunicate vel villa, siue etiam ab aliqua directo vel per obliquū: pro eo q̄ irent in districtu Plac. vel pernoctarent in ipso districtu Plac. occasione eius, vel eorum officii quacūq; occasione seu causa cum sint & esse debeant contēti salario dicto potestati ordinato per statutum nō obstante aliquo statuto consuetudine vel reformatione in contrarium loquentibus.

RVB. DE EQVIS POTESTATIS ESTIMANDIS.

7 TEneatur ptās infra. x. dies ab introitu sui regīs, estimari facere equos suos p tres bonos viros inter quos sit vnus equorum mareschalcus, eligendus p sapiētes tunc negotiis cōis Placē. presidētes. Et fiat monstra de dictis eqs & tota familia sua & baroariis ipsius ptātis quolibet mense corā dictis tribus bonis viris cum dictis tribus ex sapientibus: & q̄ dicti tres boni viri iurent bene & legaliter facere oia q̄ in dicto statuto continentur.

RVB. DE OFFICIO CAMERARII.

8 OMnes & singuli officiales cōis Placē. cogantur reddere rationē sui officii: & sue administrationis officiali seu offic. sup hoc deputatis: Et reliqua inferre camerario cōis Placen. infra mensem post exitum sui

officii numerandum in pena libr.x. Et nihilominus ad rationem reddendam teneantur. Que rationes reddantur ipsis officialibus cum duobus bonis uiris ad hoc p potestatem seu sapientes negotiis cōis Plac. tunc presiden. eligēdis.

RVBR. DE RATIONE CAMERARII REDDENDA.

9 CAmerarius cōis Placen. teneatur reddere rationem quolibet mēse in consilio generali facta prius & discussa dicta ratione per ipsum camerarium coram sex sapientibus iuratis: videlicet duo pro qualibet porta per ptātem: siue sapientes q pro tpibus fuerint eligendi: quorum qlibet habeat a cōi pro suo salario.xviii.denar.pro quolibet die quo fuerit circa examinationem ipsius rationis. Qui camerarius teneatur qoqd receperit: & quioqd soluerit pro cōi scribere seu scribi facere p ordinē in libris introitus & exitus ad hec deputatis & reddita ratione dicti libri remaneant in comuni: ita tamen quod cum dictis sapientibus sint tres ex sapientibus: tunc negotiis comunis presidentibus.

revisamentum quero quid significet

RVBRICA DE REVISAMENTIS CONTRA COMVNE PLACEN.

10 NVllum reuisamentum valeat nisi factum fuerit de licentia & mandato consilii generalis. Nec etiam aliquis possit scribi vltra viginti soldos pro creditore cōis in libris creditorum comunis Placen. absq; licentia & mandato consilii generalis: vsq; vero in.xx.soldis possit scribi per camerarium de mandato sapientis & sapientum q pro tpibus fuerint. Saluo q non obstantibus pdictis camerarius possit concedere & dare reuisamentum tubatoribus & curreriis comunis Placentie pro feodis eorum de condempnat. comunis Placentie.

RVBR. DE ALIENATIONE CAMERARII DE RE COMVNIS PROHIBITA.

11 NOn possit camerarius comunis Placen. aliquam rem comunis Pla. vendere locare vel in emphitheosim dare seu aliqualiter alienare seu in aliū transferre nisi de mandato & consensu cōsilii generalis. Saluo statutum quod loquitur q Camerarius possit concedere vel vendere aquas: seu ius earum.

RVBRICA DE COMPENSATIONE NON FIENDA CONTRA COMVNE PLACENTIE.

12 NVllus debitor comunis ex quauis causa possit obiicere compensationem eius siue pro eo quod habere debet a comuni nisi pro suo facto habere deberet non ex aliqua cessatione quo casu teneatur potestas & eius iudices ipsam condemnationem omnino admittere.

RVB. DE RECVPERATIONE BONORVM ET DEBITORVM COMVNIS.

13 TEneatur potestas & iudex camere toto posse exigere & recuperaŕ quicquid habere debet comune tam per captionem bonorum & rerum quam etiam si opus fuerit personarum.

RVBRICA DE ROBA TVBATORVM.

14 ITem statutum est ꝙ quilibet potestas teneatur & sit obligatus vinculo sacramenti vnam robam magnam vni ex tribus tubatoribus vt hacte-nus est consuetum.

nescio quid sit una roba magna

RVBRICA DE CONDEMNATIONIBVS CONSIGNANDIS CAMERARIO.

15 OMnes condemnationes & absolutiones criminales que fient per potestatem vel alios quoscunqȝ comunis officiales teneantur potestas & ipsi officiales incontinēti postq̄ fuerint late in publica comptione tradere, & cōsignare camerario cōis Plac. seu notar. camere pro ipso notario & camerario. Qui notarii teneantur vsqȝ ad octo dies in pena decem librar. Placen. scribere ipsas condemnationes & registrare in libro camere ad hoc spetialiter deputato: & sub pena predicta teneatur camerarius ipsas sic facere registrari & scribi, & ipsi scriptis sic & registratis originale penes ipsum camerarium debeat remanere. Et nihilominus dicte condemnationes debeant remanere penes potestatem & vicarium.

RVBRICA DE REBVS COMVNIS CONSIGNANDIS CAMERARIO.

16 QVicquid de hauere vel rebus cōis Pla. puenerit ad ptātem seu aliū officialem vel eius familiam. Teneatur ptās & qlibet alius officialis tradere & tradi facere & cōsignari camerariis ipsius comunis eadē die vel sequenti in pena .x. librarum qua si secus fecerit incurrat ipso facto.

RVBRICA DE NOMINIBVS POTESTATVM ET EORVM FAMILIE SCRIBENDIS IN LIBRO.

17 CAmerarius comunis Placen. teneatur habere vnum librū de cartis edinis vel pecorinis in quo scribantur nomina potestatum iudicum militum seu sotiorum eorum & aliorium officialium comunis Placen. Et ad que officia & per quantum tempus sunt deputati & nomina omnium notariorum deputatorum ad ipsa officia & quolibet eorum ad hoc vt acta que fient scribi valeant per quos fuerint scripta quotiens fuerit opportunum. Et quod vicarius potestatis teneatur compellere camerarium ad perficiendum predicta in statutis contenta.

RVBRICA DE BVLETA POTESTATIS.

18 NVllus poteſtas vel officiales comunis Placẽtie vel alia quauis ſingularis perſona collegiũ vel vniuerſitas habere poſſit de pecunijs comunis Placentie niſi habeat bulletam a poteſtate: ſeu ſapiẽtibus tũc preſidentibus negotiis comunis Placen. Que bulleta ſit regiſtrata in actis dictarie comunis, & per eos facta.

RVB. DE HOSPITIBVS NON MOLESTANDIS.

19 NVllus poteſtas iudex officialis ſtipẽdiarius vel perſona in officio vel extra officiũ cõſtituta poſſit aliq̃liter cogere vel cogi ſeu cõpelli facere aliquẽ hoſpitẽ albergatorẽ vel aliã pſonã contra eorũ voluntatem ad comodandum vendendum locandum vel aliqualiter concedẽdum ſibi vel alicui alii perſone lectos ſeu eorum apparatus contra eorum voluntatem in pena decem librarum Placen. cuilibet contrafacienti & qualibet vice.

RVBRICA DE CONFESSIONE POTESTATIS.

20 POteſtas teneatur per publicum inſtrumentum facere confeſſionem camerario cõis Placen. de omni ſolutione ſalarii ſui tempore quo recipiet vltimam ſolutionem ſalarii ſui.

R. DE ELECTIONE SINDICATORVM POTESTATIS.

21 TEneatur poteſtas prima vel ſecũda die introitus ſui regiminis congregare cõſilium generale in quo eligantur ſeptẽ ſindicatores poteſtatis predeceſſoris ſui: & eius familie. ſ. i. pro qualibet porta: & alius idifferenter inter quos ſit vnus iudex de collegio iudicum comunis Placentie. Et alii laici quorum ellectio fiat ſecundũ ꝙ ipſi conſilio placuerit q habeant pro quolibet ipſorũm. xx. ſoldos pro eorum ſalario.

RVBR. DE OFFICIO IVDICVM RATIONIS.

22 IVdices rõnis ad ciuiles cãs ad banchum griſonis & cerui deputati poſſint & teneantur reddere ius cuicunqꝫ conquerenti in ciuilibus: tam in ciuitate Placen. q̃ de diſtrictu vel aliunde: & tã eccleſiaſtico q̃ laico modo infraſcripto in ciuilibus. Quod per iudic. rationis deputatum ad banchũ cerui reddatur ius in homines ſiue cõtra homines & pſonas trium portarum ſ. porte ſancti Antonini: porte ſancti Laurentii: & porte noue & de guriarum & vltra nuriam & vltra ardam: & per iudicem rationis de bãcho griſonis ius reddatur in homines & cõtra homines & perſonas aliarum trium portarum. ſ. porte ſancte brigide: porte mediolanẽſis: & porte gariuerti: & de guriarum de intus nuriam & treuiam: & ſi aliter factum fuerit ſit caſſum & nullius valoris. Poſſit tamen vicarius dñi poteſtatis reddere ius quibuſcumqꝫ hominibus ciuitatis & epiſcopatus: excepto ꝙ non poſſet dare tutores nec curatores.

Rubrica

RVBRICA DE HIS QVE SPETIALITER POTESTATES TENENTVR.

23 TEneatur potestas dare operam cum effectu infra tres měses ab itroitu sui regiminis ingrere toto posse bona & iurisdictiones & iura & res co munis Placen. tam salinarum castrorum iurisdictionem domorū possessionū:q rerū cuiuscūq conditionis & qualitatis existát:& ea sic reperta poni facere in registro comunis Placen. absq mora.

RVBRICA DE ABSENTIA EIVS SIVE POTESTATIS SIVE ALTERIVS: DE CVIVS PREIVDITIO TRACTATVR.

24 QVotiens aliquid in aliquo consilio generali vel spetiali est tractandum vel fiendum de aliqua re que tangat potestatem vel eius familiam: vel alium quecunq principaliter potestas vel ille de cuius negotio principaliter agitur absint & remoueantur de dicto consilio. Alioquin potestas incurrat penam quinquaginta librarum & qcquid factum fuerit in fauorem eius de cuius negotio agebatur non valeat ipso iure.

RVBR. QVOD NVLLVS IVDEX VALEAT SE INTROMITTERE DE ALTERIVS OFFICIO.

25 NVllus ex iudicibus ptātis possit se intromittef de officio alterius nisi ex cōmissione sibi facta a ptāte q̄ appareat p publicū instrm̄ in pena xxv. libr. Plac. Et etiam sit irritum si secus fuerit attemptatum.

RVB. QVOD MILITES POTESTATIS TENEANTVR EORVM FAVOREM DICTO POTESTATI TRADERE.

26 MIlites aūt ptātis toto eorū posse teneātur dare consilium & adiutorium & fauorem ptāti faciendi & cōplendi suum regimen & potestariam vsq ad finem ad maiorem vtilitatem & honorem & bonū statum ciuitatis & hōium Placen.& districtus: & quicquid eis cōmissum fuerit per ptātem pro cōi Placen. bene & fideliter facere. Ita tamen q ipsi milites non possint nec debeant se intromittere de officio iudicis seu aliquo officiorum iudicum. Verum liceat eis occasione rixarum: & sturmi: & maleficii & similium capere,& capi facere, & detineri. Facientes seu facientem predicta vel aliquod predictorū:& ab eo vel ab eis tollere securitatem: & eos presentare & presentari facere corā ptāte,& similia facere q̄ ptinēt ad officiū militū.

R. QVOD POTESTAS NEC NON EIVS MILITES NON TENEANTVR ALIQVEM PERCVTERE.

27 STatutum est q potestas vel aliquis societatis eius vel familie non percutiat vel percutere possit gladio vel fuste seu baculo vel manu aliquē

ciuitatis Plac. vel districtus: nisi esset in hostili cāpo: vel prope inimicos vel nisi esset in rixa q̄ aliter diuidere non posset sub pena librarum .L. Placentie.

RVB. DE PROHIBITIONE REI COMVNIS PROHIBITA.

28 POtestas nec aliquis d̄ sua familia nec aliquis forēsis possit emere nec recipe aliq̄ rē cōis vel q̄ debeat deuenir̄ in comune nec etiā pignus aliqd nec aliqd aliud ad incātū: sub pena .x. librarum Placen. & quilibet alius emptor teneat̄ reddere pignus infra octo dies ei cuius fuerit restituto sibi ꝑtio cum expensis iustis sub pena .x. librarum emptori hec facere recusanti.

RVBR. DE PORTIS POTESTATIS TENENDIS APERTIS.

29 TEddat se facilē vt possit adiri potestas & teneat hostia & portas apertas & patētes a mane .s. ab horā campanarū vsq̄ ad tertiam a nona vsq̄ ad vesperas nisi hora comestionis vel iusta causa intercedat.

RVBRICA QVOD IVDICES HORIS CONGRVIS IVS REDDERE TENEANTVR.

30 OMnes iudices ptātis si in ciuitate fuerit teneantur bis in die sedere horis cōsuetis publice vbi reddi ius cōsueuit ex eorū officio exceptis diebus ieiunii in qbus semel in die sedere eis sufficiat. Et ptās bis in ebdomada sub pallatio cōis vbi redditur ius sedere publice pro tribunali teneatur nisi iusto impedimēto potestas vel eius iudices fuerint impediti exceptis diebus feriatis quibus sedere vt premittitur minime teneatur.

RVBR. QVOD POTESTAS NON POSSIT ARBITRIVM PETERE IN ALIQVO CONSILIO.

31 SI potestas petierit arbitrium sibi dari ab aliquo consilio comunis Plac. condēnetur & incidat in pena trecentarum librarum Pla. & ipsum arbitrium non valeat ipso iure. Et si quis hoc proposuerit vel consuluerit in pena centum librarum incidat ipso facto.

RVBR. DE FESTO BEATE MARIE VIRGINIS ET BEATI ANTONINI.

32 AD honorem Dei & beatę virginis Marie potestas teneatur facere fieri semel in anno festū honorabile maioris ecclesie Plac. in assumptione dicte virginis Marie pro salute aiarū Plac. ciuiū & oīum defunctorū eorum quod fiat per potestatē & milites & paraticos & populum Pla. Et q̄ omnes oblationes in laboreriis ipsius ecclesie conuertantur: & q̄ ptās teneatur congregare consiliū generale occasione dicti festi solēniter ordinati Et eodem modo teneatur potestas facere circa ordinem beati Antonini festū mar

fti martiris & militis & defensoris ciuitatis Plac. q̃ festũ celebratur de mense iulii. Et q̃ vltra predicta oẽs ville & castra habẽtes potestatẽ vel vicariũ ac ẽt oẽs ville cuiuslibet plebatus teneãtur & debeãt & cogi possint & debeant per dñum potestatẽ Plac. ad faciẽdũ oi anno dictas oblationes in dictis festis videlicet quelibet hñs ptãtem seu vicariũ vnũ paliũ concedentẽ & oẽs ville cuiuslibet plebatus insimul vnũ paliũ pro quolibet plebatu secũdũ eius facultatẽ & prout faciunt paratica ciuitatis Plac. que omnia conuertantur ad laboreria dictarũ ecclesiarũ. Et q̃ potestas & anciani Placen. teneantur, & debeant eligere tres bonos viros qui supersint, & superesse debeant laborerio dicte ecclesie sancti Antonini: & qui recipiant oblationes pre dictas prout electi sunt ad laborerium ecclesie maioris Placẽ. Et q̃ quilibet potestas Placẽ. teneatur predicta in totum executioni demandare & predicta fieri facere sub pena periurii & librarum centũ applican. comuni Placẽ. & hoc teneatur specialiter iurare i principio sui regis: & si cõtrafecerit possit & debeat sindicari.

RVBRICA DE VACATIONE REGIMINIS.

33 CVm vacatio munerũ a iure sit inducta merito duximus statuẽdũ q̃ quilibet ptãs Placen. & eius iudices & milites seu socii & vniuersa eius familia cessent tẽpore exitus sui regiminis vel officii p triẽnium continue a regimine vel officio quod habuerant in ciuitate Placen. statuto aliquo non obstãte. Et hoc in pena cuilibet contrafacienti florenorũ qnquaginta auri & contra hoc non possit dispensari per consilium generale: & ancianos cõis Placen.

RVB. DE CONCORDIA FIENDA INTER CIVES PER POTESTATEM.

34 QVia cõcordia res pue crescũt & discordia maxĩe dilabũt vt bonũ publicũ augeat teneat ptãs cũ effectu oibus remediis ptoribus qbus melius sibi videbit expedit ciues Pl. iter se discordiã hñtes coget ad cõcordiã & verã pacẽ.

RVB. DE CAMPANA PLAC. HORIS CONGRVIS PVLSANDA.

35 CAmpanã cõis teneatur potestas facere pulsari horis consuetis videlicet in aurora diei vna vice: & circa horam prime tribus vicibus interpolatis: & post nonam hora consueta tribus vicibus interpolatis: & circa horam completorii propter salutationẽ beate virginis Marie fiendam in prima hora noctis hora consueta ne gentes discurrant per ciuitatẽ tribus vicibus interpolatis & in q̃libet vice pulsetur ipsa campana. xx. ictibus aliquantulũ raris ad hoc vt vnusquisq̃ possit audiri ipsam campanã & ad domum se redire.

RVB. DE MERETRICIBVS NON POSSENTIBVS HABITARE INTRA FOSSATA.

36 NVlla meretrix publica, habitet vel permittatur habitare infra fossata ciuitatis nec etiam questum corporis facere subtus pallatiũ vel in platea:

seu circa plateam cōis Placen. Et teneatur potestas predicta cum effectu pro hibere & de viciniis ciuitatis infra dicta fossata sitis ad requisitionem mallaru: seu alicuius ex vicinis ipsam cōpellere quoties sibi notificatum & reqsitum fuerit in pena.xxv.libr. quam incurrat potestas ipso facto. Quibus meretricibus infra dicta loca nullus locet vel tradat domos ad habitandum in pena cētum soldorum Placen.& de ipsis domibus potestas nihilominus in pena.xxv. librarum eas expellere teneatur.

RVBRICA DE PROCESSIBVS MALEFICIORVM FIENDIS.

37 SVper qcūq; accusa denūciatione vel inqsitione q̄ vertitur coram iudice maleficiorum possit & teneať potestas & ipse iudex cognoscere & procedeř diebus feriatis & nō feriatis: Ptās teneatur ipsas accusas denūciationes vel iquisitiones siue fuerint incohate coram ipso siue coram predecessore suo terminare diebus feriatis & non feriatis infra duos mēses a die cōtestatiōis vere vel ficte numerādos cōdēnādo vel absoluēdo in pena.xxv.libra. Placen.qlibet vice q̄ cōtradixit faciēdū q̄ penā incurrat ipso facto. Et vt pdicta citius valeant expediri teneantur notarii q pro tpibus predecessorū ptāt. fuerint ad maleficia deputati in pena.x.libr. Placē. cōsignare oīa acta maleficiorū q̄ habuerit tpe sui officii ptāti ifra mēsem ab itroitu regis ipsius ptātis.

RVBRICA DE DETENTIONE PERSONARVM NON FIENDA PER POTESTATEM.

38 NEmo detineať psonaliter p ptātē vel eius iudicē seu p aliquē officialē cōis Placē.pro aliquo debito si paratus fuerit pstare idoneā securitatē nisi pro maleficio pro quo deberet psonaliter puniri. Quod si secus fecerit ptās pēa.xxv.libr. Pla. & qlibet alius officialis icurrat ipso facto.

RVBRICA DE MILITIBVS POTESTATIS AD MERCHATA MITTENDIS.

39 POtestas teneatur mittere vnū ex iudicibus vel militibus suis ad quodlibet merchatū quod fit in episcopatu a ciuitate Placen. infra quattuordecim milliara vt p hoc rixe cessent & banniti capiantur: & q statutum locum non habeat in mercatis florenzole & castri sci ioannis.

RVBR. DE ELECTIONE CONSILII GENERALIS.

40 VT perfectius Plac.ciuitas guberneť. Statuerūt q de cetero fiat & eligat cōsiliū generale ipsius ciuitatis hoc modo videlicet. Quod ptās teneatur cōgregare seu cōgregari facere priorē fratrū predicatorū cū tribus de fratribus discretioribus sui conuentus ciuibus Plac. & guardianū fratrū minorum cum tribus ex discretioribus sui conuentus ciuibus Placen.q fratres quatuor bonos viros ciuitatis Placē.duos de progenie militū:& duos

populares pro qualibet porta: de quarũ electione eorum sint conscientie onerate, & ipsos sic electos tradãt in scriptis potestati. quos potestas cogere teneatur p sacramentum eorum eligere & scribi facere ipsum cõsilium generale videlicet centum pro qualibet porta bonos & idoneos & boni & publici amatores quorum consiliariorum qlibet sit etatis annorum. xx. ad minus quos consiliarios sic electos cogat potestas corpore iurare de consulendo & ordinãdo q̃cquid pro bono comuni ipsius ciuitatis crediderint expedire: & quando cõgregabitur ipsum consiliũ ad aliquod ordinamẽtũ esse debeãt ducenti ad minus ex dictis consiliariis in quo consilio nõ intersint aliqui qui nõ sint de ipso nec in eo possint proponi seu fieri vltra quatuor poste seu articuli: & q̃ nullus cõsulat vltra id quod in ipsis postis & articulis continetur. Et quicquid per maiorẽ partẽ ipsorũ consiliariorũ facto partito inter eos palã per scrutiniũ fore secretũ prout eis videbitur: valeat, & teneat in totũ & per totũ perinde ac si factum esset per vniuersum populũ Placen. Saluo q̃ q̃do fiendus esset fin dicus occasione electionis potestatis vel denunciandi potestariã: seu promittendi salariũ potestati vel sindico qui sindicare hẽat prãtem vel aliũ officialẽ vel sindicum ad vendendũ gabellas seu itroitus cõis Placẽ. publice ad incãtũ seu quãdo camerarius vel alius officialis reddet in consilio rõnẽ: tunc non habeat locũ dicta solẽnitas sed sufficiat maior ps consiliariorũ qui in dicto cõsilio fuerit cõgregati: hoc videlicet obseruando. q̃ potestas teneatur anteq̃ congregatur pro aliquã re consiliũ generale facere ipsũ preconizari p ciuitatẽ & cãm pp quã habeat cõgregari, p̃missa nõ habeãt locũ in cõsilio in quo dãtur breuia: & officia cõmunis Placen. eligãtur de quo cõsilio q̃ vocabitur de cetero cõsiliũ generalissimũ possint eẽ oẽs ciues Placẽ. maiores quatuordecim annorũ in quo fiendo seruetur talis ordo q̃ potestas p octo dies anteq̃ faciat p̃conizari q̃ qlibet ciuis Placẽ. etatis p̃dicte qui eẽ vult de dicto cõsilio faciat scribi nomẽ suum per notarios super hoc deputatos. Et q̃ quicũq̃ qui fecerit sic se scribi de ipso consilio habeatur: dũmodo substineat onera realia & personalia in ciuitate Placen. Et q̃ filius familias q̃tũ ad hoc substinere itelligatur dicta onera si pater eius substineret, & q̃ de triẽnio in triẽnium per electores de quibus fit mentio in dicto statuto examinetur dictũ consilium vt si aliqui ex dictis consiliariis essent mortui vel se absentassent q̃ in locũ eorum alii ponantur & possint addere & detrahere dicto consilio prout melius videbitur eis dummodo remaneat in numero predicto, & fiat hoc de mense martii.

RVBRICA DE FOSSATIS COMVNIS PER POTESTATEM VIDENDIS.

41 SIngulis duobus mensibus teneatur potestas videre seu videri facere omnia fossata magna vel parua comunis Placentiæ, & sapellos existentes in ciuitate Placentiæ, vel circa ipsam ciuitatẽ & facere aptari vbicunq̃ fuerint devastata seu destructa & nihilominus punire deuastan.

RVBRICA DE STATVTIS ET PROVISIONIBVS COMVNIS OBSERVANDIS.

42 POtestas & eius iudices & quilibet officialis cõis Placẽ. teneat̃ obseruare statuta prouisiones reformationesq̃ cõis Placẽ. facta & fienda in pe

na qnquaginta librarũ poteſtati, & xxv. librarũ cuilibet officiali pro quolibet ſtatuto nõ ſeruato: ſi de hoc fuerit reqſitũ in pena poteſtati.xxv. librarũ. Et de cẽ librarũ cuilibet officiali comunis Placen. pro quolibet ſtatuto nõ ſeruato.

RVB. DE PORTIS CIVITATIS VIDENDIS MANDATO POTESTATIS.

43 TEneatur poteſtas ſemel ĩ tpe ſui regis videř ſeu videri faceř p ſe vel p aliquẽ ex iudicibus vel militibus ſuis oẽs & ſingulas portas ciuitatis & ſi fuerint diſcooperte facere ipſas cooperiri & aptari ſecũdum q̃ opus fuerit.

RVBR. DE AVXILIO DANDO PER POTESTATEM OFFICIALIBVS PETENTIBVS.

44 QVotiens ptãs ab aliquo officiali comunis Placen. fuerit requiſitus teneatur ſibi preſtare auxilium & fauorem ad eius officium exercendum & effectui demandandum.

RVB. DE MITTENDO VNVM IVDICEM VEL MILITEM PRO MALEFICIIS.

45 QVando aliquod homicidium diceretur factum in diſtrictu Placen. teneatur poteſtas mittere vnum ex iudicibus vel militibus ſuis ad locum maleficii pro ipſo maleficio inquirendo.

RVBRICA DE OFFICIIS NOTARIORVM AD BREVIA DANDIS.

46 OMnia officia notariorum q̃ dantur ad breuia vel per ſortes per.v. electores elligantur quorum tres ad minus ſint concordes.

RVBRICA QVOD POTESTAS NON PERMITTAT STARE INTRA BARRAS ALIQVAM PERSONAM QVANDO DANTVR OFFICIA.

47 QVando officia dantur ad breuia vel per ſortes poteſtas nõ permittat aliquem notarium vel alium ſtare intra barras vel aliquam opportunitatẽ nutum vel ſignum electoribus facere re vel verbo pro officio obtinendo; & nullus poſſit eſſe ex ipſis electoribus niſi ſit maior quatuordecim annorum.

RVB. QVOD NVLLVS NOTARIVS POSSIT RETINERE PLVRA OFFICIA.

48 NVllus notarius poſſit hře vel retinere plura officia vno eodẽq; tpe: & ſi plura officia notař. elligař elligat vnũ q̃ malit: quo facto officia alia ad q̃ fuerat electus aliis notariis p ſortes & p breuia denř in cõſilio in quo dãtur.

Rubrica

RVB. QVOD NVLLVS NOTARIVS AD ALIQVOD OFFICIVM COMPELLATVR.

49 NEmo inuitus ad aliquod officium comuis Placentię compellatur.

RVBR. QVOD NOTARII TENEANTVR STARE HORIS DEBITIS AD OFFICIA.

50 NOtarii q habent officia stare teneantur horis cōsuetis ad eorum officia exercēda i pena pro qlibet vice.v.soldorū nisi iusta cā fuerit escusatus.

RVBRICA QVOD DVO FRATRES MINORES DEBEANT INTERESSE DATIONI OFFICIORVM.

51 DVo fratres minores & non alii stent tempore quo breuia dantur causa scribendi officia,& nomina eligētium & notariorum electorum prout hactenus est cousuetum cum quibus fratribus stet vnus iudex potestatis tm̄ nec cum vocatis ad breuia vadant aliqui de familia potestatis seu cum dictis fratribus stent aliqui de dicta familia vel aliunde.Sed dicti vocati soli intrent & hoc statutum legatur tempore quo breuia erunt danda.

RVBRICA DE NOTAR. ELIGENDIS AD OFFICIA.

NOtarii qui elligūtur ad officia ad breuia vel ad sortes de collegio notariorum Placē. & in matricula collegii notariorum:& sint maiores qua
52 tuordecim annorū:& nō sint seu sit clericus prebendarius nec ad ea alii aliqualiter admittantur:sed sint penitus ab ipsis officiis exclusi & exceptati.

RVBRICA DE VACATIONE NOTARIORVM.

SIquis notarius exercuerit officium maleficii vel victualium siue ad hoc
53 fuerit electus siue ipsum exercuerit noīe alieno cesset ql anno a dictis officiis per sex menses subsequentes nisi ad ipsa officia vel alterum eorum pro sex mensibus subsequentibus ad breuia vel ad sortes sit electus.

RVBRICA DE NOTARIIS CONSTITVENDIS ET PONENDIS IN MATRICVLA.

54 QVilibet de ciuitate vel episcopatu Placentie oriūdus:qui fuerit inuestitus de officio notarie ab eo qui habet ab imperio iurisdictionem faciē di hoc:sit maior quatuordecim annorum: si est filius vel frater vel abiaticus alicuius notarii : & si fuerit alius de ciuitate vel episcopatu Placentie oriundus : & sit maior sedecim annorum possit intrare in collegio notariorum

& consules notariorum teneantur eum admittere:& matricula collegii notariorum scribi facere dummodo prius examinetur per ipsos omnes consules si adesse ad hoc voluerint:& si adesse noluerint q ad hoc compellatur p potestatem Placē. vel eius vicarium q pro tempore fuerit ad postulationem intrare volentis dictum collegium & duodecim sapientes bonos notarios & sufficientes in latinando & scribēdo:& si per maiorem partem ipsorū consulū & sapientū fuerit approbatus facto serutinio secreto inter eos: & si fuerit filius seu frater vel abiaticus alicuius notarii d ipso collegio soluat ipsi collegio .xx. solidos Pla. Alius vero qlibet soluat lx. soldos Placen. Et si aliquis est vel fuerit scriptus in matricula notariorum dicta forma non seruata: non habeatur pro notario nec possit aliquod officium obtinere sed de ipsa matricula penitus cancelletur & pro cancellato habeatur ipso iure.

RVBRI. QVOD ALIQVIS NON POSSIT EXERCERE ARTEM NOTARIE NISI SIT IN MATRICVLA NOTARIORVM.

55 Item q nullus notarius qui non sit oriundus de ciuitate Placentie vel districtu:& qui non sit approbatus in nota. per collegiū notar. Placentie & in matricula dicti collegii scriptus possit vel valeat operari seu exercere artē:seu officium notarie ciuitate Placen:vel districtu:& siquis contrafecerit ea que fecerit non valeant nec teneant ipso iure.

RVB. DE ELECTIONE NOTARIORVM QVANDO OFFICIA DANTVR AD BREVIA.

56 AD ordinem officiorum notar. cōis Plac. perpetuo obseruan. firmiter ordinamus q oēs notarii ciuitatis Plac. de collegio notariorū elligantur per sex menses ad officia infrascripta in tribus portis:videlicet .i. porta scē Antonini:porta noua:porta sci Laurētii:& in aliis sex mensibus elligantur in porta scē Brigide:porta Mediola. & porta Glamerii:& deinceps p sex mēses seruetur ordo prelibatus inter ipsas portas:& q sint & elligantur ad sortes & breuia in cōsilio generalissimo more solito in ipsis tribus portis sex notar. qdelicet duo pro qlibet ipsarum triū portarū ad maleficia & duodecim ad officia reddēda bācorū grifonis & cerui:videlicet duo pro qlibet dictarū triū portarū ad quodlibet banchū cuiuslibet iudicis rōnis:& duo pro qualibet triū portarū ad camerā cōis: & tres ad officiū capit. Videlicet pro qlibet dictarū triū portarū vnus:& tres ad dcāriá videlicet vnus pro qlibet dictarū triū portarū & duo ad officiū salis:& .i. ad officiū pignerū. Videlicet .i. pro qlibet dictarū triū portarū:& tres notarii ad officiū stratarū pontiū & viarum & operū publicorū tā ciuitatis Plac. q districtus .s. vnus pro qlibet porta in dictis tribus portis. Et vnus notarius potestatis Florenzole vnus potestatis vallis Arde:& vnus potestatis vallis ceni:vnus ptātis vallis Tari:vnus ptātis Bobii:vnus potestatis castri sancti Ioannis: vnus potestatis Roncharoli dictis tribus portis secundum q sors dederit in qualibet dictarum trium portarum: tamen illa porta ex dcis tribus portis in qua semel puenerit aliquod ex dictis officiis

Videlicet ptātis Florenzole vallis Arde ptātis vallis Ceni:ptātis vallis Tarri: ptātis Bobii:ptātis castri scī Ioānis:ptātis Rōcharoli:nō habeat iterato officium illud quousq;alie due porte illud idem officiū obtinebunt. Qui notarii elligantur in illa,& de illa porta in qua scripti sunt in matricula notariorum.

RVBRICA QVALITER CONSVLES NOTARIORVM RECOMENDARE HABEANT.

37 Statutū est ꝙ cōsules notar. q modo sunt:& q pro tpe fuerint teneātur sacramēto facere venire corā se oēs notarios ciuitatis & episcopatus Pla.& scribi facer nomē cuiuslibet notarii in vno q̄terno:& iuxta nomē eius oēs imbreuiaturas q̄s penes se habēt de aliquo notario defuncto & nomē notarii defuncti:& facere ipsos notarios q corā eis venerint manifestare si sciunt aliquā personam q̄ penes se habeat imbreuiaturas alicuius notarii defuncti similiter.

RVBR. QVALITER POTESTAS TENETVR DARE ORDINEM DE IMBREVIATVRIS NOTARIORVM RECOMENDAN.

38 Item statutum est ꝙ dominus ptās Placen.semel tpe sui regiminis teneatur in pena.xxv. librarum Placētie fieri facere preconizationē generalem p ciuitatem Placē. ꝙ oēs & singuli cuiuscūq; conditionis existant habētes penes se vel scientes alios q̄ notarios habētes penes se imbras alicuius notarii defuncti teneantur infra octo dies subseq̄ntes ipsas imbreuiaturas corā dicto domino Potestate vel eius vicario manifestare sub pena .x. librarum Plac. cuilibet penes se imbras habenti. Et ipsas non manifestāti contra quos dictus dominus ptās vel eius vicarius ex suo officio & ad req̄sitionē seu notificationem consulum collegii notariorū & alterius cuiuscūq; inq̄rere & procedere: eosq; punire repertos de predictis culpabiles teneatur: Et ꝙ dictus dñus ptās seu vicarius eius teneatur auferre ipsas imbreuiaturas notario q̄ repte fuerint penes alias psonas q̄ notarios:& ipsas imbreuiaturas recomendare penes vnum bonum & idoneum notarium morantem in ciuitate Placentie de collegio notariorum ciuitatis Placentie eligēdi, per illū penes quē fuerint dicte imbreuiature esse si ille non elligeret p ipsum dominum potestatem vel eius vicarium elligatur. Et ꝙ dictus dominus ptās seu eius vicarius teneatur oia noia & pre noia illorum notariorum quorum fuerant dicte imbreuiature & noia illorū penes quos ipse imbreuiature repte fuerint & recomēdate scribi facere ī vno libro ad hoc spetialiter deputato:quolibet stare debeat penes camerarium cōmunis Placē. vt oēs videre valeant. Et ad hoc vt predicta melius fortiātur effectū teneantur consules notariorū ciuitatis Placen. hoc statutū ptāti Placen. vel eius vicario ītimare & notificare & procurare & sollicitare vt cōtēta ī hoc statuto effectui demādētur sub pena cētū soldorū Plac. pro quolibet cōsule.

RVBR. QVALITER ADHIBEATVR FIDES INSTRVMENTIS FINIENDIS PER NOTARIOS AD IMBREVIATVRAM ALTERIVS NOTARII.

59 Consuetudo est & fuit in ciuitate & districtu Plac. longo & longissimo tpe approbata cuius initii vel contrarii memoria nō existit q̄ qbuscūq; instrumentis finitis:& in publicam formā redactis per aliquē seu aliquos notarios publicos Placē. eorum vice,& mandato detur & adhibeatur: & data & adhibita fuit:& est plena fides in iuditiis & extra:valent & tenent & voluerūt & tenuerunt ac si instrumenta finita: & in publicā formā redacta & reducta essent & fuissent manu illius notarii seu notariorum qui dicta instr̄a scripserunt seu br̄auerunt. Quā consuetudinē approbamus & confirmamus & pro statuto ciuitatis Placen. & districtus habere volumus. Aduertentes q̄ de cetero notarii publici Placen. & districtuales qui tradent aliqua instrumenta per eos breuiata alii notario Placen. districtus eorum nomine seu vice & mandato finienda & scribenda teneantur & debeant post gruppum & scriptionem illorum notariorum:qui sic dicta instrumenta finierint & scripserint se ipsis instrumentis subscribere cum eorum gruppo vel signo consueto.

RVBRICA DE FIDE ADHIBENDA INSTRVMENTIS AVTENTICATIS.

60 Consuetudo est & fuit in ciuitate & districtu Placen. longo tpe ac lōgissimo obseruata cuius initii vel contrarii memoria non existit q̄ qbuscūq̄ instrumentis auctenticatis seu publicatis mādato iudicis ad postulationem quorumcūq̄ p quoscūq̄ notarios publicos Plac. absq̄ presentia seu reqsitiōe ptis: dat & adhibetur & data ē & adhibita plena fides in iudiciis & extra. Et valeāt & teneāt & valuerunt & tenuerunt ac si ipsa instrumēta auctēticata & publicata essent presentibus vel reqsitis & aliis iuris solēnitatibus obseruatis Quam consuetudinem approbamus & confirmamus & pro statuto ciuitatis Placen.& districtus haberi volumus. Saluo q̄ presens statutum non vendicet sibi locū i aliquo instr̄o depositi seu mutui vel cambii monete modo predicto auctenticato q̄tum ad exactionem ipsorum debitorum. Sed solūmodo valeant ipsa instrumēta debitoꝝ dcō mō auctēticata ad defensionē & p̄dicta nō p̄iudicēt nec vtilitatē afferant alicui in aliq̄ questione vel cā nūc pēdente.

RVBR. DE NON POSSENDO FINIRE ALIQVOD INSTRVMENTVM AD IMBREVIATVRAM MORTIFICATAM.

61 Statutum est q̄ aliquis notarius nō possit nec debeat restituere ad imbr̄as mortificatas instrumentum aliquod q̄ pertineat ambabus partibus vel alteri earū tm̄:& ptās vel iudices vel officiales non possint precipe alicui notario vt ip̄m instr̄m restituat nisi citata fuerit bis altera ps & de ipsa relatione citationis cur. fiat publicū instr̄m:& si cōtrafactū fuerit ip̄m instr̄m pro nihilo habeatur & nullius momēti sit & sit penitus cassum & irritum. Saluo q̄ si illa ps q̄ fuerit citata & cuius interterit venerit & dixerit q̄ sibi placet & vult q̄ instrumentū restituatur & detur requirēti. Et hoc scribat in actis:tūc notarii possit ipsum instr̄m libere restituere sine aliqua citatione. Ita tamē q̄ si ps citata cōpuerit & dixerit se cōtradicere restitutioni q̄ tūc petitio seu requisitio

q̄lis scribat in actis p illū qui petit sibi restitui & sup hoc procedat sumarie & de plano sine strepitu & figura iudicii quolibet die feriato & nō feriato. Ita tamē q̄ instrumēta sindicatus procur. tutele cure inuētarioꝝ tutorū & curatorū & quorūlibet actorū factorū iter ptes possint restitui ad postulāt. cuiuslibet reqrētis cuius interest vel iteresse posset absq; reqsitione alicuius psone.

RVBRICA DE CVRRERIIS.

62 NVllus de cetero posset esse currerius comunis Plac. nisi sit de ipsa ciuitate vel episcopatu oriūdus vel nisi steterit siue habitauerit in ciuitate Placen. p. x. annos: & nullus qui sit famulus vel scuterius alicuius: & q̄ quilibet currer. qui eligetur: eligatur p prātē vel eius vicariū & sapiētes tūc psidentes negotiis cōis Placen. vel p maiorē ptē eorū. Et teneantur oēs curerii cōis psentes & futuri iurare & dare idoneā securitatē de. x. libris coram iudice camere de suo officio legaliter exercēdo q̄ scribatur in libro actorum seu scriptorū camere in quo libro etiā scribantur oia noia curreriorū p ordinem: & ad hoc vt possint cognosci vbicūq;. Volumus q̄ oēs currerii tā psentes quā futuri teneātur in pena. x. soldorū pro q̄libet vice q̄ incurrāt ipso facto quotienscūq; duxerit contrafaciendū portare sup caput caputiū vel zaffardā de pāno iano cū signo ad arma cōis. Que caputia seu zaffarda dentur eis expensis cōis Placen. quolibet anno in festo annuntiationis beate virginis Marie de mense martii ad hoc vt predicta facilius & melius impleantur. Que oia teneatur ptās adimplere & facere adimpleri in pena. xxv. librarū. Que pena incurrat ipso facto si secus duxerit faciendum. Et q̄ dictū est de dictis zaffardis & caputiis non intelligatur in currer. de equo qui vocantur caualcatores.

RVBRICA QVALITER CVRRERII DEBENT FACERE CITATIONES.

63 ITem statutum ē q̄ vbicūq; in statutis cōis Placen. fit mentio seu dicit q̄ aliquis possit vel debeat citari seu illi preceptum seu notificatio fieri ad domum q̄ predicta fieri possint & sufficiat ad domum quam ille tunc habebit seu tenebit vel familias eius in ciuitate Placen. Et si ille tūc non habebit seu tenebit domum in ciuitate Placen. tunc predicta fieri debeant ad domum eius habitat. si habuerit vel habitationem tenuerit in districtu: & si tpe citationis seu notificationis fiende ad domum. Ille non habuerit nec tenuerit domum vel habitationem in ciuitate Placentie vel districtu tunc possit & sufficiat fieri citatio & notificatio ad domum vbi stare & habitare consueuit.

RVBR. QVALITER CVRRERII DEBENT FACERE CITATIONES ET SAXIMENTA REFERRE.

64 ITem statutum est q̄ nullus currerius ciuitatis Plac. possit nec debeat facere alicui citationem aliquam seu preceptum vel pignoramentum ex parte & de mādato alicuius iudicis vel officialis comunis Placen. in ciuitate Placen. vel districtu ad postulationem vel instantiam alicuius nisi habita & obtenta

ab illo iudice vel officiale commissione predicta faciendi: & nisi illam citationē vel preceptum dictus currerius illi cui fecerit det & dimitat in scriptis psonaliter vel ad domum eius solite habitationis vel eius familie si viuit vel ad domum eius heredum si non viuit. Et q̄ dictus currerius teneatur & debeat relationē suam de citatione precepto saximento & pignoramento que fecerit & de eo quod sibi fuerit commissum dicto iudici vel officiali vel notario ipsorum referre: & illa scribi facere in actis illius iudicis vel officialis ex cuius parte vel mandato dicta citatio seu preceptum saximentum vel pignoramentum seu commissio emanauerit infra secūdum diem: si facta fuerint in ciuitate Placen. vel confinia seu fieri debuerint. Et intra. v. dies si facta fuerint vel fieri debuerint in districtu Placen. Et si aliter factum fuerit per aliquos currerios nō valeat nec teneat ipso iure. Et nihilominus qlibet currerius qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum condemnetur qualibet vice in soldis viginti Placen. ipso facto nisi dictus currerius legiptimam excusationem fecerit. Quā penā soluere teneatur & compellat incōtinenti absq̄ aliqua cōdēnatione de ipso currerio fienda. Et nihilominus ad restituendū illi qui ipsum cur- reriū miserit totū illud q̄ ab eo recepisset occasione predicta fienda & cuius pene medietas sit cōis: & alia medietas partis ad cuius postulationē p̄dicta facta fuerint: saluo q̄ quilibet currerius possit facere libere penes quoscūq̄ in ciuitate Plac. & districtu saximen. & sequestrat. ad postulationē quorūcūq̄ ex parte cuiuscūq̄ iudicis cōpetentis absq̄ aliqua comissione per ipsum iudicem dicto currerio fienda & absq̄ aliqua scripta portanda. Et hoc non vendicet sibi locum in saximentis que fient consulibus villarum & hominibus villarū & locorum districtus Placen. de fructibus que saximenta fieri debeant cū litteris scriptis per notarios iudicis ex cuius parte facta fuerint dicta saximenta.

RVB. DE LIMITATIONE SALARIORVM CVRRERIORVM

65 ITem statutum est q̄ nullus currerius audeat nec presumat aliquid petere pcipere exigere extorquere vel habere pro eius solutione salario vel labore ab aliquo ciuitatis vel episcopatus Placen. quem citauerit vel pignoraverit seu cui preceperit seu ab alio pro eo quacūq̄ de causa preterq̄ ex maleficio pena corporis vel sanguinis ingeritur: sed qlibet ad cuius postulationē missus fuerit aliqs currerius teneatur ipsi currerio soluere & satisfacere & nō ille cui missus fuerit: & si aliter per ipsum currerium factū fuerit puniatur: & soluat qualibet vice qua contrafecerit nomine pene soldos. xx. Placē. sine aliqua condemnatione de ipso currerio fienda & quilibet possit denūciare & accusare: & habeat medietatem dicte pene. Et nihilominus compellatur dictus currerius ad restituendum illi a quo habuerit vel receperit in duplum totū illud quod ipse recipere occasione predicta duxerit faciendum.

RVB. QVOD CONSVLES VILLARVM TENEANTVR DARE AVXILIVM CVRRERIIS.

66 IN ciuitate Placen. sint tantum sex tubatores comunis q teneantur tenere continue quilibet vnum equum siue ronzinum & habeant pro eorum

salario

salario a comuni quolibet mense. xl. soldos pro quolibet eorum qui teneãtur cridas quas fecerit facere per omnes portas & cruces portarum cõsuetas & per alia loca consueta in pena decem soldorum qualibet vice qua contrafecerint: Quam penam incurrant ipso facto,

RVBRICA DE TVBATORIBVS INDVENDIS.

67 ITem q comune & homines Placen. teneantur singulis festiuitatibus beate marie virginis de mense augusti induere oẽs turbatores Placen. videlicet vnum gonellum duas caligas & vnum capitium pro quolibet quod consuetum est fieri in ciuitate Placentie.

RVBRICA DE SALARIO CVRRERIORVM.

68 HAbeat currerius pro ambassiata q̃ fecerit in ciuitate Placen. vel sub vrbiis duos denarios tãtũ: saluo q de ambassiata q̃ fecerit in platea cõis vel circa plateam habeat vnum denarium tãtum pro ambassiatis autem quae fecerit seu fient in districtu Placen. & de pignoramentis que fient in ciuitate Placen. & districtu habeat secundum q conuenerit inter eum & mittentem. Alioquin arbitrio iudicis relinquatur dũtamen pro ambassiatis vel pignoramẽtis in episcopatu factis non habeat currerius vltra q̃titatem quatuor denariorum pro quolibet milliare pro eũdo & redeũdo. Ita q non possit currerius aliquis aliquam ambassiatã seu pignoramentum facere in ciuitate Placen. vel districtu: & ad ipsam ambassiatam seu pignoramentum fiendum cogatur remediis pretoris quilibet currerius nisi pretendat iustam cãm que iudicis arbitrio relinquatur. Et q ipsi currerii teneãtur obseruare statuta & prouisiones factas ipsis curreriis sub pena librarũ. x. Placen. cuius pene mediatas sit camere prefati domini & alia accusatoris.

RVBRICA DE TAXATIONE TVBATORVM PRO CRIDIS MORTVORVM.

69 QVando fient cride occasione mortuorum tubatores non accipant pro eorum labore nisi duodecim denarios pro qualibet porta ciuitatis: in q̃ cridauerit ipsos defũctos: ad q̃s cridas teneãtur ipsi tubatores in pena. xx. soldorum pro qualibet vice. Et nihilomines ad predicta per iudi. compellatur.

RVB. DE TAXATIONE SALARII TVBATORVM.

70 CRidas quas facient tubatores precepto potestatis vel alicuius officialis alterius faciant scribi ipse potestas & alii officiales qui faciẽt eas fieri infra tres dies postq̃ fuerint facta. Et hoc habeat locũ in negotiis comunis Placen. pub tantum & aliter non valeant dicte cride.

RVBRICA DE TERMINO APPOSITIO AD SCRIBEN. CRIDAS.

71 STatutum est ꝙ potestas teneatur precise facere fieri solutionem tubatoribus comunis de feodo eis ordinato omni mense. Et etiam cur, habere debentibus salarium a comuni.

RVBRICA DE OFFICIIS ESTIMATORVM ET EORVM CESSATIONE.

72 QVia per statuta cōdita super estimatoribus bonorum debentium proinde est prouisum. Volumus quod officia estimatorum qui cōsueuerunt elligi per sortes ad breuia penitus cessent: & ꝙ de cetero dicti estimatores & notarii comunis Placen, minime elligantur.

RVBR, DE POTESTATIBVS VALLIS TARI ETC, FIENDIS.

73 QVibuslibet sex mēsibus fiat potestas vallis Tari; & fiat potestas vallis Ceni; fiat potestas Florēzole: fiat potestas castri sancti Ioannis: fiat potestas Bobii: q omnes potestates sint ciues Placentini: & habeant quilibet eorum vnum notarium Placen. Qui potestates & notarii per consiliū generalissimum elligantur ad breuia: & habeant salarium secūdum ꝙ per consilium generale fuerit ordinatum. Et qui potestates eligantur per septem breuia per electores quorum quatuor ad minus sint cōcordes: cetere autem alie potestarie valliū & plani epat. Placentie sint casse; & pro cassis & irritis penitus habeantur & deinceps fieri non possint: & ab hodie in antea nullus possit eligi ad aliquam potestariam in episcopatu Placen. exceptis predictis tantum in pena & banno electoribus librarū. l. & electo si contigerit eum acceptare. l. librarum: & nihilominus eius electio sit cassa. Saluo ꝙ tempore guerre possint fieri si comuni videbitur pro meliori: & quicunq; fuerit potestas electus in aliqua dictarum potestariarū & ipsam acceptauerit non possit elligi ad dictam potestariam infra annū a die depositionis officii numerandum.

RVBR. DE POTESTATIBVS COMVNIS PLACEN. FIENDIS.

74 ITem statutum est ꝙ consul sotietatis mercatorum ciuitatis Placent. non possint nec eis liceat se intromittere cognoscere vel terminare aliquam questionem vel causam: vel de aliqua questione vel causa nisi sit causa vel questio que pertineat ad mercantiam seu ad cambia monete vel ad debita contracta causa mercandie vel de contractibus depositi vel mutui inter homines societatis mercatorum tm̄ initis pro facto mercandie; & nisi inter homines societatis mercatorum tantum. Et si secus factum fuerit non valeat ipso iure; non obstantibus aliquibus statutis vel prouisionibus vel ordinamentis ipsorum mercatorum: vel paraticorum vel societatis vel alicuius ipsorum factis & fiendis contra predicta non valeant ipso iure.

RVB. DE CONSVLIBVS MERCATORVM ET EORVM IVRISDICTIONE.

75 ITem statuimus φ aliqs q non sit de collegio seu paticho mercatorũ: seu mercandie ciuitatis Placentie non possit ibi recipere terminũ: nec se aliqualiter supponere iurisdictioni ipsius societatis vel collegii seu collegium ipsius societatis nec possit ibi cõuenir i aliqua de eã casu vel iure: & siquis ibi terminũ recepit vel dicte iurisdictioni se supponere voluerit vel se supposuerit ipso iure dictus terminus seu dicta suppositio: & qequid postea secutum fuerit non valeat nec teneat in aliquo nec per consules dicte societatis mercatorum possit aliqualiter conueniri vel molestari.

RVBRICA DE HIS QVE CONSVLES MERCATORVM NON HABENT IVRISDICTIONEM.

23. VT via ad hypothecaria pparetur & circa excutienda bona debitorū & ea pro non soluēdo pronūciāda recto & nō subdolo ordine pro/cedatur. Statuimus ꝙ si aliquis debitor fuerit conuictus vel cōfes/sus per credit. seu curatorem bonorum alicuius & bona dicantur nō sufficere creditori fiat proclamatio p tubatorē cōis premisso sono tube in plateis cōis burgi maioris ecclesie. & in cōtrata vbi habitat vel habitare cōsueuit debitor pdcūs & alibi i locis cōsuetis:& si habitat vel habitare cōsueuit in epatu Plac. fiat in dcis locis ciuitatis & ante portā ciuitatis p q̄ itur ad locū seu villā vbi habitat seu habitare consueuit ille debitor ꝙ omnes q sciunt vel volunt osten dere aliquid in bonis esse debitoris pdic. compareat coram iudice coram quo agitur vsq ad octo dies subseq̄ntes die ipsius proclamationis minimè compu tata:& ipsa bona dent in scriptis iudici pdcō. Que scripta & nomen ipsius de ferentis scribātur in actis:& nihilominus durātibus dictis octo diebus iudex possit de ipsis bonis facere inquisitionē:prout sibi videbitur. Quibus octo diebus elapsis si nullus comparuerit qui ostendat aliquid esse in dictis bonis vel sufficientia bona ipsius creditoris nō ostendit:fiat secunda proclamatio in locis predictis per modum predictū ꝙ omnes quorū interest & q volūt cōtra dicere quominus ipse iudex pronūciet pro nō soluen.ipsa bona compeant corā dcō iudice vsq ad octo dies subsequentes die ipsius proclamationis non com putata ad ostēdēdū quare dicta bona pronūciari nō debeant pro nō soluen. quibus pactis si nullus cōparuerit q ostēderit aliqd mobile vel immobile esse in dictis bonis procedatur ad pronūciationē ipsorū bonorū pro nō soluen.ex ceptione aliq̄ nō obstāte. Et si aliq̄ fuerint ostensa esse in dictis bonis preter nomina debitorum fiat solutio de eis ipsis creditoribus que si non sufficiant: nihilominus fiat pronunciatio de dictis bonis pro non soluēdo: nec in dictis casibus nolumus obstare vel impedire dictam pronunciationem bonorū pro nō soluē. siqs cōpeat dicēs vel ostendens esse in dictis bonis noīa debitorum.

Qua pronunciatione bonorum pro nō soluendo facta seruato ordine pre/libato agi hypothecaria contra possessores bonorum que fuerunt dicti debi/toris non obstan. ꝙ si aliquis diceret bona debitoris pdicti minus legitime fo/re excusata vel pronunciationem predictam minus legitime fore factam. Et etiam non obstāte si in bonis ipsius debitoris essent aliq̄ noīa debitorum que etiam locum habeant in contractibus preteritis & futuris.

DE CITATIONIBVS ET CONTVMATIIS. R.

14 Qui citatus fuerit per iudicē vel aliquem officialem cōis Placen. bis in ciuitate si fuerit de ciuitate: & in ciuitate habens vel tenens habitatione vel semel in districtu Plac. vel etiam in ciuitate Plac. inuentus psonaliter si fuerit de districtu: si infra terminum nō comparuerit teneatur iudex & officialis ad postulationem eius q citari eum fecerat facere ipsum citatū pro cōtumacia pignerari secūdū qualitatem negotii: nec postea audiatur pigneratus nisi primo restituerit expēsas cōtumacie ei q eū fecerit pignerari.

DE PIGNERIBVS RECOMENDANDIS. RVB.

25 Qui iussus a iudice vel de eius precepto pignus sibi recomēdatū p aliquē curreriū vel officialem cōis Placē. nō presentauerit infra tēpus sibi statutū a iudice vel de eius pcepto cōdēnetur qlibet vice in .xx. soldis Placē. Et nihilominus presentare teneatur ipsum pignus quā penā incurrat ipso facto cuius pene medietas parti q fieri fecerit pignus applicet: & alia medietas comuni Plac. ad quā penam soluendā iudex incontinēti cōpellat predictū absq aliqua condemnatione vel processu fienda contra eum.

QVOD VICTVS VICTORI INTELLIGATVR CONDEMNATVS IN EXPENSIS. RVBRICA.

26 In oī cā & qōne ciuili vel criminali vbi fertur diffinitiua sententia ipso iure sit & intelligatur cōdēnatus victus victori in expēsis legitimis factis per victorē in ipsa cā vel qōne: & idē obseruetur & intelligatur in cā cuiuscūq grauaminis seu articuli vel processus in quo petitū fuerit consiliū sapien. per aliquam partium propriis expensis seu comunibus in qua non expectatur alia sentētia diffinitiua ferri: nec possit iudex cause absoluere partes ab expensis non obstante quod dixerit ptem subcūbentem habuisse iustā causam litigandi. Et hoc statutum non vendicet sibi locum in sententiis vel arbitramētis que ferrētur p arbitros vel arbitratores aut amicabiles cōpositores.

DE SAXIMENTIS FIENDIS. RVBRICA.

27 Quelibet res mobilis existens penes aliquem possit saxiri penes eū ad postulationē cuiuscūq nec ipsum saximentū relaxet nisi pstita idonea securitate corā iudice vel officiali ex cuius parte res fuerit saxita de re saxita custodiēda & saluāda: & ēa re vel eius estimationis psītāda ad postulationē ipsius iudicis vel officialis citato ad videndum dare securitatem illo qui fecit fieri saximentum si fuerit de ciuitate vel suburbiis qua securitate prestita hoc ipso saximētū intelligatur relaxatum: & quilibet iudex & officialis cōis Plac. sub hoc habens iurisdictionem teneatur ad postulationem cuiuscunq concedere licentiā currerio cōis Placen. saximēta & sequestrationes de quibuscunq rebus mobilibus penes quoscunq existentes in ciuitate Placen. & districtu. Et de quibuscunq fructibus existentibus in cāpis siue sint pendētes siue

res siue non pẽdentes penes consulem ville vel loci i cuius territorio dicti fructus sunt. Et q̃ ille penes quem factum fuerit saximẽtũ teneatur & debeat cogi possit p iudicẽ remediis iuris ad postulationẽ illius qui dcm̃ saximẽtũ fieri fecerit iurare corã dicto iudice & manifestare suo sacro totũ id q̃ habebat penes se tpe saximenti de bonis seu rebus illius cuius bona fuerãt saxita: & ẽt totum id quod eidem tempore saximenti dare tenebatur quauis occasione.

DE EODEM. RVBRICA.

28 SI res alicuius fuerit saxita & ille in cuius preiudicium fcm̃ fuerit saximentum compareat corã iudice vel officiali de cuius precepto saximentum emanauit dicens se non posse vel nolle dare securitatem de re saxita custodienda vel presentanda iuxta formam saximentorũ: & se nil debere illi qui fieri fecit saximentum & paratum q̃ hoc incontinenti cognoscatur per ipsum iudicem vel officialem possit & debeat eo casu ipse iudex vel officialis de iuribus vtriusq̃ partis nisi qui saxiri fecit renunciet saximẽto procedere & determinare absq̃ libello & strepitu & figura iudicii summarie & de plano diebus feriatis & nõ feriatis exceptis feriis introductis in honorem dei & sine aliqua petitione vel memoriali scribendo in actis & absq̃ aliqua instantia.


DE SAXIMENTIS FRVCTVVM IN CAMPIS. R.

29 SI quis vult saxire vel saxiri facere aliquos fructus existen. in campis siue pendentes siue non pendentes faciat fieri preceptũ consuli ville vel loci in cuius territorio sunt dci fructus q̃ colligãt & accipiant dcõs fructus & ipsos custodire ad volũtatẽ iudicis vel officialis ex cuius parte fit saximẽtũ. Et hoc fiat expensis ipsorum fructuũ ad q̃ fienda hoies dicte ville vel loci teneantur ipsis consulibus dare auxilium & fauorẽ cũ effectu q̃ si non fecerit dicti consules & hoies condẽnẽtur qlibet cõsul in centum soldis Pla. & villa vel locus in x. libris Placẽ. & nihilominus saximẽtum valeat & firma remaneat pena cõtenta in hoc statuto & q̃ sufficiat fieri dcm̃ saximentum & preceptũ duobus ex hoibus hitantibus in dicta villa suo noie & aliorum. vicinorum dicte ville si dicta villa consulem non habuerit & q̃ consul coia & hoies predicti & ẽt principales & fideiussores eorũ non teneantur ad presentationem dictorũ fructuũ nisi primo & ante oia fuerit legitime liquidatũ debitũ pro quo fcm̃ fuerit saximentum quo debito liquidato teneantur consul & hoies predicti p̃sentare dictos fructus vsq̃ ad concurrentem q̃titatẽ debiti liquidati & expẽ. tantum & non vltra. Et predicta locum non heant in saximẽtis feni & vini.

DE EODEM RVBRICA.

30 QVilibet penes quem res aliqua fuerit saxita teneatur eam presentare coram iudice quando ex parte eius ad hoc fuerit requisitus & super hoc omnibus remediis iuris per iudicem compellatur.

DE EODEM RVBRICA.



31 NVllum faximētum duret vel valeat vltra annum saluo ꝙ si data fuerit securitas & facta promissio de presentādo ꝙ tunc & eo casu possit agi vltra annum vsq; ad tres annos & non vltra.

DE DIVISIONIBVS RERVM COMMVNIVM FIENDIS. RVBRICA.

32 STatutum est ꝙ si aliquis prouocauerit aliquem ad diuisionem alicuius rei cōis ꝙ non obstante aliqua temporis prescriptione etiam .xxx. vel xl. annorum procedatur & procedi debeat ad diuisionem ad postulationem cuiuslibet prouocantis summarie & de plano sine libello & strepitu & figura iudicii quocunq; tempore feriato & non feriato. Idē obseruet̄ in omnibus predictis in actione familie herciscunde & actione finium regūdorum.

DE EISDEM ET DE MODO PROCEDENDI. R.

33 SI quis prouocauerit aliquē ad diuisionem rerū cōium procedatur per iudicē ad ipsam diuisionē faciendā & fieri faciendā summarie & de plano sine libelli oblatione & sine figura & strepitu iudicii quolibet tempore feriato & non feriato. Adiicientes ꝙ minor etatis auctoritate tutoris vel curatoris possit ad diuisionem rerum mobilium vel immobilium comunium cum alio prouocare eum cum quo habet ipsam comunionem.

DE COMPROMISSIS SINE TERMINO FACTIS. RVBRICA.

34 SI fiat cōpromissum in aliquē tanq̄ in arbitrū vel tanq̄ in arbitratorē vel tanq̄ in arbitrū & arbitratorē seu amicabilē cōpositorē & non adiicia tur terminus per quem durare debeat ipsum cōpromissum. Volumus ꝙ duret per annum numerandum a die ipsius compromissi & non vltra.

DE REDVCTIONIBVS AD ARBITRIVM BONI VIRI. RVBRICA.

35 QVilibet possit petere sententiam arbitratoris seu arbitratorum infra decem dies vtiles a die sententie numerandos: & non vltra reduci ad arbitrium boni viri. Et ꝙ siquis petierit sententiam arbitri seu arbitratoris reduci ad arbitriū boni viri & succubuerit in ipsa causa non possit a sententia super ipsa reductione lata nec eius occasione appellare nec nullitatem interponere nec dicere se grauatum nec super eo petere consilium sapientis suis expensis. Saluo ꝙ in instrumento compromissi fuerit dictum appositum vel renunciatum ꝙ sententia non possit reduci nec peti reduci ad arbitrium boni viri ꝙ tūc sententia non possit reduci ad arbitrium boni viri.

QVOD OFFICIALES NON REDDANT IVS CONCIVI SVO. RVBRICA.

36 STatutum est φ potestas vel eius iudex vel aliquis de eius familia vel aliquis officialis comunis Placen. non possit ius reddere alicui qui sit de ciuitate vel districtu illius qui ius reddit: φ si secus fecerint non valeat ipso iure in preiudiciũ illius qui litigat cum conciue vel districtu predict. Et hoc habeat locum si predict. officialibus denunciatum vel oppositum fuerit.

QVOD NON VTENS MERCANTIA NON CONVENIATVR CORAM CONSVLIBVS MERCANTIE. RVB.

37 STatutum est φ aliquis qui non vtitur mercandia: & qui non est negotiator nõ possit compelli vel stringi sub consulibus negotiatorum seu mercandie non obstant. φ ipse vel pater eius fuerint negotiatores.

QVI DARI TVTORES ET CVRATORES POSSVNT. RVBRICA.

38 POtestas & ejus iudices ad rationem reddendam deputati & quilibet eorum per se possint dare, & constituere curatores & tutores quoscunq; & nulli alii hoc liceat.

DE MODERATIONE TESTIVM. RVBRICA.

39 IN aliqua causa vel questione super quolibet capitulo seu articulo vltra duodecim testes non recipiantur.

DE MODO SCRIBENDI TESTES. RVBRICA.

40 STatutum est φ oẽs testes qui recipiunt in aliqua causa vel questiõe scribantur & ponãtur in quaterno seu quaternis. Et si qua partium voluerit ipsos testes exemplatos habere possit ipsos exemplatos. Ita tamẽ φ autenticum ipsorum testiũ semper remaneat penes notarium qui eos recepit.

DE PROSENETICIS IN TESTES RECIPIENDIS. RVBRICA.

41 OMnes prosenetici seu corraterii ad testimonium compellantur vtraque seu altera parte instante cuius dicto non credatur nisi tanquam vnus testis.

DE MVLIERIBVS COMPELLENDIS AD TESTIFICANDVM. RVB.

42 SI qua mulier ad testimonium vocata fuerit cogatur per iudicem competentem ad testimonium perhibendum remediis iuris per facultates mariti vel patris aut filii vel fratris.

DE CITATIONIBVS TESTIVM. RVBR.

43 SI qs vel q̄ ad teſtimoniū vocatus fuerit & poſt requiſitionem ſecūdam ſi fuerit in ciuitate vel primā requiſitionē ſi fuerit in diſtrictu Placē. ad teſtimoniū reddēdū non venerit infra terminum ſibi per iudicē aſſignā dum cogatur reſtituere oēs expenſas ob hoc factas ei qui eum citari fecerit.

DE TESTIBVS NON RECIPIEN. POST PVBLICATIONEM TESTIVM. RVBR.

44 POſt aperturam teſtium in cā principali non recipiantur vlterius probationes per teſtes ſiue teſtes aperti ſeu publicati ſeu pro publicatis habiti fuerint producti ab vtraqȝ pte ſiue ab altera tm̄. Idem obſeruetur in cā appellationis uidelicet in caſibus in quibus poſſint produci teſtes in cā appationis ex forma ſtatutorū cōis Plac. videlicet pro aptis vel publicatis teſtibus ipſis: ſeu poſtq̄ fuerit habiti pro publicatis vel apertis vlterius in dicta cā appationis teſtes vel probationes per teſtes non admittantur ſiue in dicta cā teſtes predicti fuerint producti ex vna parte ſiue ab vtraqȝ.

DE DOTE EXIGENDA PER ABSENTIAM VIRI PER SEPTENNIVM. RVBR.

45 SI quis eſt vel fuerit abſens p ſeptem annos continuos & elapſo ſeptimo anno: iuditium vite eius nō appareat poſſit vxor eius dotem exigere in bonis & de bonis viri ſui: & ēt antifactū & ſpōſalitiā largitatē pinde ac ſi certum eſſet maritū eē mortuū: eo ſaluo q̄ tūc teneatur mulier dare idoneā ſecuritatem heredibus viri de ipſa dote & antifacto & ſponſalitia largitate reſtituendis ipſi viro ſi redierit quo redeūte ſit ſaluū tā viro q̄ vxori oē ius ipſo rā in pdictis & circa ea pinde ac ſi ſolutio de pdictis dicte vxori nō eſſet fcā.

DE QVESTIONIBVS MERCEDIS CIBI ET POTVS ET DE VENDITIONE RERVM MOBILIVM. R.

46 DE qōibus mercedū: & qōibus cibi & potus & victualium: & de emptionibus & vēditionibus rerum mobilium & ſe mouentium poſſint & debeant qui iuriſdict. preſunt: & ad quos pertinent cognoſcere procedere & terminare ſine libello & ſine ſtrepitu & figura iuditii ſummarie & de plano diebus feriatis non feriatis.

QVOD QVIS NON COMPELLATVR IRE EXTRA CIVITATEM. RVBRICA.

47 IN aliqua cauſa vel queſtione vel controuerſia non compellatur quis inuitus ire extra ciuitatem Placen. ſeu habere conſilium ſapientis ſuper aliqua interlocutoria vel diffinitiua extra ipſam ciuitatem vel diſtrictum. Sed vtraqȝ parte volente poſſit hoc fieri.

DE INTERDICTIONE BONORVM. RVB.

48 AD postulationem seu requisitionem duorum virorum ex propinquis illius cui requiritur interdici bonis iud. procedant eo citato ad inquisitionem morum & prodigalitatis ipsius qui requiritur interdici. Et si facta diligenti inquisitione & probatione per testes idoneos compertit ipsum esse in casu quo sibi debeat vel possit de iure bonis interdici interdicatur per iudicē bonis eius. Quo facto ad hoc vt ob hoc nulli decipiantur fiat proclamatio p tubatores cōis Plac. publice premisso sono tube p ciuitatem in locis consuetis q nullus contrahat cum ipso cui est per iudicē bonis interdictū. Si vero diceretur postmodum illū cui bonis est interdictū in melius mores mutasse & esse in casu quo dcm̄ interdictū debeat relaxari & sibi cōcedi administratio bonorū suorū tunc ad postulationem duorū ad minus bonorū virorum ex propinquis ipsius interdicti faciat iudex inquisitionem de mutatione morū & vite ipsius cuius est bonis interdictum. & si inuenerit per legitimas probationes esse in casu dicte relaxationis: & q sufficiens sit administrationi bonorū suorum tūc premissa crida cum sono tube per ciuitatem in locis cōsuetis: q si quis vult cōtradicere ne fiat predicta relaxatio: & concessio administrationis bonorū compareat vsq ad octo dies corā iudice: & nemine cō parēte qui sufficiētē cām dicat & ostēdat eo casu dictū interdictū relaxetur: & administratio bonorū concedatur predicto qui fuerat interdictus: Si aūt allegauerint cōparentes & ostenderint sufficientē cām quare predictum interdictum non debeat tolli vel relaxari: tūc non relaxetur interdictum nec concedatur administratio bonorum suorum ipsi interdicto. Que omnia cognoscantur & terminentur per iudicē cōpetētem summarie & de plano sine libelli datione & strepitu & figura iudicii: & quocūq tēpore feriato & nō feriato.

DE PRIMO ET SECVNDO DECRETO SVBLATIS. RVBRICA.

49 CVm per statuta cōis Plac. perinde promissum est cōtra absentes & cōtumaces: & cōtra latitantes: tam in actione reali q personali ad tollendā oēm materiā iurgiorū que maxime peruenire cōsueuit occasione primi & secundi decreti: in quibus doctores consueuerunt maxime variare proinde statuimus q de cetero in aliqua actione personali vel reali nō possit per aliquā partium vel per aliquem iudicem vel officialem procedi per viam primi vel secundi decreti. Quod si secus factū fuerit processum primi vel secū di decreti: & qcqd ex eo seqt̄ non valeat ipso iure. Saluo q predicta non intelligantur quando proceditur vel agitur occasione damni infecti vel quando agitur vt legatorum nomine caueatur. Videlicet quando legatum est in diem vel sub conditione & non aliter vel quando agitur hypotecaria secundum ordinem qui in statuto comunis Placen. continetur loquente q aliter hypothecaria procedatur.

DE MODO PROCEDENDI IN CAVSIS SVMMARIIS. RVBRICA.

50 QVia ſepe in ſtatutis cōis Placen.fit mentio ꝙ in certis caſibus proceda
tur vel poſſit procedi vel cognoſci ſummarie:& de plano ſine ſtrepi/
tu & figura iudicii declarantes dicta verba. Volumus ꝙ vbicūq; in ſta
tutis dicta verba vel aliquod eorū poſſit & debeat procedi & cognoſci hoc
mō.videlicet ſine datione libelli: ſed q̄lis q̄lis petitio vel req̄ſitio ad inſtar cu/
iuſdā memorialis pro parte actoris ſcribat̄ in actis coram iudice cōpetēti p̄ſte
illo q cōuenitur vel eius legitimo procuratore aut citato ipſo vel dicto procu
ratore eius ſuper quo poſſit & debeat cognoſci p ip̄m iudicē abſq; aliq̄ litis cō
teſtatione:tñ tpe feriato ob neceſſitates hoīum introducto non procedat̄ niſi
de volūtate partiū tacita vel expreſſa vel niſi in ſtatutis p̄dcis aliter caueatur.

Dilationes dentur breues iudicis arbitrio ſecūdum negotii q̄litatē capitu/
la ſeu articuli intētionū admittant̄:& admiſſa intelligant̄ per hoc ſtatutū & te
ſtes ſuper eis recipiantur. Saluo iure tempore diſputationū diffinitiue ſentē/
tie ipertinētiū & capitulorū nō admittēdorū:& etiā ſaluo iure teſtiū nō recipi
endorū tēpore diffinitiue ſeñe. Interrogationes tñ ſeu cōtra q̄ones poſſint fie
ri per partē cōtra q̄ teſtes producūtur ſuper ipſis capitulis vel articulis poſſint
ēt fieri ſacr̄m calūnie:& fiat per principales perſonas & per aduocatos & pro
curatores partiū ſi ambe fuerint in ciuitate vel diſtrictu Plac.vtraq; vel altera
parte hoc requirente. Quod ſi altera pars fuerit abſens a ciuitate Pla.& diſtrictu
procedat̄ abſq; calūnie iuramēto. Quod iuramētū & poſitiones poſſint fieri
in q̄cūq; parte litis vſq; ad diffinitiuā ſeñā currētibus nihilomīus termīs ptibus
ad probādū per iudicē aſſignatis. qbus partibus poſſit iudex ſimul & ſemel:
videlicet vtriq; parti dare terminum prout ei videbitur ad probandū de iure
ſuo:tā per teſtes q̄ per inſtrumēta. Ita tñ ꝙ iudex nō poſſit dare aliquas dila/
tiones partibus ad probandum que ſe extendant vltra tempus aſſumptionis
ſapientis fiende ſuper diffinitiua ipſius cauſe. Poſſit etiā iudex partes interro
gare quandocunq; ſibi videbitur expedire. Sententia diffinitiua fieri poſſit
citatis partibus licet non peremptorie & ſtando vel ſedendo:ita videlicet ꝙ di
cte queſtiones & cauſe .xxx. dies vtiles non excedant numerandos a die qua
dicta petitio ſeu memoriale fuerit in actis ſcripta dicta die petitionis ſeu me/
morialis minime cōputata. Et vt predicta clarius & citius valeant expediri te
neatur iudex corā quo dicte cauſe vel aliqua earū agitatur in pena cōprehen/
ſa in ſtatuto quod incipit. Quoniā leges ſacratiſſime. Infra.xx. dies vtiles nu
merandos a die dicte petitionis ſeu memorialis in actis ſcrip. videlicet per du
os dies vtiles ante ipſos.xx. dies. Ita videlicet ꝙ elapſis.xviii. diebus vtilibus
teneatur iudex infra duos dies vtiles oīum exceptione remota vtraq; ſeu alte
ra parte inſtāte aſſumere vnū ſapientē vel plures de collegio iudicū Pla.ad cō
ſulēdū ſuper diffiniua decē cāe. Qui aſſumptus ī cauſis vel aliq̄ earū vtraq; vel
altera parte inſtāte depoſito ſalario ꝙ ſalarium ſtet in depoſito nec conſultori
detur donec ipſe conſultor conſilium ſuū infra tēpus inſtātie dederit in ſcri/
ptis apud acta iudicis in pena in dicto ſtatuto quod incipit. Quoniam leges.
Inſerta teneatur tradere conſiliū ſuum clarū & certū per quod conſiliū appa/
reat quis obtinuerit & qs ſuccubuerit in ipſa cauſa & cū taxatione & expreſſa
certa quantitate expenſarū in qbus victus fuerit cōdemnatus & etiā expenſas
ipſius conſultoris que ſibi reſtituantur per partes in ſcriptis iudici p̄dcō infra
.x.dies vtiles ſubſequētes poſtq̄ fuerit aſſumptus. Qui iudex hito cōſilio pre/

dcō te

dcõ teneať vtraq; vel altera parte instãte citatis vel pñtibus partibus dcm̃ cõsiliũ & secundũ ipsum consiliũ pronunciare diffinitiuã sentẽtiã prima die iuridica vel sequẽti postq̃ dcm̃ cõsiliũ sibi fuerit presentatũ & i oibus casibus causis & q̃stionibus & occas. ipsarũ in quibus & super quibus per for. statut. cõis Plac. potest procedi feriatis tpibus messiũ & vindemiarũ. q̃ dcĩ dies messium & vindemiarũ sit & intelligatur hẽantur & cõputẽtur dies vtiles & pro diebus vtilibus quo ad illas cãs & questiones: & in causis & q̃onibus ipsis. Et instantia ipsarũ cãrum & questionũ: & etiã occasione ipsarũ causarũ & questionum in quibus dictis tẽporibus messium & vindemiarũ proceditur: & potest procedi exceptis feriis introductis in honorẽ dei. Et q̃ executiones illarũ sententiarum q̃ ferrẽtur & ferri possunt in illis casibus & q̃onibus in qbus proceditur & põt procedi feriatis tẽporibus messium & vindemiarum posint fieri in eisdẽ tẽporibus messiũ & vindemiarum. Et q̃ iudex dicte cause teneatur in pena librarũ .l. Placẽ. quam penã incurrat ipso facto assumere dictum sapientẽ infra terminũ suprascriptum vtraq; vel altera parte instante: non obstante aliquo grauamine vel petitione consilii sapien. vel alia quauis exceptione.

DE IVRAMENTO CALVMNIE. RVB.

51 SI pars que citata fuerit ad cõparendũ corã iudice cã iurandi de calũnia & respondendi positionibus quas sibi facere vult pars aduersa nõ comparuerit infra terminũ sibi statutũ a iudice iusta cã nõ interueniẽte teneatur iudex ipm̃ cõpellere oibus remediis iuris videlicet mulctã idicẽdo & iponẽdo pignera capiẽdo: psonã detinẽdo ad dcm̃ sacrm̃ prestadũ & positionibus respõdẽdũ quibus iudex sit contẽtus nec ob dcãm contumaciã pronũciare valeat vel hr̃e sacrm̃ predcm̃ pro recusato & positiones pro cõfessis: prout multotiẽs insidiose seũm cognoscimus in dãnũ & p̃iudiciũ nõ modicũ alioꝝ.

DE IVRAMENTO NECESSARIO. RVB.

52 ITem statutum est q̃ quicunq; iudex cõpetens in cã & q̃one que corã ipso fuerit seu verteretur infra quãtitatẽ sold. centum Plac. possit & debeat ad postulationẽ partis requirentis deferre sacrm̃ parti aduerse in proprio facto ipsius partis aduerse: & si dictus aduersarius dcm̃ sacrm̃ p̃stare recusauerit aut parti deferenti dcm̃ sacrm̃ referre noluerit habeať pro cõuicto.

DE TESTIBVS AD ETERNAM REI MEMORIAM RECIPIEN. RVBRICA.

53 SIquis actor vel intẽdẽs agere vult producere testes ad eternã rei memoriam corã iudice cõpetente citato aduersario cuius interest admittať ad productionem ipsorum testium exceptione aliqua non obstante porrigere tamen teneatur dictus actor capitula seu articulos intentionum aduersario super quibus vult producere ipsos testes contra que capitula possit pars aduersa facere contra questiones: & ipsa capitula & testes admittantur & accipiantur citata dicta parte & admissa intelligantur saluo iure impertinen.

tiũ & nõ recipiendo⁊ tpe disputatõis diffinitiue sñie quo⁊ testiũ dcã postq̃ fuerit recepta stet incognita ptibus & clausa & sigillata sigillis ipsarũ ptiũ penes nos, qui dicta ipsorum testiũ recepit. Post q̃ nisi actor egerit contra reũ & eũ conuenerit in iudicio vsq; ad annũ vtilẽ post dcãm receptionẽ numerandũ dicta ipsorum testium eo casu nõ valeãt & nullius sint momẽti. Si vero egerit infra dcm̃ annũ: tũc dicti testes apiri possint & publicari ad requisitionẽ actoris seu pro aptis hẽant tpe quo testes cause aperiuntur & publicãtur: vel apti vel publicati intelligãtur. Si vero ex pte rei requirãtur produci testes ad eternam rei memoriam recipiantur eo modo quo diximus in actore. Saluo q̧ cũ in potestate sua non sint qñ conueniatur dicti testes: postq̃ fuerint recepti ad postulationem ipsius rei possint & debeant publicari & per iudicem pronunciari pro publicatis & aptis & ĩ publicã formã redigi vt valeãt ad defensionẽ ipsius rei. Adiciẽtes q̧ quicũq; cuius interest producere voluerit ad eternã rei memoriam testes occasione alicuius testamẽti vel vltime volũtatis ad probãdã ipsam vltimã volũtatẽ admittantur & recipiantur ipsi testes: prout superius est expressum; & ẽt publicentur vt supra in reo duximus obseruandum.

DE DELEGATIONE CAVSARVM. RVB.

54 Nullus iudex vel aliquis officialis comunis Placen. possit delegare aliq̃ cãm vel litem alicui absq; cõsensu vtriusq; partis & si vtraq; pars consenserit possit delegare alicui ex iudicibus de collegio iudicum Plac. & non aliter. Quod si secus factum fuerit non valeat ipso iure. Saluo q̧ predictum statutum non vendicet sibi locum in delegatis que fient per potestatem iudicibus suis de causis que coram ipso potestate vertuntur seu ad ipsum deuoluuntur per appñem vel alio modo.

DE PROHIBITA DETENTIONE MVLIERVM. R.

55 Nulla mulier possit p̃sonaliter detineri seu in carcerẽ poni per ptãtem vel eius iudices seu alios officiales comunis Placẽ. pro aliquo debito pecuniario priuato in pena librarum. x. Placen. ptãti: & cuilibet alio officiali quam penam si secus fecerit incurrat ipso facto.

DE FORENSIBVS NON AVDIENDIS SINE SATISDATIONE. RVBRICA.

56 Statutum est q̧ siquis foresterius vel persona nõ supposita iurisdictioni Placen. & non supposita iurisdictioni potestatis Placen. voluerit aliquem de ciuitate vel districtu Placen. cõuenire coram iudice seculari in quacunq; causa ciuili vel crĩali teneatur prestare coram ipso iudice anteq̃ contra eum quem conuenire valuerit procedatur idoneam securitatem laicam p̃sonam si hoc per eũ quẽ cõuenire vuult fuerit requisitum de iudicio substinere & iudicatum solui in causa reconuentionis fiende coram ipso per ipsum cõtra quem agit & etiam de restituendo expensas si succubuerit in causa & questione quam mouet vel mouere vult coram dicto iudice contra dict. ciuitatis

Placentie

Placentię vel districtus. Et nulla accusa damnorum & guastorum possit fieri per aliquem filium familias stantem cū patre vel aliam personam non subiectam iurisdictioni comunis Placētię nisi primo pręstita idonea securitate pro ut in dicto statuto comunis continetur citato ad hoc primo illo quem accusare vult & aliter nec iudex eas recipiat nec notarius eas scribat nec contra eum procedatur occasione dictarum accusarum sub poena iudici & not. flor. xxv. auri pro quolibet eorum & quam poenā incurrant ipso facto cuius poene medietas comuni Placentię & altera pars accusatori applicetur.

DE SENTENTIIS ARBITRORVM EXEQVENDIS. RVBRICA.

57 Item statutum est quod postquam facta fuerint pręcepta & arbitramēta inter ascendentem & descendētem vel agnatos vel cognatos vel affines vel vicinos vlterius non possint dici iniqua nec possint appellari & querelari nec supplicari: sed elapso termino siue terminus contentus in pręceptis & arbitramentis vel elapso mense si terminus non fuerit in eis appositus debeant executioni mandari omnibus iuris remediis.

DE DECIMIS. RVBRICA.

58 Item statutū est quod nulla persona possit opponere vel allegare quin ius reddatur de decimis & fructibus earum per dominum potestatem ac eius iudices & alios reddentes ius in ciuitate Placen. Et si quis contrafecerit aduocando procurando litigando: vel alio modo sit extra protectionem comunis Placentiæ.

DE EODEM. RVBRICA.

59 Item si qua decima possessa vel quasi detenta per aliquem annos quadraginta fuerit continuato tempore suo cum tempore datorum & antecessorum suorū præsumatur sua: & si quis eum impedierit quocūq; modo: quod potestas & comune Placen. teneatur eum adiuuare & defendere omnibus modis ad voluntatem illius qui illam decimam possederit vt supra sub poena ducentarum librarum tertiolorum. Et impediens eximatur de protectione comunis Placen. Et ius dicens teneatur de prædictis procedere ad petitionem actoris sub poena .x. librarum tertiolorum qualibet vice: & de hoc possit sindicari etiam pendente officio non obstante aliqua lege vel statuto vel reformatione vel prouisione in contrarium loquentibus.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.

INCIPIT TERTIVS

DE PROHIBITA ALIENATIONE IN NON SVBDITVM.



1 VPIENTES Iurisdictionem & honorem co- munis Plac. conseruare firmiter statuimus q aliqua vniuersitas vel singularis persona cuiuscunq status vel conditionis existat per se vel interpositam perso nam non audeat aliquo cōtractu alienare etiam per emphitheosim vel in feodum dationem vel alio mo do seu colore quæsito aliquas res immobiles vel iu- risdictiones infra Placentiam vel districtum existen tes alicui qui non sit de ciuitate Plac. vel districtu in pœna cōtrafacieti centū libr. Plac. Et nihilominus ipsa alienatio vel cōtractus nō teneāt ipso iure nisi sup pdictis habita & obtēta licētia in cōsilio generali.

QVOD EMPHITHEOTAE TENEANTVR OSTENDERE PROPRIETATES DOMINIS. RVB.

2 QVoniam male ageretur dñis prædiorū si oporteret eos ostendere ter ras de qbus redditur eis fictū, cū sæpe emphitheotæ eas asserant esse suas volētes pdictis dñis cōsulere. Pro inde statuimus q si aliqs tenue rit ad fictū aliqs terras domos vel possessiones ab aliquo dño in aliq villa vel territorio district. Pla. & iuxta ipsas terras domos vel possessiones coherētes ipsis terris domibus vel possess. emphitheota dixerit aliqs terras domos vel possess. suas esse vel pro suis tenere q psumāt dictę res eē dñi: & de ficto & pro prietate ficti ipsius dñi nisi emphitheota docuerit se legitimæ ipsas res habu isse: & insup qlibet emphitheota ad requisitionē dñi teneatur & possit cōpel- li p iudicē cōpetentē ipsi domino manifestare & ostēdere sacro ipsius emphi theotę oēs terras possess. & res de qbus redditur & reddere consueuit ipsum fi ctum. Et nihilominus hoies ville seu loci vbi seu i cuius territorio sita est pro- prietas ipsius ficti teneantur & cōpelli possint p sacrm eorū ad reqsitionē ip- sius dñi ipsas terras & res manifestare & ostendere ipsi dño ēt oculata fide. Si mili mō teneanť hoies cuiuslibet ville & loci ad postulationē cuiuslibet se di- cētis hre terras vel possess. seu res in ipsis villis vel territoriis: siue dicanť res affictate siue nō affictate ofidere & manifestare ipsas terras & res: & de hoc possit fieri publicū instrm ad postulationē cuiuslibet reqrētis: q oia fieri pos- sint & debeāt sine libello & strepitu & figura iudicii sūmarie: & de plano quo cūq tpe feriato & nō feriato. Et q qlibet emphitheota: & qlibet eius succes- sor teneať renouare instrā fictorū vel etiā d nouo affictare qncūq ad reqsitio nē dñi in pœna libr. x. Plac. pro qlibet vice. & nihilominus teneatur ad predi cta absq eo q aliqd noie inuestiture soluat dicto domino vel eius successori.

DE FICTIS PETENDIS ET DE MODO. RVB.

3 CVm emphitheotę sæpius malitiose: & per subterfugia dñis ficta soluere recusent res habitas sup proprietatibus dñoꝝ in vsus proprios conuertendos cupientes eoꝝ fraudibus obuiare. Statuimus q̄ siqs emphitheota in ciuitate Placē. hitans ad postulationem dñi bis fuerit citatus: videlicet vno die semel & alio iteꝝ semel vel in districtu hitans semel tm̄ psonaliter vel ad domū coram iudice cōpetenti: ita q̄ in ipsa citatione cā & res q̄ petitur exprimatur. Et si infra terminū recusauerit cōpere pignerari absq; alia solemnitate ad postulationē dci dñi pro fictis prӕteritis & non solutis: & pro expēsis. quo pignerato iudex teneatur ei personaliter vel ad domum statuere ad postulationem dicti dñi terminum. x. dieꝝ ad recuperādum ipm pignus.

Quo termino elapso si nō comparuerit coram iudice se legitime defendēdo possit iudex & debeat in solutū dare dño dcm̄ pignus absq; alia solēnitate obseruanda: ita q̄ ipsa vēditio fiat pñte iudice & pręcio consentiente ipso iudice: & postq̄ fuerit venditū vel datum in solutū vt supra pmittitur dcm̄ pignus teneatur dñs vsq; ad tertiam diem facere scribi in actis iud. præcium quod inde habitum fuerit vel pro quāta quātitate pecun. ipsum recepit in solutum: & si aliquid defuerit ad integram solutionē fictorū retentorū cum expen. habeat dñs regressum vsq; ad supplementū contra emphitheotam & eius bona. Si vero superfuerit id q̄ supfuerit ipsi emphitheotæ dominus restituere teneatur.

Verum si emphitheota comparuerit ante ipsius pigneris venditionem vel dationem in solutum audiatur eius defensio legitima si quam habet: & sibi pignus restituatur restitutis prius expensis domino quas fecerat ob prædicta.

Si vero comparuerit post venditionem dicti pigneris vel prædictis & circa prædicta dominus fecerit sibi dño ante omnia restitutis. Postq; si constiterit ipsum emphitheotam indebite seu non legitime pigneratū vel dationē in solutum audiatur etiam eius defensio oibus expensis quas in q̄ dominus petebat hre nō debere in totum vel in partem compellatur dñs restituere pro eo q̄ indebite receperit ipsi emphitheothæ rem pigneri acceptam vel eius æstimationem si res non est poenes dñm de qbus omnibus possit & debeat cognosci & terminari sine libello & strepitu & figura iuditii summarie: & de plano.

DE CESSATIONE FICTORVM. RVBR.

4 DOminus si dixerit emphitheotā cessasse in solutione ficti per terios legitimos videlicet p tres annos in fictis debitis laicis, & in fictis debitis ecclesiasticis psonis p duos annos nō possit sua auctoritate accipere emphitheoticariā pro apta: ne exinde scādala orianť. Sed adeat iudicē cōpetētē & faciat citari emphitheotā q̄ cōpat corā iudice vsq; ad. x. dies si vult cōtradicere quoius auctoritate iudiciali rē accipiat pro apta: quo terio elapso si nō cōparuerit emphitheota: iudex ponat vel poni faciat dñum in tenutā & corpor possessionē dictę rei tanq̄ de re aperta ipsi dño. Si aūt infra dcm̄ terminū emphitheota cōpareat p se vel legitimū responsalē corā ipso iudice dicēs nō esse cessatū in ipsa solutione vel allegās aliā iustā cām defensionis vel aliter quocūq; mō cōparuerit se velle resistere vel cōtradicere petitioni seu reqsitioni prędicti dñi audiatur si vult probare de solutione vel de dicta iusta defēsione: & statuatur sibi terminus competens per ipsum iudicem ad probandū de

ipsa solutione vel defensione quam possit facere absq; libello & contestatione litis. Sed si vult probare p testes tradat articulos seu capitula intentionũ dño prælibato sup qbus intendit producere testes. Et factis cõtra q̃onibus si q̃s facere voluerit infra terminũ sibi per iudicẽ assignandũ contra dicta capitula per ipsum dñum testes super eis recipiantur. Et si probauerit per testes vel p instra vel positiones quæ etiã fieri possint lite nõ cõtestata sup prædictis dominus a requisitione repellatur. Alioquin domini requisitio effectui sine aliqua alia solemnitate demandetur non obstante si emphitheota quęstionem referret de dominio contra ipsum dominũ. Et si petierit rem prædictam pro aperta nihilominus ficta præterita vel retẽta petere valeat. & si ipsa ficta petierit nihilominus rem ipsam possit petere pro aperta eo saluo q̃ si dñus recceperit fictũ trium annorũ proximæ præteritorũ ab emphitheota si dominus est laicus vel si est ecclesiastica persona duorũ annorũ proximæ præteritorũ tũc licet ficta pro maiori pte debeantur. Dominus qui recipit ipsa ficta nõ possit rem petere pro aperta nisi fuerit protestatus q̃ sibi ob hoc non fiat præiudiciũ sed prędicta locũ habeãt in p̃teritis pẽdẽtibus & futuris: & in prędictis procedatur & cognoscatur summarie: & de plano sine figura & strepitu iudicii absq; libello & petitione siue ẽt memoriali & sine aliq̃ instãtia obseruanda Saluo q̃ si citatus & requisitus negaret se emphitheotã quod tunc teneatur per actorẽ offerri & scribi in actis qualis qualis petitio ad istar cuiusdã memorialis: & in totũ procedat iuxta formã statuti loq̃ntis de sũmaria cognitione.

SI VNVS EX PLVRIBVS EMPHITHEOT. CESSAVERIT IN SOLVTIONE. RVB.

5 STatuimus q̃ si plures emphitheotæ hęredes alicuius defuncti sint affictatores vnius proprietatis: & vnus vel duo soluerint fictum partis suę dictæ rei: & alius cessauerit in solutione ficti: & ob ipsam causam tota res accepta fuerit pro aperta q̃ ille talis qui nõ soluerit partem suam & cuius occasione res accepta fuerit pro aperta teneatur ad emendandum valorem rei sic accepte vt supra: & expensas.

DE PRAESCRIPTIONE .XX. ANNORVM CONTRA NON PETENTES FICTA. RVBR.

6 SIquis dominus steterit per .xx. annos continuos q̃ fictum seu præstationem ficti non requisierit ab emphitheota vel eo qui in locũ emphitheotę successerit a petitione fictorum retentorum & non solutorum a dictis .xx. annis retro pœnitus repellatur. Saluo sibi domino omni iure circa ipsam proprietatem & circa præstationem fictorum soluendorum a viginti annis citra: & pro fictis temporis futuri circa quas pręstationes futuras: & etiã circa proprietatem nõ intelligatur contra dominum præscriptio aliqua cucurisse: & de fictis petendis pro temporibus præteritis: & de omnibus prædictis cognoscatur & procedatur summarie: & de plano sine libello & strepitu & figura iudicii. & prædicta locũ habeãt in præteritis præsentibus & futuris.

Quod

QVOD EMPHITHEOTA NON POSSIT INCIDERE ARBORES. RVBRICA.

7 NVllus emphitheota possit incidere vel scaluare vel incidi vel scaluari facere vel p eius negligentiã permittere in terra q̃ tenet ad fictum aliquam arborem fructiferam quod si secus fecerit condemnetur in xx. soldis pro qualibet arbore incisa. Et nihilominus damnũ emendet dño. Si vero inciderit vel incidi fecerit vel per eius negligentiam permiserit arborem non fructiferam inscio dño vel inuito condemnetur in .x. soldis pro q̃libet arbore. Et nihilominus soluat domino medietatem æstimat. arboris in cise; saluo q̧ possit salices & arbaras scaluare. Quæ prædcã in nemoribus seu boschis datis in emphitheosim non vendicent sibi locum.

DE DETERIORATIONE REI EMPHITHEOT. RVBRICA.

8 ITem statutũ est q̧ qlibet emphitheota & quilibet eius hæres & successor qui dãnificauerit seu deteriorauerit rem emphitheoticariam seu pro q̃ debet præstari fictum vel in ipsa re male versatus fuerit seu p eius negligẽtiã magnã ipsam rem emphitheoticariã deteriorari pmiserit cadat a iure suo & dicta res intelligatur aperta dño ipso iure si dño placuerit. Et nihilominus ipse emph. & quilibet eius hæres & successor ad emandandum dictũ damnũ seu q̃tum res fuerit deteriorata de quibus oĩbus & singulis procedat cognoscat & terminet summarie: & d plano sine figura & strepitu iudicii quolibet tpe feriato & nõ feriato: & absq̧ libello vel petitiõe seu memoriali ĩ actis scriben. & absq̧ aliq̃ instãtia obseruãda: & dcm̃ statutũ nõ vẽdicet sibi locũ in arboribus icisis sup terra emph. sed obseruet illud statutũ sup hoc disponẽs.

DE CESSATIONE SOLVTIONIS FICTI PER ANNVM. RVBRICA.

9 SI emph. domino non soluerit fictũ vnius anni nõ liceat ei post dictum annũ aliquos fructus de terra dñi de q̃ fictũ reddere tenetur colligere leuare vel exportare nisi de volũtate domini in pœna centũ soldorũ.

DE PROHIBITA ALIENATIONE REI EMPHITHEOTICAE. RVBRICA.

10 ORdinamus q̧ nullus emph. audeat vendere pmutare donare in dotẽ dare alienare vel alio quocunq̧ cõtractu inter viuos rem de q̃ reddit fictũ in aliũ trãsferre sine reqsitiõe dñi legitime faciẽda ĩ pœna & bãno ipsi emph. x. libr. Pla. & ipsa venditio permutatio donatio in dotem datio vel alienatio seu in alium translatio de qbus supra fit m̃tio nullius sint momẽti & in dcm̃ dñum res pdicta redeat & eo ipso redisse intelligatur pleno iure si dñus voluerit. Et nihilominus ipsius rei dominus semp sit & itelligatur possessor & pro possessore hẽatur & manuteneatur & deffendatur pleno iure; nõ

obstáte aliqua tpis pscriptione quæ contra ipsum dñum ab aliquo opponat. Et intelligatur ipsa res alienata & in alium translata si repiatur per aliú q̃ per ipsum emph. vel eius hr̃des possideri. Saluo q̃ possit ipse emph. ipsam rẽ loca re & i emph. dare iure dñi si cessatũ fuerit in solutione ficti semp saluo, & nihi lominus si emph. vendiderit vel alienauerit teneatur restituere pretiũ empto ri q̃ inde receperit in pecun. numerata cũ oi dáno & interesse melioraméto & expensis infra mensem postq̃ fuerit ei denunciatum in pena. x. lib. Plac. Et ni hilominus ad prædicta teneatur & oibus iuris remediis cõpellatur. ita tamen q̃ si emphitheota vẽdiderit locauerit ad nõ modicũ tẽpus vel in emphitheo sim dederit siue transactionem aliquam fecerit dñi teneatur facere mentionẽ in instruméto dictæ alienationis locationis in emphitheosim dationis vel trã slationis de dño cui redditur fictũ & de quantitate ficti qd debet seu reddi cõ sueuit. Et si aliter factũ fuerit itelligatur res apta dño ipso iure si voluerit nec propterea prędicti contractus valeant in præiudicium domini nisi in casibus supra concessis de quibus omnibus procedatur & cognoscatur sum marie: & de plano sine libelli oblatione & sine strepitu & figura iudicii quocunq̃ tem pore feriato: dum tamen in honorem dei introducto: & prædicta locum ha beant tam in præteritis quam pendentibus & futuris.

DE RE EMPHITHEOTICARIA IN SOLVTVM DANDA. RVBRICA.

11 Emphitheota vel curator bonorũ emphitheotæ vel iudex in casu quo per statuta potest dare in solutũ creditoribus ipsius emph. ius & me lioramétũ qd habet emph. in re emph. pręmissa denũciatione per ip sum emph. vel per curatorẽ bonorũ ipsius emph. si per curatorẽ est ipsa solu tio fiẽda vel p iudicẽ eo casu fieri põt solutio p iudicẽ videlicet q̃ dño rei pso naliter vel ad domũ denũtietur p ipsos dãtes in solutũ & notificetur q̃ pro tã to prætio quátũ est in rei veritate intendunt ipsum ius & melioramentũ dare in solutũ. Et q̃ parati sunt ipsi dño dicto prætio vẽdere dictũ ius postq̃ denũ tiauerit dñus expectetur p. xv. dies subsequẽtes infra quos si voluerit hẽat ip sum ius pro dcõ prętio. Quo elapso termino si recusauerit vel tacuerit dñus fiat dicta datio in solutũ: videlicet homini qui sit subiectus iurisdictioni cõis Placen. & valeat & teneat saluo q̃ ille qui prædicta habuit in solutum denun ciare teneatur domino personaliter vel ad domũ q̃ consentiat ipsi dationi in solutũ quã acceperit & eũ recipiat in emph. Post quã denũciationẽ dñs tenea tur vsq̃ ad. xv. dies subsequentes confirmare ipsã dationẽ in solutũ & prædi ctum recipere in emphitheotã: quod si non fecerit proinde habeatur: & sit ac si consensisset & eũ in emph. recepisset. Aliter aũt facta ipsa datio in solutũ nõ valeat ipso iure. Eo addita q̃ de oi confirmatione fictorum & iuribusficto rum venditorũ vel datorũ in solutũ vera vel ficta habeat dominus de q̃libet libra precii venditionis vel dationis in solutũ sex denarios & non vltra pro cõ sensu & inuestitura. Insuper ne per dominum & emph. collusio possit fieri in prædictis nolumus q̃ dominus q̃do sibi fiet dicta prima denuncia vel postea possit dicere ad impediendum dictam dationem in solutum ipsam rẽ sibi pro pter ficti cessationẽ fore apertam nisi ostendiderit per publicã scripturã rem

ipsam pro aperta accepisse auctoritate iudicis vel saltim requisiuisse ficta ab emph. infra tres annos præcedentes ipsam primam denunciationem.

QVOD DOMINVS SIT POTIOR IN FRVCTIBVS: ET QVOD NON POSSIT IVS REDIMENDI ALIENARI.

12 Domini terrarũ sint potiores cæteris psonis in habẽda solutione ficti donici de fructibus ipsarũ terrarũ siue dcẽ terræ sint laboratæ p emph. vel colonos ipsius dñi vel p alios: & ẽt sint ipsi dñi potiores cæteris psonis & creditoribus i iure, & melioramẽto rei emph. si aliqd hẽre debẽt pro fictis ptis retẽtis & nõ solutis ab ipso emph. q̃uis aliæ psonæ vel creditores sint tpe potiores. Quæ oĩa locũ hẽant in præteritis pendentibus & futuris. Et ꝙ emph. non possit alienare ius redimẽ. alicui psonæ inscio domino vel in requisito: cui dño teneatur dare si voluerit dñs. xii. denariis minus quã ab aliquo alio habere poterit sine fraude de quo pluri stetur sacramẽto emere volentis & nisi prius solutis dño oĩbus fictis præteritis & nõ solutis.

DE EODEM DE FRVCTIBVS.

13 Volumus dominos terrarum esse potiores in fructibus natis super terris suis cæteris aliis creditoribus emph. seu coloni ipsorum dominorum de toto eo quod habere debẽt ab ipsis emph. seu colonis.

DE CANONE DEPOSITO PER TRIENNIVM. RVB.

14 Siquis tenens aliqd in emph. de cętero p publicã scripturã monstrauerit se p trienniũ cõtinuũ debitũ canonẽ seu fictũ deposuisse de pręcepto iudicis cõpetẽtis citato eo cui redditur illud fictũ nõ teneatur vlterius illum canonem seu fictum deponere nisi dominus infra dictos tres annos ostẽdat cãm legitimã coram iudice q̃re dictũ canonẽ vel fictum recuset recipere. Nec propter cessationes dicti tẽporis vel alias quę postea fuerint subsecutæ domino fictum vel canonem renuente cadat emph. a iure quod habebat in re emph. sed ad ficta annua domino soluẽda nihilominus teneatur.

QVOD CREDITOR TENEATVR FACERE INSTRVMENTVM CONFESS. DEBITI SOLVTI. RVB.

15 Si probatum fuerit debitũ fore integre solutum creditori vel domino ficta temporis præteriti fore soluta teneantur sub pœna. x. libra. Plac. dicti creditores vel dñi facere instrumẽtũ confessionis de solutione dictorũ debitorum vel fictorum si de hoc a debitore vel emph. fuerint reqsiti. Et etiã teneatur creditor si habet instrumentũ debiti ipsum dicto casu in pœna prædicta reddere debitori non obstante ꝙ prædicti creditores dicãt velle retinere instrũm pro pœna seu pacto. Et cõpellãtur creditores ad prædicta cõtenta in hoc statuto oĩbus iuris remediis. Et hæc summarie & de plano sine libello & strepitu & figura iudicii & absq; aliquo mẽoriali & instãtia seruãda

QVOD SENTENTIA LATA CONTRA DOMINVM NOCEAT EMPH. ET NON E CONTRA. R.

16 SIquis hñs ius in re de terra vel re q̃ tenet ad fictum in rem ab aliquo cõueniatur & dñs obtulerit se defens. sciente emph. & non contradicente ante litem vel post litem cõtestatam admittatur ad defensionem rei & snia data pro eo vel contra eum dñm emph. prosit & noceat ac si contra eum vel pro eo data esset. Si vero dño denũciatum fuerit confess. facte ab ipso emphi. & testes producti nullius sint valitudis nec dño noceãt ipso iure & snia lata & q̃ factum fuerit firmum & ratum non sit in prẹiudicium dñi prælibati.

QVOD DOMVS EMPHITHEOTICA NON POSSIT DIRVI. RVBRICA.

17 CVm alius pro alio non debeat pati damnum proinde statuimus q̃ domus alicuius de cuius solo vel edificio redditur seu reddi consueuit vel debet fictũ aliquod alicui personæ ecclesiasticẹ vel sẹculari nullo modo destruatur seu guastetur in toto vel in parte p cõe Placẽ. vel aliquẽ rectorem seu officialem cõis Pla. seu per aliquẽ alium occasione aliqua in pœna cẽtum librarum cuilibet rectori & officiali comunis Placentiæ quam incurrat ipso facto si secus duxerit faciendum.

DE AESTIMATIONE FICTORVM PRO CERTIS ANNIS. RVBR.

18 STatuimus & ordinamus q̃ omnia ficta frumenti bladi & vini quãtum ẽ pro anno curso. M.ccc.lxxxvii. videlicet pro præstatione prox. pret. soluen. vel quæ solui debuit non soluatur nisi tm̃ frumentum pro frumento & bladum pro blado & vinum pro vino: non obstãte q̃ postea bladũ & vinum plus valuerit: & q̃ dictus ann. siue dicta præstatio soluenda si quæ solui debeat non cõputetur in illis annis seu temporibus pro quibus peterentur vel requirerentur res apertẹ: de quibus reddantur ficta prædicta.

DE CONTRACTIBVS CVM FILIOFAMILIAS PROHIBITIS. RVBRICA.

19 STatutum est & diutius obseruatum q̃ siqs fecerit aliquẽ contractũ depositi mutui vel alterius cuiusuis conditionis cum aliquo filiofamilias sine cõsensu patris ipse contractus in aliquo nõ valeat in prẹiudiciũ & damnum ipsius filiifamilias. Et nihilominus ipse contrahens cum filiofamilias puniatur in .x. libris Plac. saluo q̃ si filiusf. habens familiam moraretur seorsum, a patre cũ familia q̃ diu sic moratur quod habeatur pro patre familias q̃tum ad contractus sed nõ q̃tum ad vltimas voluntates. Sed non obstãtibus prædictis; si filiusfamilias deposuerit vel mutuauerit pæcuniam vel rẽ alicui possit eo casu facere confessionem de ipsis rebus per eum depositis vel mutuatis. Et prædicta locũ habeant & extẽdãtur ad præterita prẹsentia & futura.

de pro

DE PROMISSIONE VENDENDI ET RETRADENDI. R.

20 SIquis promiserit vel teneatur aliq̃ rē vendere vel retradere alicui certo præcio:& terminus vendendi seu retradendi non fuerit elapsus teneatur ille q promiserit vel q tenetur seu habēs cām ab eo facere ipsam vēditionē vel retraditionē illi cui facta fuerit dicta promissio:vel habēti cām ab eo soluto præcio. Quod sir requisitus fuerit ex parte iudicis cōpetentis prædicta nō fecerit infra terminū sibi a iudice assignatum òblato dicto præcio& de præcepto iudicis cōsignato & deposito sit & esse intelligatur facta ipsa vēditio& retraditio perinde:ac p si ipsum promissorē legitime facta esset & intelligaẗ. Et sit tūc ille cui facta fuit dicta promissio seu habens cām ab eo post dictum præcium oblatū & cōsignatū vt prædicitur possessor verus & legitimus dictæ rei:& in ipsa possessione defendatur & manuteneatur per potestatē & eius iudicē. Et prædicta omnia locū habeant non obstante si dictus promissor vel heredes eius seu is qui tenetur de dict a re fecisset aliquam venditionem vel alienationem vel legatum post dictam promissionem remota omni exceptione:& si dictus promissor vel heres eius vt supra diciẗ recusauerit facere ipsam venditionem vel retraditionem vltra prædicta:nihilominus puniatar in. xxv. libras. Plac. de qbus oibus possit & debeat cognosci procedi & terminari sine libello & strepitu & figura iudicii sūmarie. & de plano diebus feriatis & non feriatis quæ oia extendi volumus ad præterita præsentia & futura.

DE CLAVSVLA DE RELEVANDO PROCVR. A SATISDATIONE. RVB.

21 STatutū est ꝙ quicūq; promiserit in aliquo instrumēto procure notarius q scripsit instr̃m recipit noie cuiuslibet p̃sonę cuius interest vel interesse posset iudicatū solui pro dcō procuratore suo si recōueniretẗ volēdo releuare dcū procuratorē suū a satisdatione iudicatū solui:quod illa releuatio & promissio teneat & valeat & prodesse possit ac si facta esset coram iudice:& aduersa parte præsente vbicunq; sit factum dictum instrumentum.

QVOD VBI PETITVR DOS VIVENTE MARITO QVOD NON POSSIT PETI ANTIFACTVM. RVB.

22 SI mulier in casibus concessis a iure petat dotem in bonis mariti viuētis vel soceri vel alterius personæ cuiuscūq; ad dotem obligare non possit viuēte marito petere solutionē antifci vel sponsalitia largitatis. Saluo. sibi oī iure post mortē i bonis ipsius viri & aliorū ad ipsam dotē obligatorū

DE FIDEIVSSORIBVS ET INTERCESSORIBVS. RVB.

23 SIquis fuerit fideiussor vel intercessor in aliquo debito vel obligatione pro aliquo:& denunciauerit illi pro quo intercessit vel se obligauit vel ad domū eius hītationis p publicū instr̃m vel curreriū cōis Pla. ipsam denūciationē in scriptis portauerit & denūciauerit de mādato iudicis ꝙ exi-

cū de ipsa obligatione elapso termino in instrumento debiti vel obligatione cōprehenso teneatur ille pro quo facta est dicta intercessio vel obligatio infra xv. dies a die quo fuerit sibi denunciatū ipsum fideiussorē seu intercessorē eximere cū effectu de ipsa obligatione seu fideiussione in pena .x. librarū. Et nihilominus ad prædicta cogatur oībus iuris remediis ēt p captionē vel detētionē psonę: & q̄ post dictā denunciationē elapsis .xv. diebus possit & debeat dictus debitor psonaliter detineri ad volūtatē dicti fideiussoris vel ītercessoris occasiōe pr̨edicta. Et si dicto instrumēto depositi siue debiti nō fuerit aliquis terminus nominatus teneatur p̄dictus pro quo facta fuerit dicta obligatio siue intercessio eū fideiussorē seu intercessorē infra .xv. dies postq̄ fuerit sibi denunciatum & modo prædicto in pœna prædicta elapso anno a tēpore dictæ obligationis numerando eximere de ipsa obligatione cum effectu: & de prædictis cognoscatur summarie: & de plano sine libello & strepitu & figura iudicii diebus feriatis & nō feriatis & sine aliquo memoriali: & absq̄ alia instantia obseruanda. Et prædicta locum habeant & in totum executioni mandentur non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus, & reformationibus in contrarium loquentibus quibus omnibus per præsens statutum ex certa sciā sit derogatum: & idem obseruetur in fideiussore qui soluisset debitum.

DE SOLVENTE PRO ALIQVA COMMVNITATE. R.

14 QVicūq̄ pro aliq̄ vniuersitate loco seu villa fuerit pigneratus vel coactus soluere aliqd cōi Pla. hēat regressum contra ipsam vniuersitatē villā seu locū & hoīes ipsoꝝ & iudex seu officialis cōis Plac. cōpetēs possit & debeat compellere oībus iuris remediis: & oībus subterfugiis remotis ipsam vniuersitatem villā seu locū & hoīes ipsorū ad restituendum & soluendum ei qui soluerit id quod prædictus soluerit & coactus fuerit soluere cum omni danno interesse & expensis summarie & de plano sine oblatione libelli & strepitu & figura iudicii quocūq̄ tpe feriato & non feriato: quæ omnia obseruentur: si aliquis fideiussor vel intercessor vel promissor pro aliquo in aliquo contractu soluerit vel soluere sit coactus.

DE PRAESCRIPTIONE .XXX. ANNORVM. R.

15 SIquis steterit p triginta annos q̄ sibi debitum ex quauis causa non petierit elapsis ipsis .xxx. annis ab oī actione ipsius debiti pœnitus repellatur: saluis casibus & debitis & petitionibus in quibus & super quibus per statuta comunis Pla. aliter est prouisum & hoc locū habeat in præteritis pendentibus & futuris nisi interruptio tēporis per executionē vel aliter legitime facta esset. Et q̄ ille cui facta fuit vel fuerit promissio vendēdi vel retradēdi vel eius hæredes: vel habēs cām ab eo in q̄ nō sit terminus: possit emere & redimere ēt elapsis .xxx. annis quandocunq̄. Et pr̨edicta locū hēant tantū in futuris: & ēt in pendentibus in quibus non est elapsus terminus ann. triginta.

QVOD PRAESCRIPTIO NON CVRRAT CONTRA DOTES. RVBRICA.

Nulla

26 NVlla præscriptio currat contra mulieres circa dotes antifactum & sponsalitiam largitatem ipsarum dotiũ & hipothecarias occasione ipsarum dictis mulieribus competentes vel res parafernales ipsarum siue maritus viuat siue sit defunctus.

DE PRAESCRIPTIONE QVINQVENNII. RVB.

27 PRoducens aliquã scripturam in qua sit gruppus notarii in qua contineatur aliquẽ terminum esse datum vel quod faciat mẽtionẽ de aliquo reuisamento pręscriptione qnq; annorum repellatur nec valeat vti postea dicta scriptura nisi ipsa scriptura esset solẽniter publicum instrumentum.

DE CASSATIONE CERTARVM TALEARVM ET AESTIMORVM. RVBRICA.

28 ITem statutũ est q̃ oẽs talee æstima & quęcunq; alia onera gabellis exceptatis imposita: a tpe quo magnificus dñs noster dñs Azo &c. obtinuit dñum ciuitatis Plac. retro sint casse & irrite: & cassa & irrita: & nullius valoris. Et q̃ q̃libet persona quæ soluisset vel soluisse diceretur siue etiam soluerit aliqd cõi Plac. siue camerario ipsius cõis aio recupandi vel aliter quacũq; occasione dictarum talearum æstimorum seu onerũ pro aliqua persona collegio cõitate vel vniuersitate q̃ esset seu essent siue fuissent seu fuisse dicerẽtur pro dictis taleis æstimis & oneribus cõis Pla. seu occasione earum obligationum non possit seu possint aliqualiter molestare vel inquietare aliquã personam collegium comunitatem vel vniuersitatem pro quibus soluisset seu soluisse diceretur occasionibus suprascriptis.

DE VENDITIONIBVS DVOBVS FACTA DE EADEM RE. RVBRICA.

29 STatutum est q̃ siquis vendiderit vel aliquo modo alienauerit aliquam rẽ imobilẽ q̃ alri vendiderat vel alienauerat cõdemnetur qualibet vice in .xxv. libris Pla. & oĩs venditio & alienatio post primã vẽditionẽ vel alienationem non valeat ipso iure & prãs & iudices eius teneantur primum emptorem licet non fuerit prius res prædicta tradita per venditorem vel alienatorẽ ponere & defendere in possessionẽ dictę rei tanq̃ verũ & legitimũ emptorem. Et nihilominus teneatur venditor restituere secundo emptori pręciũ p eũ habitum in pecunia numerata cũ omni dãno interesse, & melioramẽto & expensis infra mensem postq̃ ei fuerit denunciatum in poena libr. x. Pla. & nihilominus ad prædicta teneatur oĩbus remediis iuris & præcise compellatur de qbus oĩbus procedatur & cognoscatur sine libelli oblatione summarie: & de plano & sine figura & strepitu iudicii quolibet tempore feriato: & non feriato: & pędicta locũ habeant in pręteritis pendentibus, & futuris.

DE DONATIONE ET EIVS INSINVATIONE. RVB.

30 NVlla donatio alicuius rei q̃ excedat q̃titatem vel æstimationem.xxv. libr. Placen. quæ fieret deinceps inter viuos valeat vel teneat nisi coram ptāte vel aliquo ex iudicibus eius ad rōnem reddēdā deputato præsentibus quoq; testibus fuerit recitata & insinuata adeo ꝙ licet in instr̃o donationis dicatur ꝙ tot sint & intelligātur donatores quot sunt res vel summę seu q̃titates talia verba nihil volumus opari. Quę aũt dicta sunt de donationibus inter viuos non intelligantur hr̃e locũ in donation. quæ fiunt a maritis vxoribus pp nuptias vel pp spōsalitiā largitatēq̃ insinuatio fieri possit quocũ ꝙ tpe feriato vel etiam nō feriato exceptis feriis in honorē dei iudice pro tribunali sedēte ad banchum vbi ius redditur: & aliter facta non valeat etiam si fuerit iuramēto firmata. Et pr̨edcm̃ statutũ nō vēdicet sibi locum in aliqbus dictis in dotē pro aliq̃ muliere nec in his q̃ dātur i pr̨emiũ emācipationis quę dantur noīe partis nec in aliquibus finibus remissionibus quietationibus absolutionibus pactis de nō petēdo quę fierent inter aliquas partes cōtrahētes.

DE DONATIONE CAVSA MORTIS. R.

31 SI donatio fiat cā mortis & in instr̃o donationis contineatur ꝙ ipsa donatio nō possit reuocari p ingratitudinem vel alio modo non obstantibus verbis q̃ nihil volumus operari: & declaramus ipsam donationem esse meræ cā mortis: & habere in totum effectum donationis cā mortis & cā reuocari prout iura volunt loquentia de donationibus causa mortis.

DE PROHIBITA ALIENATIONE RERVM SANCTI LAZARI. RVB.

32 REctor seu minister domus sancti Lazari lepresoꝝ non possit nec ei liceat res immobiles terras possessiones ficta vel iura aquarũ ipsius vendere donare alienare vel quouis titulo in alium trāsferre nec ēt in emphitheosim ppetuo vel vltra decē annos dare alicui personæ collegio vel vniuersitati quouis q̃sito colore vel cā siue sint cũ consensu conuersoꝝ & leprosoꝝ seu leprosaꝝ nihil volumus opari. Quæ venditiones donationes alienationes: seu in alium translationes seu in emphitheosim dationes non valeāt ipso iure: & nullius sint momēti. Et q̃s dicta domus intelligatur semper hr̃e tenere & possidere pleno iure: & in eis debeat defendi & manuteneri per ptātem & eius iudicem & quoscunq; alios officiales cōis Plac. nō obstantibus dcis vēditionibus donationibus alienationibus seu i ēphitheosim datiōibus.

DE SACRAMENTO MINORVM ET PVBERVM. RVBRICA.

33 NVllus pubes siue habeat curatorem siue non confitens se maiorem. xxv. annis eē nec alius qlibet maior in cōtractibus & iudiciis audiat cōtra propriũ sacrm nisi dolo vel fraude vel vi ipm sacrm sit exortũ Sed hoc quod dicit ꝙ q̃s nō audiatur cōtra sacrm locum nō habeat in illis puberibus vel minoribus. xxv. an. qbus est bonis p iudicē iterdcm̃: nec ēt filio familias

milias absq consensu patris cum alio contrahente: nec etiam in minore .xxv. annis qui fecerit absolutionem vel alium contractum cum illo qui fuerit suus tutor vel tutrix.

DE CONFITENTE SE MAIOREM .XXV. ANNIS. RVBRICA.

34 QVicūq pubes spōte cōfessus fuerit se maiorē .xxv. annis eē siue in cōtractu siue ī iudicio siue extra iudiciū pro maiore hēatur ī cōtractu vel iudicio ī quo cōfessus fuerit se maiorē .xxv. annis esse hoc adiiciē do q̄ si pubes in instrumento in quo cōstituit aliquē procur. confitetur se maiorē .xxv. annis q̄ talis procurator hēat tanq̄ cōstitutus a maiore: & pide noīe dicti puberis valeat litigare: & pdcā locū hēant in ptīs pendētibus & futuris.

DE MINORE CONTRAHENTE CVM EIVS TVTORE VEL CVRATORE. RVB.

35 MInor .xx. annis nō possit in instrō vel extra instrm cōfiteri se maiorē .xxv. annis in aliq̄ confessione vel absolutione vel liberatione q̄ faciat vel fecerit alicui q fuerit suus tutor vel tutrix vel hęredibus ipsius tutoris vel tutricis seu in aliquo cōtractu vel obligatione q̄ fecit vel fecerit cū ipso q fuit suus tutor vel tutrix vel cū hæredibus eius ēt si cōfiteretur vel cōfiteatur cū iuramento se maiorē .xxv. annis. Et si dictus minor iurauerit vel dixerit se maiorem .xxv. annis vel iurauerit in instrō vel confessione vel absolutione vel contractu vel obligatione quā fecerit cum prædicto seu prędictis qui fuit tutor vel tutrix vel hæredes eius vel iurauerit in dictis casibus se non venire contra prædicta vel contra promissionē suā nolumus in dictis casibus vel aliquo eorū dictū minorē hēri pro maiore. Et dicta cōfessio vel iuramentum in dictis punctis vel articulis nō valeat ipso iure: nec ob hoc habeatur in aliquo in dictis casibus pro maiorę nō obstantibus aliquibus legibus statutis vel prouisionibus cōis Pla. vel consuetudinibus qbus legibus statutis vel prouisionibus & consuetudinibus per psens statutū in pdictis volumus derogari.

DE MVLIERIBVS FACIENTIBVS FINES. RVB.

36 SImiliter nō recipiam lamentationem a liberis alicuius mulieris vel ab ipsa muliere q̄ fecit finem patri de successione patris vel matris cum iuramento aduersus filios vel liberos masculos vel fœīas ex masculis descēdētes: sed cōtra filias vel liberos ex filiabus recipiā nisi veniāt contra legitimam voluntatem defuncti de cuius hæreditate agitur facta hinc inde compēsatione dotium siue dotis quæ de bonis illius de cuius successione agitur processit vel processerunt. & aduersus omnes alios nisi causam habuerit a patre vel liberis masculis vel fœminis a masculis descendentibus.

DE OBLIGATIONIBVS OCCASIONE LVDI. RVB.

37 SI contraxerit vel obligationem fecerit cum aliquo sup ludo vel occasione ludi taxillorum quoquo cōtractus nō valeat ipso iure: & etiam de aliquo ludo taxillorum nullum ius reddatur conquerenti & si prædicta in dubium verterentur possit & debeat iudex cognoscere & terminare summarie: & de plano sine libello & sine strepitu & figura iudicii.

QVOD NVLLVS EMAT CONTRA COMVNE. R.

38 STatutum est q nullus homo ciuitatis Plac. vel districtus Plac. emat vel aliqualiter acquirat aliquod debitum vel nomen debiti seu reuisamentum contra comune Placen. quod si fecerit non valeat ipso iure.

DE VENDENTE ET NON RECIPIENTE PRAECIVM. RVBRICA.

39 STatutum est q si aliquis de Placen. vel cōitatu rem suam vendiderit & tradiderit vel de pecunia sua empta fuerit vel refecta & emptor qui ad pecuniam vel ille cuius res empta vel refecta est tenetur præciū vel debitum non soluerit cū venditore & fidem habuerit vēditorem vel eum de cuius pecunia res empta est vel refecta in re ipsa dumtaxat apud emptorem vel debitorem vel eius hæredes vel eius vxorem potiorem faciam donec plenā solutionem præcii vel debiti habuerit suam esse pecuniam intelligimus siue eā credideiit siue pro ea pecunia intercessit & eam soluit vel soluere teneatur siue totum capitale societatis fuerit: siue pro ea parte quam posuit i societate.

Et q si bestiæ alicuius comederint fœnum alicuius personæ: vltima persona cuius comederint ipsum fœnum in domibus cuius essent dictæ bestiæ debeat esse: & sit potior in ipsis bestiis: & ipsas bestias pœnes se retinere possit: non obstante quod fœnum aliud comedissent: vel quod ille cuius bestiæ comedissent alia debita haberet.

DE LOCATIONIBVS ET INQVILINIS. RVBRICA.

40 QVilibet inquilinus finito termino locationis domus sibi factæ per alium teneatur & debet exire de domo: & eam restituere & dimittere liberam & expeditam locatori infra octo dies post dictum terminum exceptione domini vel alia quauis exceptione non obstante. Qui inquilinus si requisitus prædicta facere contempserit incidat pœnam centum soldorum ipso facto. Et nihilominus omnibus remediis præcise compellatur de quibus & super quibus omnibus procedatur & cognoscatur summarie: & de plano sine datione libelli & sine strepitu & figura iudicii quocunq tempore feriato & non feriato. Et prædicta locum habeant ad præterita pendentia & futura.

QVOD COLONVS NON EXPELLATVR ANTE TERMINVM. RVB.

Locator

41 LOcator domus non possit inquilinũ expellere ante cõpletũ terminũ locationis licet dicat se velle ibi habitare nisi aliter sit cõuẽtũ. Qui locator si dictã domũ vendiderit nondũ completo termino locationis teneatur inquilinus requisitus per emptorẽ exire de domo & eã sibi dimittere liberã & expeditã infra mẽsem a die quo fuerit denũciatũ exceptione dñii vel quauis exceptione nõ obstãte in poena soldor. c. Plac. Et nihilominus ad prædicta omnibus remediis iuris præcise compellatur. Saluo ipsi inquilino omni iure & actione damno & interesse: si quod ipsi competit cõtra ipsum locatorem. Et si inquilinus pecuniã soluisset pro pensione ipsi locatori: & nondũ esset terminus completus pro quo pensio fuit soluta non teneatur exire inquilinus dictã domum nisi prius dicta pecunia soluta per ipsum nondum cõpleto termino sibi restituatur: de quibus & super qbus procedatur & cognoscatur summarie & de plano sine libelli oblatione & sine strepitu & figura iudicii diebus feriatis & non feriatis. Et prædicta locũ habeãt ad præterita pendentia & futura & etiã sine aliquo memoriali & aliquã instantia seruanda. Et q̃ de quæstionibus pensionum & locationum quarũcunq̃ domorum terrarũ & rerum procedatur & cognoscatur summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii & absq̃ aliquo memoriali & instantia seruanda.

QVOD MASSARII DEBEANT REQVIRERE DOMINVM TEMPORE MESSIVM. RVBRICA.

42 OMnis laborator terrarũ teneatur reqrere dñm tempore messiũ & vindemiarũ vt intersit per se vel nunciũ suũ ipsis messibus & vindemiis & segationi collectioni & diuisioni foeni: & notificare sibi diem quo vult metere & excutere bladũ & legumina & segare colligere & diuidere foenum: & quo vult incipere vindemias. Alioquin ipso iure sit condemnatus communi in. xx. soldis Placen. qualibet vice qua fuerit contrafactum: & nihilominus de quolibet stario seminatu frumẽti sichalis spelte ordei sariole auene ad rationem vnius modii ad minus dare & reddere teneatur domino sine aliqua probatione fiẽda si dñus maluerit vel placuerit dño: & reddere sibi legitimã rõnẽ tã de prędictis q̃ de vino & de foeno de marzaticis vero videlicet milica milio & panico vicia & omnibus leguminibus teneatur dño iustã reddere rationẽ de quibus iudex maleficiorũ possit & debeat cognoscere summarie: & de plano sine datione libelli & sine strepitu & figura iudicii quocunq̃ tempore feriato & non feriato: & absq̃ aliquo memoriali & absq̃ aliqua instantia.

QVOD DOMINVS POSSIT ADONEGARE SI VELIT.

43 SIt in arbitrio domini si maluerit adonegare & partiri in cãpo fructus cũ colono vel laboratore ipso volente vel inuito nisi inter eos aliter sit conuentũ: & facta adonegatione prædicta seu diuisione teneatur colonus vel laborator partem domini conducere ad aream vbi dominus voluerit in villa in cuius territorio nati fuerint dicti fructus in poena centum soldorũ Plac. ipsi locatori si contradixerit facien. & si dominus voluerit adonegare in

campo tunc teneatur colonus seu laborator cõducere totam blauã in area domini: nec liceat ipsi laboratori ipsas paleas inuito vel inscio domino de area ipsius domini exportari in pœna prædicta super quibus possit & debeat procedi & terminari sine strepitu & figura giudicii tempore feriato & non feriato summarie: & de plano & absq; aliquo memoriali & aliqua instantia.

QVOD MASSARII TENEATVR CONDVCERE BLADA. RVBRICA.

44 Laboratores terrarum ad donicum teneantur conducere blada & legumina Plac. ad domum domini infra octo dies postq̃ leuata fuerint de area nisi inter eos aliter sit conuentum in pena. xx. soldorum Plac. & emendationis ipsius damni domino.

DE REPVDIATIONE HAEREDITATIS. RVB.

45 Vicumq; repudiauerit hæreditatẽ parẽtũ ascẽdẽtiũ si post repudiatione tenuerit ipsã hæreditatẽ vel res hæredis talis repudiatio nõ valeat nisi ipse repudiãs ostẽdiderit ipsã hæreditatẽ vel res hæreditatis iusto titulo tenere vel tenuisse. & pdicta locũ hẽant in ptis pẽdẽtibus & futuris.

DE ANTIFACTO ET DONATIONE PROPTER NVPTIAS. RVBRICA.

46 AD tollendas controuersias & dubia quæ sæpius oriebantur occasione constituendi antifactum seu donationes propter nuptias & sponsalitiã largitatẽ per viros vxoribus in dotalibus instrumentis: q' de cætero constituatur & fiat donatio per virum vxori in instrumento dotali nomine antifacti seu donationis propter nuptias: & sponsalitiæ largi. pro medietate dotis vel æstimationis dotis tantũ quãtũ maritus fecerit vtputa maritus recipit nomine dotis ducentas libras in pecunia vel rebus æstimatis vel inæstimatis valẽtibus ducẽtas libras Plac. fiat per maritum donatio propter nuptias in instrumẽto dotali vxori: nominatim de tãtis ex suis bonis mobilibus & immobilibus & iuribus quibuscunq; quæ nunc habet & habiturus est in quę bene valeãt libras. l. Plac. & propter sponsalitiã largitatẽ seu nomini sponsalitiæ largitatis quæ bene valeant. x. libras Plac. & si fieret vltra dictam quantitatem valeat tantummodo vsq; ad legitimum modum iuxta prædicta.

DE DOTE ET ANTIFACTO LVCRANDIS. RV.

47 COnsuetudo est in ciuitate Plac. & epatu lõgissimo tpe obseruata cuius cõtrarii memoria non existit: q' si vxor moritur ante maritũ: si ex ipso marito liberos nõ relinquit: q' eo casu maritus lucratur dotẽ pleno iure: si vero relinquat liberos ex dicto viro eo casu vir toto tpe vitę suę habeat ipsius dotis vsufructũ dũtaxat & proprietas & ius dotis & exigẽdi eã remaneat ipsorũ liberorũ ex dicta vxore pmortua relictorum. Si vero maritus decedat ante

dat anteq̃ vxor: si ex ipsa vxore liberos non relinquat eo casu antifactum: seu donationem: propter nuptias & sponsalitiam largitatem vxor lucretur pleno iure. Quod si maritus præmoriẽs ex ipsa vxore liberos relinqt eo casu vxor habeat antifactum dũtaxat toto tpe ipsorũ antifacti seu donationis propter nuptias & sponsalitię largitatis & proprietas & ius habendi & consequẽdi ipsum antifactum seu donationẽ propter nuptias & sponsalitiam largitatem remaneat pœnes liberos ipsius mulieris ex ipso matrimonio procreatos. Hoc videlicet obseruando q eo casu dicta mulier anteq̃ possit exigere & habere ab hæredibus viri dictum antifactum seu donationem propter nuptias & sponsalitiam largitatem teneatur præstare liberis prædictis idoneam securitatem de restituẽdo ipsis liberis dicto antifacto seu donationem propter nuptias & sponsalitiã largitatẽ si contingat eam prædecedere liberis prælibatis. Quam consuetudinem confirmamus & approbamus: & pro lege municipali ppetuo inuiolabiliter volumus obseruari. Et quæ dicta sunt circa dotẽ lucrandã per virum seu certo modo habendã & circa antifactum seu donationem propter nuptias & sponsalitiam largitatem lucrandas per vxorem seu certo modo habendas in casibus prædictis locum habeant: nisi expresse inter ipsas partes aliter sit conuentum. Sanę per prædcã vel aliquod prædictorũ volumus in aliquo derogari statuto quod loquitur de muliere quæ facit finem patri de successione patris vel matris cum iuramento: quod statutum de muliere faciente finem manere volumus in omnibus suis partibus firmũ & ppetuo illibatum.

DE ALIENATIONIBVS SIMVLATIS. RVB.

48 ODiosas cautiones & simulatos contractus & alienationes faciẽtium in aliorum non modicam lesionem auferre de medio cupientes. Statuimus q siquis aliquam domum terras possessiones vel res immobiles alii vendiderit: alienauerit donauerit pmutauerit seu quouis titulo in aliũ trãstulerit. Et vẽditor alienator vel donator vel pmutator seu ipsarũ rerũ in aliũ translator post dictos cõtractus vel aliquem eorum ipsas domos habitauerit vel pẽsionem inde receperit vel dictas res tenuerit vel coluerit seu coli fecerit & inde fructus receperit q eo casu tales contractus pręsumantur & sint fictitii & simulati & nullius momenti. s. in quantum in præiudicium & lesionẽ aliquam omnium aliorum qui ipsos contractus non fecerint: sed quantũ in præiudicium illorum qui dictos contractus fecerint valeant inter se tantũ prout aliter valuissent non obstante hoc statuto. Et prædicta locũ habeant non obstante q in instrumentis dictorum contractuũ dicatur q venditor vel permutator vel alienator seu in alium translator constituit se res prædictas possidere vel q̃si nomine illius qui vẽdiderit vel donauerit vel permutauerit vel alienauerit. Et q dictum ẽ q dicti contractus vel aliquis eorum non valeant nec teneant in præiudicium aliorum intelligimus & declaramus q non faciant dicti cõtractus præiudiciũ aliis q ante ipsos contractus cõtraxerint cũ prędictis Et etiã qui cõtraherent cũ eis post dictos contractus durãte tpe quo dicti alienatores post dictos contractus tenuerint res prædictas vel aliquã earũ. Quo etiã tpe durãte tales contrahentes non intelligãtur possidere vel pscribere in præiudiciũ aliorũ. Et prędicta omnia vel aliquod eorum nõ habeãt locũ quã

do alienatori p eũ cui facta ẽ alienatio datæ sint res prædictæ vel aliqua eaꝝ in emphitheosim in ppetuum absq; fraude. Et fraudem intelligimus q̃n ille qui inuestiuit ad fictum in perpetuum cõfessus ẽ hére in totum vel in partem ab ipso emph. ficta pro tpibus futuris vel dicto emphi. dcã ficta donauit pro tpibus futuris in totum vel in partem dũmodo inuestiens rem inuestitam te/ nuerit quo casu dicta i emph. datio nõ intelligatur i prædictis casibus excepta ta nec ẽt talis cõfessio vel donatio fictorũ pro tpibus futuris valeat in aliquo in dictis casibus etiam inter ipsos donantẽ & donatarium vel cõfitentẽ: & eũ cui facta est cõfessio de dictis fictis: vel parte eorũ pro aliquibus tpibus vel p̃ stationibus futuris: quæ omnia supradicta locum habeant in præteritis pen/ dentibus & futuris. Intelligatur etiam alienatio facta esse in fraudem si facta fuerit postq̃ curator datus fuerit bonis alicuius & ante solutionem factam cre ditoribus qui in iudicio comparuerit & de debitis fidem fecerunt q̃tum est in præiudiciũ creditorũ. Et etiã alienatio facta per aliquem postq̃ factũ fuerit præceptũ per iudicem q; det bona sua in scriptis vel soluat alicui q̃tum est in præiudicium eius ad cuius postulationem factum fuerit dictum præceptum.

DE DEPOSITIS ANTE TERMINVM NON PETENDIS. RVBRICA.

49 INhis q̃ cõstituit in pondere numero vel mensura si fiat depositum & de positarius promittat ipsum depositum restituere vsq; ad certũ terminũ non possit ante ipsum terminum depositarius compelli restituere dictũ depositum ad postulationem deponentis seu cuiuscũq; modo vel casu aliquo saluo q; interim possint fieri saximenta hoc statuto non obstante.

DE DEPOSITO ET CET. RVBRICA.

50 NVllus ex his q sunt obligati pro cõtractibus siue ex cã depositi vel q̃ uis alia possit detineri psonaliter vsq; ad calẽdas octobris proximę vẽturi: quo termino elapso possit qlibet obligatus ex causa depositi ab hinc retto contracti detineri iuxta formã statuti loq̃ntis de debit. qui pos/ sint ex cã depositi detineri: saluo q; qlibet tã pro qbuscũq; debitis præteritis q̃ futuris ex causa depositi vel quauis alia causa possit cedere bonis de qua ces/ sione quid iuris & qualiter fieri debeat in alio statuto plenius continetur.

DE DEPOSITO ET MODO PROCEDENDI. RVBRICA.

51 STatutum est q; si aliq̃s de cætero receperit vel confessus fuerit recepisse pecuniam vel rem in deposito & acomanda ab aliquo ciuitatis vel distri ctus cõpellatur reddere & restituere creditori in pecunia numerata: vel si est alia res rẽ depositam sine datione libelli & strepitu iudicii: & sine aliquo memoriali: & aliq̃ instantia nulla exceptione obstante. Alioqn detineatur p/ sonaliter vel pigneretur ad voluntatem deponentis vel eius hæredum seu ha bentis cãm ab eo quousq; satisfecerit creditori prędicto. Saluo q; si dixerit se

habere iustam defensionem vel exceptionem audiatur:& non detineatur facta primo depositione & consignatione in pecunia numerata dicti debiti vel si nõ fuerit pecunia:facta depositione rei depositę vel tantũdem si consistit in pondere vel mensura coram iudice coram quo conuenitur & non aliter. Quo facto iudex sine alia contestatione vel libello statuat certum terminũ arbitrio iudicis debitori ad probandum ipsam defensionem vel exceptionẽ qua legitime probata absoluatur & dictum depositum sibi debitori restituatur. Alioquin detur creditori eo videlicet adiecto ac perpetuo obseruãdo ꝙ siquis fuerit detẽtus occasione depositi & steterit propterea in carceribus p tres mẽses continuos:& si postea paratus fuerit cũ effectu cedere bonis suis:& cedat non possit vlterius detineri vel ĩ carcerẽ retineri durãte dcã cessione pro deposito vel quouis alio debito ptõ vel futuro ꝙ debeat alicui excepto cõi Plac. Quae cessio sic fiat videlicet ꝙ praeconizetur praemisso ter sono tubae in platea cõis iudice rõnis sedente hora cõsueta ad banchũ sub pallatio cõis die iuridico & p̃sente ipso debitore cedente ꝙ talis videlicet noiando eũ qui cedit bonis & subsequẽter ipse debitor p̃sente iudice palam & publicet dicat cedo bonis & dicta crida & dictum creditoris scribatur in actis quibus factis persona debitoris dimittatur. saluo ipsis creditoribus oĩ iure cõtra ipsa bona tã praesentia q̃ futura. ita tamen ꝙ de ductone egeat nunquam vindicet sibi locum etiã in bonis quę postea aquireret:& ꝙ dictũ est ꝙ quis possit cedere bonis nõ intelligatur in forensibus qui non sunt de ciuitate Pla. vel episcopatu quorum cessio occasionẽ alicuius debiti non valeat ipso iure nec intelligatur si aliquis cedens bonis probatus fuerit habere bona extra ciuitatem Placẽ. & districtum: quo casu cessio nõ valeat ipso iure. Et ꝙ durãte dicta cessione ille qui cesserit bonis non habere possit aliquod officium vel beneficium publicum nec elligi possit ad officium alicuius notarij nec de aliquo consilio comunis Pla. nec esse procurator. tutor extimator vel actor neq; curator bonorũ nec alicuius personae nec sibi in ciuilibus ius reddatur contra aliquam personam vel res alicuius personę. & hoc statutum locum habeat in futuris tantum. & hoc statutum locũ habeat & in omnibus obseruetur praeterquã in detentione in quibuscunq; & de quibuscunq; mutuis de quibus apparet publicum instrumentum.

QVOD VASSALLVS TENEATVR OSTENDERE REM FEVDALEM DOMINO. RVBRICA.

52 SIquis dominus postulauerit ab aliquo vassallo vel ab eo qui causam habuerit a vassallo vt sibi feudum manifestet cogatur per iudicem competentem ipsum feudum & res feudales manifestare & haec scribantur in actis ad postulationem domini prelibati, & si scienter aliquid omiserit ipso iure cadat a iure suo.

DE CONFITENTE SE VASSALLVM. RVB.

53 SIquis confessus fuerit cõsorti suo vel alii cuicunq; ꝙ id quod tenet vel habet in aliquo loco vel certas res quas hẽt vel tenet esse feodales : seu feodũ nolumus talẽ confessionẽ praeiudicare vxoribus seu aliis cõtra-

hentibus qui postea cum ipso confitente vel eius hæredibus contraxerit vel contraxerint nisi de ipsis rebus feodalibus vel feodo alias seu aliter legitime doceretur: quæ confess. ꝑiudicent tantũ confitentibus inter se & hæredes eorũ: & prædicta locũ habeant & extendantur ad præterita pẽdentia & futura.

DE FEVDATARIIS RENVNCIANTIBVS FEVDO. RVBRICA.

54 STatutum est quod feudum alicuius quod fuit vel fuerit datum in solutum alicui pro aliquo debito & debitor feudum dominum refutauerit talis refutatio nõ noceat creditoribus eo saluo ꝙ si res feudalis fuerit acepta in solutum & debitor vassallus sine liberis legiptimis decesserit domino libere apperiantur vel ei ad quem de iure feudũ apperiri debet non obstante dicta acceptione in solutum quæ acceptio & datio in solutum valeat tantum in præiudicium dicti vassalli & hæredum eius vtriusꝗ sexus & cuiuscunꝗ habentis causam a dicto vassallo.

QVOD PRAESCRIPTIO NON CVRRAT IN FEVDIS. RVBRICA.

55 VOlumus ad omne iuris dubium tollendum ꝙ dominis nulla præscriptio currat in rebus feudalibus quæ possideantur per vassallum vel eius hæredes. & hoc locũ habeat in p̃tis pendentibus & futuris.

DE FEVDO DATO IN SOLVTVM. RVBRICA.

57 SI feudum quod datum fuit in solutum creditori apertum fuerit domino vel consorti salue sint creditori vel eius hæredibus vel ei qui causam habuit ab eo habuerit pristinæ actiones & pristina iura & hoc locum habeat in præteritis & futuris.

QVOD EMPTOR NON POSSIT PETERE NISI ET PROVT VENDITOR IPSE POTERAT. RVBRICA.

56 SI terra seminata aut vinea putata vendita vel permutata vel alio modo alienata fuerit ille ad quem peruenit sit contentus in eo redditu in eo anno quem laborator illius terræ vel vineę dare tenebatur ei per quẽ alienata fuerit. si vero alio modo fuerit laborata & colonus a domino interesse consequi non poterit extimationem laboreri nouus dominus ei dare cõpellatur nisi ipse dominus nouus terram colono dimiserit secundum pacta vetera locationis vsque ad perceptionem fructuum illius anni.

QVOD FORENSIS POSSIT DETINERI. RVBRICA.

Siquis

58 SI quis ex cā legitima dicat se creditorem alicuius qui non sit de ciuitate vel districtu Placen. habens & ostendens instrumentum debiti coram prāte vel iudicibus eius possit eum debitorem existentem in ciuitate Placen. vel districtu facere personaliter detineri. Et hoc potestas & eius iudices teneantur quousq; ipsi creditori fuerit satisfactum. Saluo q̄ si dictus debitor dicat se habere legitimam defensionem & det idoneam securitatem ciuē Placen. iudicatum solui præstita idonea securitate non detineatur personaliter: sed eius defensio legitima audiatur: non obstantibus aliquibus prouisionibus nec reformationibus in contrarium loquentibus.

QVOD EX ALIA CAVSA QVAM DEPOSITI QVIS NON DETINEATVR. RVB.

59 NVllus ex cā alicuius debiti priuati detineatur vel in carcerem detrudatur saluo q̄ hoc non intelligatur in obligatis ex causa depositi in quo deposito statuta comunis Placē prædictis non obstantibus vendicēt sibi locū. Et saluis illis casibus in qbus p statuta cōis Pla. aliter ē prouisū.

DE ADDITIONE HEREDITATIS PER TVTOREM. R.

60 TVtor vel tutrix testamentarius vel testamentaria possint adire hæreditatem pupillorum vel pupillarum & valeat aditio sine aliquo tutore vel curatore dando occasione dictæ hæreditatis adeunde.

DE LEGATIS ET MODO PROCEDENDI. RV.

61 IN legatis relictis ecclesiis vel religiosis vel hospitalibus vel quibuslibet pauperibus vel miserabilibus psonis seu aliis quibuscūq; volumus procedi cognosci vel terminari summarie: & de plano sine strepitu & figura iudicii: & absq; libelli oblatione tempore feriato & non feriato: & hoc locum habeat ad præterita pendentia & futura.

DE CLAVSVLA DOMINA ET DONA ET VSVFRVCTVARIA. RVB.

62 DEclaramus q̄ si quis in testamento vel vltima voluntate dixerit volo vel relinquo uel iubeo vxorem meam esse donam & dominam omnium meorum bonorum vel dixerit volo & iubeo vxorem meam esse donam & dominam esse vsuario vel vsufructuario nomine omnium bonorum meorum: q̄ per prædicta verba scilicet donam & dominā vsuario vel vsufructuario noīe dicta vxor non possit petere vel habere nisi alimenta: dum sine defunctus decesserit relictis liberis siue absq; liberis siue decesserit relictis hæredibus liberis suis siue extraneis quibuscunq;.

QVOD HAERES INTELLIGATVR POSSESSOR BONORVM DEFVNCTI. RVB.

63 QVilibet hæres siue ex testamento siue ab intestato adita hæreditate habeatur & intelligatur possessor vel quasi possessor omnium bonorum rerum & iurum quæ defunctus tenebat & possidebat vel quasi possidebat tempore quo decessit nulla relatione dominii vel alia quauis exceptione impediente vel obstante.

QVOT TESTES REQVIRVNTVR IN TESTAMENTIS. R.

64 SVfficiant in testamentis nũcupatiuis & in qualibet alia vltima voluntate quinq; testes masculi & puberes etiam non rogati. saluo quod in qualibet vltima voluntate excepto testamento mulieres puberes etiã ad testimonium admittantur.

DE INVENTARIIS HAEREDVM. RVB.

65 INuentaria quorumcunq; hẽredũ & etiam tutorum & curatorum quæ manu publici tabellionis tribus testibus præsentibus conficiuntur valeant: licet non sint citati vel euocati creditores vel legatarii vel alia legitima solennitas obseruatã & tẽpus a iure statutũ intelligatur de solẽnitatibus.

QVOD INTERFECTORES NON SVCCEDANT DEFVNCTO. RVBRICA.

66 INterfectores vel conscii mortis alicuius tã ipsi quam eorum descendentes ab omni successione defũcti interfecti perpetuo excludantur.

DE IMBREVIATVRIS DEFVNCTORVM. RVB.

67 TEneantur cõsules notariorum inuestigare & inquirere omnes penes quos sunt imbreuiaturæ notariorum defunctorum qui non reliquerunt liberos masculos notarios: & scribere nomina ipsorũ apud quos dictæ imbreuiaturæ existunt si non sunt notarii ad hoc vt sciãtur apud quos existunt dictæ imbreuiaturæ: & nihilominus procurent ꝙ potestas eis præcipiat sub certa pœna & de dictis imbreuiaturis custodiendis & saluandis.

QVOD SVFFICIAT ACCIPERE TENVTAM IN VNA RE PRO OMNIBVS. RVBRICA.

68 SI venditor vel alio modo contrahens tenutam emptori vel alio modo contrahenti dederit ex vna rerum super quibus cõtractum est vel erit nomine aliarum rerum seu sua parabola intrare præceperit ipsam tenutam: valeat ipsa tenuta in aliis rebus prędictis: ac si in singulis rebus intrasset. Et illud idem obseruetur in tenutis datis de præcepto iudicis competẽtis & etiam in tenutis datis per curatorem bonis alicuius defuncti.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

Incipit

INCIPIT QVARTVS

DE QVIBVSDAM RESTITVTIONIBVS SPOLIATORVM ETIAM EMPHITHEOTARVM.

1



POLIATORVM Restitutionibus intendere cupiētes statuimus q̄ omnes & singuli qui pro parte vel occasione partis expulsi fuerunt vel se absentauerunt de ciuitate Placen. vel episcopatu tempore dominii dictę ciuitatis olim bonæ memoriæ domini Galeaz vicecomitis vel a dicto tempore citra resituantur & pro restitutis habeantur ad omnia quę possidebant vel quasi possidebāt quolibet tempore absentationis seu expulsionis factæ occasione prædicta. Et quantum ad restitutionem prædictam ille sit potior & restitutus esse intelligat: & debeat restitui rigore prītis statuti q alteto p̄dictorū tpū fuerit prior i possessione prędictarū rerū per eū tūc possessarū: & si fuerit inter aliquos cōtentio de restitutione prædicta ille obtineat q probauerit se tpe absentationis suæ dictis tpibus vel altero p̄dictorū tēporū prior fuisse in possessione dūmodo spoliatio seu priuatio possessionis facta nō fuerit ipsis communiter stātibus in ciuitate p̄dicta & cōi iure inter eos vigente ad p̄dictā aūt restitutionē fiendā procedatur sūmarie & sine strepitu, & figura iudicii sine libello vel petitione declaratione sola tātū p̄cedente si ille cōtra quē fienda restitutio negauerit petētē restitutionē fieri possedisse tēpore expulsionis siue absentationis non obstante aliqua tēporis præscriptione possit tñ postea eodē iure summario quilibet contra prædictos restitutos agere & experiri ad proprietatē dictarū rerū recuperandarum saluis omnibus contractibus a dicto tēpore citra factis spontaneæ non vi vel metu partis vel alio ad vim vel metum probādum sufficiant quattuor testes bonæ opinionis & famæ. Qui verisimilia aliqua cum fama deponant vel alias probationes iuris si per aliū modū possit fieri probatio q̄ prædict. Statuētes ēt q̄ oēs emphitheotæ q a tpe prædicto citra nō soluerūt cānones suos & ficta in eo sint iure in quo erāt tpe expulsionis vel absentationis alicuius ex prædictis quantum ad prędicta: ita q̄ res nō sint apertę petentibus vel veris dominis. Sed ipsis emphitheotis soluentibus dimidiam partem eius quod debeat in eo sint iure quo erant tempore expulsionis vel absentationis prædictæ siue dantes siue recipientes in emphitheosim fuerint cæteris paribus q̄ ad prædicta: & prędicta vēdicet sibi locū in adherētibus cuilibet aliarū partium prædictarum expulsarum spoliatis vel priuatis possessione vel quasi a tempore prædicto citra: & sequacibus eorundem: dūmodo præsumi possit q̄ occasione seu timore partis nō potuerint vel ausi fuerint prosequi iura sua omni pręscriptione cessante in omnibus supradictis: ad quæ obseruāda & quæ cū effectu teneatur dominus potestas & qlibet officialis dicti domini p tātis & cōis Plac. exceptione aliq̄ iuris vel facti non obstāte.

DE ONERIBVS ET CVI DEBEANT IMPONI.

2 VT inter ciues & distruales Plac. idē ius obseruetur & comune Plac. non fraudetur firmiter ordinamus ꝙ si contigerit quod deus auertat aliquod ęstimū vel taleā vel aliud onus per comune Plac. imponi ꝙ oēs ciuitatis Plac. & districtus qui tunc nō essent æstimati faciant se æstimari vel in talea poni in poena decem librarum Placen. Sed hoc non habeat locum in scutiferis & bubulcis stantibus ad mercedem panem & vinum alterius comedendo: nec in pauperibus qui vadunt publicæ mendicando: qnon habent familiam: videlicet vxorem vel liberos nec aliqua bona immobilia inueniuntur possidere vel mobilia valentia vltra quantitatem decem librarum. Siue aliquod onus reale vel personale: seu impositio aliqua nemini in ciuitate Placentiæ imponatur nisi in porta & in vicinia vbi moratur tēpore ipsius impositionis: & quilibet qui habitauerit seorsum: seu diuisus & alicui rustico nisi in villa in qua moratur cum familia tempore ipsius impositionis: & quod quilibet qui habitauerit seorsum seu diuisus fuerit a patre vel matre: seu qui bona diuisa habuerit ponatur separatim in talea & in aliis factionibus & oneribus comunis Placentię. Et ꝙ quęlibet persona quæ habitat: seu habitare inuenitretur in districtu Plac. quæ siue eius antecessores consueuerunt morari in ciuitate Placen. debeat ęstimari & factiones & onera comunis Plac. facere & sustinere in dicta ciuitate Placent. in vicinia in qua ipse vel eius antecessores vltimo consueuerunt morari in ciuitate Placen. debeat æstimari & factiones & onera comunis Placen. facere & sustinere in dicta ciuitate Placen. in vicinia in qua ipse vel eius antecessores vltimo cōsueuerūt morari siue morabantur & si de dicta porta vel vicinia aliqua oriretur quæstio ipsa quæstio decidatur per dominum potestatem & eius curiam: & si secus factum fuerit non valeat ipso iure: & alicui rustico nisi villa in qua moratur cum familia tempore ipsius impositionis.

DE CONSVLIBVS VILLARVM ELEGENDIS.

3 STatutum est ꝙ quælibet villa quę habet vltra quinquæ focos seu focolaria teneatur quolibet anno eligere vnum consulem de ipsa villa: qui consul possit agere & conueniri pro debitis comunis Plac. & super omnibus accusis vel denunciationibus vel inquisitionibus quę fierent de ipsa villa: & per ipsam villam: & qui fuerit vno anno vacare debeat ab ipso consulatu per biennium postea subsequenter. Si vero villa fuerit infra quantitatem quinquæ focolariorum teneatur se coniungere cum vna ex tribus villis proximioribus habentibus consulem vel eligere consulē de se ipsa: & ꝙ qlibet possit de hoc conquæri ad postulationem cuiuslibet conquærentis teneatur se coniungere cum vna ex dictis villis sub poena librarum decem: & ad hoc teneatur potestas & iudex maleficiorum ipsas villas compellere quando fuerit requisitus in poena librarum viginti ipsis potestati & iudici.

DE ONERIBVS DIVIDENDIS QVAE SINT REALIA ET CAETERA.

4 VT ęqualitas circa onera realia & perſonalia in omnibus obſeruetur: proinde ſtatuimus ꝙ onera quæ ſunt realia de cętero imponantur villis caſtris locis & hominibus epiſcopatus & diſtrict. Placen. per patrimonia diuidãtur: realia vero onera ĩtelligãtur videlicet ĩpoſitio ſalis eſti mi ſeu taleæ impoſitio. bladi porcorum vini ſolutio ſalariorum poteſtatũ con ſulum defenſorum aduocatorum ſindicorum ſeu procuratorum reſtitutionũ & mẽdatorum damnorum & condemnationum: quæ de ipſis villis caſtris lo cis ſeu comunitatibus: & etiam alia quæ de iure communi meræ realia repu/ tantur. Eo ſaluo: ꝙ condemnationes villarum locorum caſtrorum comuni/ tatum: & emende quæ fient pro eo ꝙ dictæ villę vel comunitates non recepe rint malefactores: ꝙ dictæ condemnationes & emende ſoluantur & diuidan/ tur per ipſos homines pro medietate ſecundum capita: & pro alia medietate ſecundum patrimonia ſiue ſint fienda diuiſio & contributio ipſarum condem nationũ inter plures villas ſeu loca inter homines alicuius villæ caſtri ſiue lo/ ci. Perſonalia vero diuidantur onera: & fiant modo infraſcripto videlicet ꝙ diuidãtur per capita: ita tñ ꝙ de eadem domo & familia in qua ſtatur ad vnũ focum & cõem victum: quorum bona nõ ſunt diuiſa ne compellantur ad præ dicta vltra duo viri: ita videlicet ꝙ ſeruetur ęqualitas in dictis oneribus perſo nalibus ſubeundis in numero dierum qbus ipſa ꝑtulit onera ſuſtinebuntur vt pote ſiquis ſuſtinuerit ipſum onus per. x. dies quilibet alius ab ipſo loco tenea tur tãto tempore ſubire: quouſq; numerus omnium de dicto loco ſit comple/ tus. Et completo numero dierũ & virorum modo ſupradicto redeat: & ob/ ſeruetur iterum deinceps dictus ordo. Eo ſaluo ꝙ ſiquis ex prædictis nolue rit exercitum vel andatam poſſit mittere pro ſe vnum ſufficientem virum: & tunc excuſetur. Perſonalia vero onera intelligimus & declaramus: videlicet qñ itur in exercitum vel caualcatam ſeu andatam ſeu monſtram: vel quando mittitur ad faciendum aliquam ſtratam foſſatum pontem fortalitiam vel ali/ quid aliud ſimiliter fiendum. Omnia autem alia onera de quibus non eſt ſu/ pra facta mentio: quę non merę realia ſunt perſonalia volumus reputari. Sal uo quod ad dicta onera perſonalia non teneantur mulieres & minores ſede/ cim annis: & etiam qui ętatem annorum. lxx. excesserint. Et ſi aliquis de di/ ſtrictu Plac. habitationem mutauerit: ſoluat & ſuſtineat onera realia vbi habi tabat tẽpore quo fuerunt ordinata vel impoſita. Quod tempus intelligatur tempus quo facta fuit deſcriptio focolariorum epiſcopatus Pla. Onera vero perſonalia vbi habitat ſuſtineat. Si autem de ipſis oneribus ſubeundis vel fiẽ dis quęſtio inter aliquos de dictis villis & locis oriretur poſſit & debeat de ip ſo cognoſci: & terminari omni tempore feriato & non feriato: & de plano ſi/ ne libello & ſtrepitu iudicii: prout breuius poterit expediri. Volumus tamẽ ꝙ quando homines aliqui ipſarum villarum locorum & caſtrorum mitten/ tur ſeu ibunt pro comuni Plac. ad aliquem exercitum vel andatam vel cuſto/ diã: ſeu ad faciendũ aliquas ſtratas opera vel laboreria pro comuni Pla. fiat ſo lutio eis per dictas villas caſtra ſeu loca prædictis miſſis vel euntibus pro eo/ rum ſoldo ſalario mercede remuneratione & labore: & fiat diuiſio pecuniæ ſoluendæ inter ipſos homines villarum & locorum ſeu caſtrorum pro medie tate ſecundũ capita: & pro alia medietate ſecundũ patrimonia ſeu habere quę omnia obſeruentur ſiue vadant ſiue mittantur hõies ad ꝓdicta cũ bobus vel

aliis bestiis siue sine ipsis: & oēs condemnationes quæ fierent ex causis prædictis eodē modo diuidātur & soluātur vt supra: & ad prędicta teneātur viduę & pupilli pro patrimonio: & hīc videlicet pro medietate prædictorum tm̄.

QVOD MASSARII NON TENEANTVR PRO VICINIS.

5 ORdinamus q̄ aliquis massarius viciniarum ciuitatis Placen. nō possit compelli nec detineri p̄ ptātem nec per aliquem officialem cōis Plac. ad soluēdū cōi Placē. aliquod æstimum seu datum vel taliā vel aliud consimile q̄ soluere deberent vicini seu vicinia seu aliquis ipsorum: eo saluo q̄ illi massarii possint compelli ad soluendum id quod receperint a vicinis suis: & hoc in pœna cuilibet officiali cōtrafacienti lib. xxv. Plac. applican. cōi Placen.

QVOD VICINVS NON TENEATVR PRO VICINO.

6 NVllus ex vicinis vel ciuibus Pla. cogatur p̄ cōe Pla. vel p̄ aliquē officialē cōis soluere pro altero aliqd̄ debitū vel onus seu ipōnē aliquā aliq̄ de cā: & hoc sub pœna cōtēta in proximę præcedēti capitulo.

DE EQVIS PERDITIS IN BELLO VT EMENDENTVR PER COMVNE.

7 SIquis amiserit equum seruitio comunis Placent. in stormo vel prælio emendetur sibi equus per comune Plac. prout probauerit legitime dictum equū valuisse tempore quo percussus fuerit in stormo vel prælio.

DE BVBVLCIS SEDENTIBVS SVPER CARRO SEV BAROTIO.

8 POtestas vel iudex siue officialis ad hoc deputatus teneatur auferre a quolibet bubulco q̄ steterit vel sederit super carro vel barrotio seu carreta in ciuitate Placen. vel suburbiis pro banno qualibet vice tres solidos Plac. & teneatur procedere per ciuitatem vel suburbia ipsum carrum barrocium seu carretam sub dicta pœna: & hoc præconizetur per ciuitatem singulis duobus mensibus: & hoc inquiratur saltem semel in septimana per ipsum potestatem seu officialem ad hoc deputatum.

DE STRATIS BIS VIDENDIS IN MENSE.

9 IVdex statutorum vel alius ad hoc deputatus teneatur in mense eundo per ciuitatem videre stratas ciuitatis & burgorum & riuos clauigas & andictos & facere aptari & remoueri impedimenta: & etiam mundalicias riuorum & stratarum & proiecta in ipsis stratis infra tertiam diem expor tari & alia facere quæ in prædictis fuerint facienda: Alioquin penam x. librā. qualibet vice qua non iuerit bis per ciuitatē quolibet mēse dicta de causa vel prædicta non obseruauerit incurrat ipso facto: & q̄ non possit ipse iudex pro

prædictis

prædictis facere aliquam condemnationem ſed contrafacientes vel inobediẽtes poſſit & debeat pignerare ꝙ non adimplerentur contenta in hoc ſtatuto.

DE PONTIBVS REFICIENDIS.

10 QVoniam inter cætera opera pietatum deſcribuntur refectiones pontium & viarum adeo ꝙ ẽt diuinę domus ad inſtructionem ipſorum iuxta ſanctiones legitimas tenentur. Cõſiderãtes ciuitatẽ & diſtrictũ Pla. ipſis maxime idigere qbus niſi aliter prouideatur dãna & pericula maxima pſonarũ & rerũ poſſe incurrere ipſam ciuitatem & diſtrictũ ſicut docente expientia nouimus hactenus incurriſſe bono publico conſulẽtes ſtatuimus ꝙ reficiat & fiat põs Trebię ſuper ſtrata romea & fiat in pilis lapideis de bona calcina abſq; voltis ſuper qbus pilis fiat pons de legnamine ſufficiẽte vel ſaltẽ fiat dictus põs in ſandonis vel cũ ſandonis: itẽ fiat vnus põs bonus & ſufficiẽs de legnamine ſup flumine Trebiæ iuxta riualgariũ bonus & ſufficiẽs. Fiat ẽt vnus pons bonus & ſufficiens de legnamine ſup fluie Nuriæ iuxta villam ſci Georgii per quos pontes & quemlibet eorũ poſſit iri cũ carris & beſtiis & rebus tute. Ad quẽ põtem Trebię de ſtrata romea fiendum & reficiendũ teneantur cõferre & ipm põtem facere ſeu fieri facere oẽs villæ & loca & caſtra collegia & vniuerſitates & homines ſingulares cuiuſcũq; ſtatus vel cõditionis exiſtant hẽntes terras vel poſſeſſiones vltra Trebiã vel vltra Trebiã hitantes. Et ad quẽ põtẽ Trebiæ iuxta riualgarium fiẽdum & reficiendũ teneãtur cõferre & ipm põtem facere ſeu fieri facere omnes villæ caſtra & loca collegia & vniuerſitates & homines ſingulares cuiuſcũq; conditionis vel ſtatus exiſtant hñtes terras & pſonas iter Nuriã & Trebiã vel itra Nuriã & Trebiã hitãtes. Et ad quẽ põtẽ Nuriæ iuxta villã ſancti Georgii fiendũ & reficiendũ teneantur conſerre & ipſum pontem facere ſeu fieri facere omnes villæ & loca caſtra & collegia & vniuerſitates & homines ſingulares cuiuſcũq; ſtatus & cõditionis exiſtant hẽntes terras & poſſeſſiones vltra Nuriam a ſtrata romea ſupra: & vltra Nuriam a ſtrata romea ſupra hitãtes. Saluis villis & cõitatibus q̃ cõtribuerunt ad faciendũ põtes ſuper ſtratam romeam exiſtent. Quæ villæ & cõitates ad dicti põtis confectionẽ & reſtitutionem minime teneantur. Quæ contributio ſic fiat: quia oẽs villæ & loca de quibus fit mẽtio teneãtur cõferre ad ipſos pontes iuxta impoſit. ſalis per cõe Placen. eis fcãm. Alii vero omnes habentes poſſeſſiones & terras de quibus fcã eſt mẽtio teneantur ad ipſam contributionem ſecundum valorem terrarum & poſſeſſionũ quas hẽnt infra terminos prædcõs. Ad q̃ prædcã melius & vtilius peragẽda hoc ordine procedatur: quia ad ipſos põtes fiẽdos & reficiẽdos ſit vnus bonus officialis qui nõ ſit de ciuitate Pla. vel diſtrictu: videlicet iudex & officialis ſtratarũ & viarũ ad q̃m officialẽ ordinãdũ eligãtur. xii. boni viri ciues Pla. videlicet quatuor ex illis q habent vltra Trebiã ad pontẽ Trebiæ ſtratę romeæ fiẽdũ & reſtituẽdũ & q̃tuor ex illis qui hñt facere intra Nuriam & Træbiã ad põtẽ ſup Trebia ad riualgariũ fiẽdũ & reficiẽdũ. & q̃tuor ex illis qui hñt facere vltra Nuriã ad pontẽ Nuriæ: iuxta ſcũm Georgiũ fiẽdum & reficiẽdum. Dictus vero officialis cum dictis bonis viris mittat pro conſulibus villarum prędictarum ꝙ veniãt coram eis cum duobus vel quattuor ex vicinis & pro aliquibus ex ciuibus ha-

bentibus poſſeſſiones vbi pro eis videbitur expedire: & iuramento ipſorum teneantur inquirere & ſcribere qd valet ad quod quilibet ex ipſis ciuibus vel aliis quibuſcūq; habent in ipſis villis: & cōpleta omni ęſtimatione omniū qui tenentur ad prædicta ēt ſcripta omni ſumma impoſitionis ſalis villarū & caſtrarum omnium prædictorū dictus officialis cum dictis bonis viris habeāt conſilium & examen magiſtrorum Plac. ſuper hoc ædictorum: & leuata ratio pe quid aſcendere poteſt ſumma expenſarum fiendarum cuiuſlibet ipſorum pontiū fiat diuiſio cōtributionis inter prædictos pro medietate: videlicet oēs villę prędictæ ſoluant medietatē omniū expenſarum prædictarum: & omnes alii homines collegia & ſingulares perſonę cuiuſcunq; ſtatus vel conditionis exiſtant aliam medietatē ſoluant. ita videlicet q̄ de dicta tota ſumma ipſorū pontium recuperetur ab initio medietas ſolummodo quæ deponatur penes campſores Pla. bonos viros videlicet pecuniam vnius pontis penes vnū mercatorem campſorem pecuniam alterius pontis penes alium mercatorem campſorem: & vt omnis via malignādi penitus auferatur. dicta pecunia nō poſſit ſolui per ipſum depoſitarium mercatorem niſi de mandato dicti officialis: & de conſenſu expreſſo ipſorum omnium quatuor virorum ſuper quoq; ponte qui officiales & viri teneantur quolibet menſe reddere rationē illis viris qui ſunt ad videndum rationem camerę: & comunis Pla. & quando medietas vel quaſi dictæ pecuniæ dictorum pontium fuerint expenſe & diſtributa in ipſis recuperetur ab ipſis villis & hominibus: alia medietas ſecundum ordinem ſū pradictum: hoc adiiciendo quod vbicunq; dictus officialis cum dictis bonis viris inuenerint lignamina vel alias res ipſis pontibus vel alteri eorum neceſſarias teneantur dicti lignaminis vel rerum ipſas res eis vendere iuſto prætio per ſoluendo. Teneantur etiam habentes boues & carros ipſis officialibus & viris bonis eos locare & concedere dicta de cauſa ſoluēdo pro mercede quod iuſtum eſt. Ad quæ omnia prædicti domini vel tenentes boues poſſint cogi: inſuper volumus q̄ officialis ſtratarum & viarum teneatur & debeat facere aptari ſtratas principales inter nuriam & trebiam videlicet ſtratā qua itur pro portam ſancti Raimundi ad riualgarium. Stratam qua itur per portam ſancti Antonii ad potētianum & pontem arbaralle & ſtratam per quam itur ad ſanctū Georgium cogentes omnes ducentes aquas facere pontes idoneos & ſufficientes & minuere ripas riuorum ſuper ipſis ſtratis: ita q̄ ipſe ſtratę non deuaſtentur vel impediantur: & etiam facere aptari omnes malos ſapellos & garaſoſſos & inglarari quod fiat de aptandis ſapellis & garafoſſis expenſis illorum: ſeu per illos qui vtūtur ipſis ſtratis a quatuordecim miliaribus infra verſus ciuitatē cogat omnes habentes terras iuxta ſtratas prædictas affoſſadare terras quas habent iuxta ipſas ſtratas faciendo foſſatum ad minus per latitudinem triū brachiorum & proiiciendo terram quæ eximetur de ipſis foſſatis verſus ipſas eorū ſtratam vel terras: prout & vbi ipſi officiali pro meliori videbitur expedire: q officialis poſſit coercere & cōdemnare cōtrafacientes pro qualibet vice in ſoldis. x. Plac. quarum condemnationum habeat vltra ſalariū ſuum quartam partem: & relique tres partes operibus ipſorum pontiū & ſtratarum pro vt occaſione ipſorum fient concitentur: & ad prædicta omnes prędicti nihilominus compellātur: & q̄ dictus officialis teneatur ipſas ſtratas & ſcariſoſſas & ſapellos facere re aperiri ſecūdum dicti ſtatuti continentiam: etiā

ad poſtu

ad postulationem requirentis vel conquerentis in pœna librarum viginti quinq; Placẽ. pro qualibet vice qua sibi fuerit requisitum & q; de aliis stratis malis sapellis & scarafossis quę essent in aliqua villa seu territorio episcopatus Placen. non possit dictus officialis sub pœna prædicta aliqualiter inquirere vel se intromittere nisi solum ad instant. aliquorum ex vicinis dictorum villarum vel hominum facere in ipsis qui accusam de prædictis coram eo porrigerent vel denuntiationem.

DE PONTE TREBIAE REFICIENDO.

11 Statutum est antiquum q; potestas teneatur infra mensem ab introitu sui regiminis dare operam summo studio sine fraude q; dominus & minister domus siue ecclesię de rocho teneat & tenere debeat duas bonas naues in flumine Trebię cõtinuo & homines sufficientes ad eas cũ necesse fuerit regendas: ita q; euntes & redeuntes & bestiæ possint ipsum flumen transire sine periculo quousq; dictus pons super dicto flumine factus fuerit item q; transeuntes & redeuntes possint ipsum flumen transire sine periculo aliquo & sine expensis aliquibus: sed tantum expensa illius domini & ministri dictæ domus: & siquis alicui pro naui sua pro transitu accipiet ab aliquo soluat pro banno quinque soldos.

DE REDDITIBVS DOMVS DE ROCHO.

12 Item statutum est antiquũ q; potestas teneatur bona fide sine fraude operam dare q; introitus & redditus terrarum & possessionum pontis Trebię de Plac. & denar. legatorum ipsius pontis expendantur & ponantur in laborerio ipsius põtis faciendo & reficiendo ipsum pontem annuatim: Ita q; ex inde ire possint homines & personæ super ipsum pontem cum equis & sine equis & redire & eligere vnum bonum hominẽ & legalem: atq; idoneum qui præsit & præesse debeat laborerio prædicto expendendo ipsos denarios introitus & redditus & denariorũ legatorum. Et hoc capitulũ teneatur potestas præponere & facere legi infra mensem regiminis sui in consilio & secundum q; placuerit maiori parti consilii ita obseruare.

DE STRATIS SOLANDIS.

13 Est antiquum statutum q; omnes stratę ciuitatis solentur & solari debeant hoc modo videlicet q; si aliquis habens facere inter vnam crucem & alteram petierit a potestate quod faciat præcepi q; illi qui habent facere inter illas duas cruces colligant se simul in propinqua ecclesia & si placuerit maiori parti soletur illa strata ita q; quilibet solet ante domum suam. & q; potestas teneatur facere fieri infra tres menses postquam maior pars fuerit in concordia de solando q; ipsa strata soletur.

DE PONTE NVRIAE APTANDO. RVBRICA.

14 COnfirmamus statuta antiqua infrascripti tenoris. Item statutum est: q̃ ptás teneatur conzari facere pontem Nuriæ de ponte nurio & manuteneri per ipsam domũ siue dominũ ipsius domus secũdũ pacta facta inter ipsum dominum seu mansionem & paraticum callegariorũ & dñm episcopum Pla. & hæc vsq; ad quatuor menses ab introitu sui regiminis & ad ea omnia teneantur quæ in instrumento continentur. additum est q̃ domus de montali ad quã dicta domus peruenit cogatur subire onera pro ipso põte fiẽdo & manutenendo. Additum est huic capitulo q̃ prędicta domus cogatur omnia quæ in prædicto capitulo continentur facere & adimplere: ita q̃ prædictus pons cõmode possit equitari & carrezari. Et hoc statutũ sit pręcisum in qualibet parte sui & sine tenore. Additũ est huic capitulo q̃ ille qui possederit possessionẽ de montali teneatur potestas seu iudex & officialis qui fuerit super pontibus & viis deputatus facere inquisitionẽ de pdictis infra mensem ab introitu sui regis: & possit & debeat sindicari in. xxv. libris: si secus fecerit.

DE IVRIBVS COMVNIS CONTRA DOMVM ROCHI RVBRICA.

15 ITem statutum est q̃ quilibet potestas Plac. teneatur diligenter inquisitionem facere de iure & rationem quæ comune Pla. habet contra domum sancti Iacobi seu Rochi occasione pontis Trebiæ & ipsa omnia facere obseruari tam in constructione dictis pontis quam etiam in manutenẽdo ipsum pontem seu nauem in pœna. xxv. librarum Plac. ipsi potestati si prædicta facere omiserit: Idẽ obseruetur per dominum potestatem in faciendo cõstrui pontem Nuriæ: & manuteneri habentibus & tenentibus domos & possessiones de montali: siue de sancto Bernabone.

DE STRATIS SPAZANDIS. RVBRICA.

16 ITem statutum est q̃ omnes stratę ciuitatis spazentur & mundentur singulis tribus mensibus si opus fuerit scilicet per quemlibet ante domum suam: & qui contrafecerit soluat pro banno soldos quinq; & potestas & eius milites teneantur dictũ bannum auferre.

DE SEDILIBVS REMOVENDIS. RVB.

17 ITem statutum est quod omnia sedilia quę sunt in spondis viarum publicarum aut penes vias destruantur aut extrahantur retro per sex brachia in pœna viginti soldorum.

DE PONTE ARDAE AD CVRTEM MAIOREM. RVB.

18 ITem statutum ẽ q̃ pons q solitus erat esse super Ardam ad curtem maiorem reficiatur & restituatur sicut solebat esse: & ita q̃ carrezari & vti possit expensis illorum quibus spectant.

DE PONTIBVS CLAVENAE FIENDIS. R.

19 EOdem modo statutum est quod pontes fiant super Clauenam & Trebiolam.

DE VIIS SPAZANDIS ET DESBOZANDIS. RVB.

20 OMnes viæ magnæ & paruæ districtus Plac. per quos consueuit iri & carezari & quæ sunt insterponite & imbozite seu guaste desbozenẽ & reaptẽtur p hoĩes villarũ & locorũ in quorum territoriis sunt illę viæ magnæ vel paruæ ita q per ipsas vias possit iri cum carris libere tute & expedite in pœna centum soldorum cuilibet ville seu loco quotiẽs requisitus contrarium duxerit facien. Et per iudicem pontium & viarum procedatur & nõ aliter prout procedi debet in statuto posito sub rubrica de põtibus fiẽdis.

DE ANDICTIS ET CLOACIS SPAZANDIS. RVB.

21 STatuimus q omnes andicti & latrinæ & cloacæ quæ respondent seu pontant in viis publicis ciuitatis Placentiæ claudantur per eos qui eis vtuntur de muro lapideo in calcina altitudinis sex brachiorum ad minus: ita & taliter q nullum decursum habere possint in stratis publicis in pœna soldorum centum. Saluo q si fuerit sibi denunciatum seu præceptum q tunc si fuerit in contumacia faciendo iusto impedimento cessante puniatur in soldis sexaginta: & nihilominus dictum murum & clausuram firmiter & absque fraude sine aliqua apertura facere teneantur: & ad prædicta complenda & manutenenda teneantur officiales comunis ad quos hoc pertinet pœna x. librar. pro quolibet & qualibet vice.

DE VIA CREMONENSI ET CLAVENAE APTANDA. R.

22 VT ligna de subtus stratam quibus ciuitas Plac. non modicũ indiget facilius habeantur: volumus quod strata per quam itur de ciuitate Placentiæ ad portam Cremonæ ad clauenam & curtem maiorem aptetur & reficiatur & fiat vbi deficit amplitudinis vigintiquatuor brachiorum cum bonis & decentibus fossatis ad minus sex brachiorum hinc inde & proiciendo terram ipsorum fossatorum super ipsa strata: & hoc fiat per villas omnes de subtus stratam: & etiam per omnes & singulos habẽtes ibi possessiones & nemora qui ex hoc sentiunt vtilitatem: & ad prædicta fienda eligantur boni viri qui compellant remediis iuris omnes prædictos: prout fuerit opportunum.

DE BOSCHIS IVXTA STRATAM CEDENDIS. RVB.

23 AD detegendos & euitandos malefactores qui secus stratas occultantur firmiter statuimus q omnes boschi busconi & cesoni existentes iuxta stratã romeã p.l. zitatas & existẽtes iuxta alias stratas publicas

districtus Pla.per.xx.zitatas incidantur & extirpentur per illos quorum sunt terræ in quibus existunt in pœna.x.libr.pro quolibet. Et ad pdicta nihilominus teneatur:& hoc statutu cridetur per ciuitatem & mercata districtus Pla.

DE FENESTRIS BORARVM APTANDIS. RVB.

24 OMnes habentes boras iuxta stratas publicas ciuitatis Plac. teneantur in ea parte in qua occupauerint seu occupant de via publica occasione hostiorum & fenestrarum ipsius boræ ponere inter ipsam boram vel fenestras & stratam & tenere vnam magnam clapam vel assidem ita largã & longam quæ corripiat tantũ quantum protendit extra murũ ipsum hostiũ, seu fenestram versus stratam in pœna.x. soldor. pro qualibet vice postquam fuerit præceptum vel denunciatum & nihilominus prædicta teneãtur facere.

QVOD SEGLARIA ET FORAMINA HABEANT HORIFICIA, RVBRICA.

25 OMnia seglaria seu foramina vel meatus in quibus mittitur vel mitti potest aqua in aliquam viam publicam ciuitatis habeãt horificiũ & foramen ex quibus exit aqua iuxta terrã ita q exitus vel relibératió non ledat transeuntes in pœna contrafacienti.xx.sold. Plac. pro qualibet vice & nihilominus prædicta claudere vsq; prope terram teneantur.

DE SEDILIBVS COMVNIS REFICIENDIS. RV.

26 SSedilia comunis vbi esse cõsueuerunt fiant,& penitus reficiantur expẽ. comunis Placen.& aqua comunis de subtus ipsa sedilia labatur & manuteneatur per comune Plac.sicut consueuit:& potestas seu iudex stratarum teneatur ea facere fieri : saluo iure aque riui quæ consueuit labi iuxta pallatium notariorum deuersus viciniam sancti Geruasii.

DE VIA PVBLICA VEL VICINALI NON OCCVPANDA, R.

27 SIquis aliquam viam publicam vel vicinalem occupauerit vel remouerit puniatur in.lx.soldis: Et nihilominus teneatur ipsam viam reducere in pristinum statum infra.xv. dies postquam ei fuerit denunciatum in pœna prædicta pro qualibet vice qua sibi denunciatum fuerit.Et hoc non intelligatur de eo qui remouerit de cãpo suo & eã posuerit in capite ipsius cãpi loco competenti per quem commode iri possit.

DE BANCHIS BECHARIORVM, RVB.

28 STatutum est q becharii non habeant aliquod banchum vel carnale a columnis grossis becharitæ in antea quo prę stent aliquod impedimentum euntibus per viam in pœna.xx.sold. Et nihilominus prædicta in prædictum statum reponere teneantur.

De impę

DE IMPEDIMENTIS REMOVENDIS DE VIA. RVBRICA.

29 NEmo audeat aliquid ponere vel tenere in via publica vel sup ipsam viam per q͂ impediatur via iter vel actus alicuius euntis per ipsam viã siue cum carris vel bestiis vel sine eis in pœna.lx.sold.Pla. & nihilominus impedimentũ teneatur remouere q̃ pœnã incurrat nisi prædicta remouerit vsq͂ ad.v.dies a die quo prædictum impedimẽtũ posuerit vel fuerit in ipsa via. Et non intelligatur hoc in canauatio q͂ tenetur ante stationes.

DE PORCIS FERRANDIS IN GRVGNO. R.

30 NVllus teneat porcum in ciuitate Placen. qui non sit ferratus in grugno in pœna quinq͂ soldorum pro qualibet vice qua repertus fuerit idem porcus non ferratus. Et hoc habeat locum post quinq͂ dies a die quo fuerit præconizatum per ciuitatem.

DE MAGISTRIS ET DISCIPVLIS EXERCENTIBVS ARTEM LANAE ET LABORERIVM TERRARVM VT SINT DECENNIO IMMVNES. R.

31 CVm inter cętera quibus ciuitates & eorũ territoria potius augumẽtantur sint vbi operatorũ artis lanæ: & lanificii & laborantiũ terras copia reperitur toto nixu insistentes vt in ciuitate Placen. & districtu fit copia prædictorum ad quę per infrascriptas immunitates citius alicientur operam prælibati decreuimus & firmiter ordinamus q͂ quicũq͂ magistri discipuli vel operarii seu laboratores tã másculi q̃ fœmine artis lanæ seu lanificii q̃litercũq͂ operantes qui nõ sint de ciuitate Pla. vel ep̃atu qui venerũt de cætero ad ciuitatem Pla. vel ep̃atum causa exercendi dictam artem lanæ seu lanificii qualitercunq͂ cã laborandi ipsas terras habeant operando per se vel per alium ipsam artem lanæ & ipsum lanificium: & ipsas terras laborando per se in ipsa ciuitate vel episcopatu vsq͂ ad decem annos: & per decem annos continuos a tempore quo ad prædicta venerit plenam & plenissimam & generalẽ & generalissimã immunitatem ab oneribus omnibus realibus personalibus: & mixtis impositis & imponendis per cõmune Placen. seu per alios quoscũq͂ in ciuitate Placen. vel districtu. Siue imponentes onera prædicta sint officiales comunis siue nõ siue paratici vel artes vel consules artiũ vel cõmunia loca vel villæ vel cõsules comunis locorũ vel villarum vel massarii viciniarũ siue sint impositiones æstimorũ taleaꝝ mutuorum caualariorum stratarum pontiũ: laborariorum custodiarum exercituum andataꝝ & monstrarum emẽdat. dãnorum vel guastorum vel laborariorum vel robariarũ condemnationũ villarum quouis cã. siue impositiones salis bladi vini porcorũ bouũ & aliarũ quarũcũq͂ impositionum onerum realium & personalium seu mixtorum seu aliorũ cuiuscũq͂ conditionis & qualitatis sint: & quocũq͂ nomine censeantur. Q͂s immunitates obseruare teneantur potestas Pla. & q̃libet officialis comunis Plac. & q̃libet alius cuiuscũq͂ cõditionis existat inuiolabiliter obseruare sub pœna

librarum centum Placen. potestati:& .l. librarum Placen. cuilibet alii officiali, viginitiquinque libras cuilibet alii tam collegio vel comuni quam singulari personę. Quas pœnas incurrant ipso facto si contra prædicta quoquo modo duxerint faciendum:& ne circa prędicta fraus aliqua comittatur:& vt sciri valeat quando incipiet vel deficiet dictum tempus:volumus q prædicti omnes qui dicta de causa venerunt faciant scribi nomina eorum & tempus quo venerint coram camerario comunis Pla. in libro ad hoc spetialiter deputato: & nihilominus de prædictis facere fieri coram potestate Placē. publicum instrumentum:de quo notarii accipiant duos soldos & non vltra: & ipse potestas teneatur requisitus hoc facere in pena .xxv .libr. Pla. qui potestas eos iuua re faciat de causa & tempore quibus venerunt: ad hoc etiam vt defensionem ipsorum circa prædicta possint quando & vbi opus fuerit ipsum ostendere instrumentum. Qui potestas faciat ipsos laboratores terrarum iurare & promittere quod stabunt in ciuitate Plac. vel districtu dicta de causa vsq ad dictum tempus immunitatis eis concesse:& non recedent infra dictum tempus. Alioquin soluerent dicti laboratores terrarũ nomine pœnæ .xxv. libras Pla. quas omnes immunitates in omnibus & per omnia per quinq annos dumtaxat continuos quicũq qui non sunt de ciuitate Plac. vel episcopatu:& qui venerunt causa exercendi in ipsa ciuitate quamlibet aliam artem habeant in totum & per totum qui teneantur se scribi facere publicum instrumentum pro ut superius est expressum: quas artes & laboreria possint prædicti non obstantibus aliquibus statutis & consuetudinibus ciuitatis Placentiæ seu aliquorum paraticorum præceptis vel attestationibus libere exercere. Saluo q in exercitibus generalibus prædictæ immunitates non vendicent sibi locum.

DE IMMVNITATE HOMINVM DE MONTIXELLIS GVARAGNORVM. RVBRICA.

32 STatutum est antiquum quod potestas & officiales comunis Placentiæ ad hoc vt confines inter comune Placentię & comune Cremonę ad honorem ipsius comunis Placen. custodiantur:quod immunitates cōcessę per comune Placentiæ hominibus habitantibus in loco de Montixelis deuersus Cremonam:& in burgo guaragnorum eisdem hominibus inuiolabiliter obseruentur nullo extraneo intellectu vel interpræatione prædictis immunitatibus contrariis additis circa ipsas.

DE IMMVNITATE HOMINVM CASTRI SANCTI IOANNIS. RVB.

33 IN statuto comunis Placentiæ reperitur quod homines habitantes in Castro Sancti Ioannis habeant immunitatem eam perpetuò quam habēt illi de Castro Florenzolę quod statutum in ea parte approbamus.

DE IMMVNITATE MAGISTRORVM GRAMMATICAE ET DOCTORVM DE COLLEGIO. RVBRICA.

Cum

34 CVm magistri grammaticae sint tanquam patres filiorum hominum Placentiae: & maxime tempore exercituum: volumus ipsos magistros ab exercitibus andatis: caualcatis & custodiis siue guardis: & ab his quibuscunque oneribus personalibus esse immunes & poenitus absolutos. & idem intelligatur de aduocatis collegii ciuitatis Plac. Et quod magistris grammaticae obseruentur eorum priuilegia tam in personalibus oneribus comuni Placentiae quam in realibus.

QVOD NVLLVS COMPELLATVR INTRARE PARATICVM. RVBRICA.

35 PRouidentes vtilitati reipublicae ciuitatis Placentiae: volumus quod quilibet ciuitatis Placentiae & districtus & aliunde vndecunque sit possit libere & impune exercere & facere quamlibet arte mecanicam in ipsa ciuitatis & districtu absque eo quod aliquid soluant pro introitu alicuius paratici: & absque eo quod non sint de paratico nec compellantur ad intrandum aliquod paraticum ipsorum paraticorum statuto praecepto vel consuetudine seu ordinamento seu aliis quibuscunque non obstantibus; Alioquin dicti paratici vel consules eorum: si praedictis impedictis impedimenta in aliquo praestiterint: poenam decem librarũ Placen. consulibus & .xxv. librarũ ipsum paraticum incurrat ipso facto. Et nihilominus praedicti ipsam possint libere exercere & facere ad eorum liberam voluntatem prout & sicut voluerit.

DE CAMPARIIS ELIGENDIS IN VILLIS. RVB.

36 ITem statuerunt quod quelibet villa extra confinia ciuitatis Placen. habens consulem teneatur & debeat in poena centum soldorum singulis annis eligere vnum camparium de ipsa villa bonum & sufficiẽtem cũ feodo seu salario cõpetenti. qui cãparius duret per annum & compelli possit ad dictum officium campariae faciendum per ipsum annum: qui accusare & denũciare teneatur omnes damnũ dantes in ipsa villa seu territorio. Et quod dicto cãpario de damno & aestimatione ipsius dãni credatur cũ sacramento eius vsque in .x. soldis Plac. contra quamlibet personam cuiuscunque conditionis existat: quam aestimationem dicti damni vsque ad quantitatem dictorum .x. soldorum iudex maleficiorum teneatur absque alia condemnatione dari & solui facere dãnum passo: & a quantitate decem soldorum supra non credatur nisi legitimae probatum fuerit iuxta formam iuris: vel etiam statut. comunis Placen. Quia camparius electus teneatur infra decem dies a die ipsius electionis comparere coram iudice maleficiorum ad iurãdum de ipso officio bene & legaliter exercendo. Ita tamen quod camparii illarum villarum quae sunt sub potestariis vallis Tarii & Ceni Castri Arquati Florenxolae & Castri sancti Ioannis teneantur & debeant dictum eorum officium iurare coram eius potestate: sub cuius iurisdictione sunt dictae villae. Et quod notarii qui scripserunt iuramenta dictorum campariorum non possint auferre nisi sex denarios pro quolibet campario pro dicto sacramento & scriptura: & quod praedicti camparii teneantur omnes & singulos damnum dantes in ipsis villis & territorio earum

accusare infra.xv.dies a die damni dati in poena & banno.x. soldorũ pro qualibet vice: cuius poenę medietas sit cõis & alia medietas domini damnũ passi.

DE REPRAESSALIIS ET MODO CONCEDENDI. RVB.

37 STatutum est & diutius obseruatum ꝙ si quis de ciuitate Plac. vel districtu dixerit se habere debere aliquid ab aliqua persona seu ab aliquibus personis aut comuni & vniuersitate extra ciuitatem & districtum Pla. teneatur potesta s ad requisitionem & voluntatem ipsius denunciare per suas litteras sigillatas sigillo comunis & etiam per ambassiatores: si de ambassiatoribus placuerit illi comuni vel vniuersitati quæ debuerit vel vnde fuerit illi q debebũt ꝙ satisfacere debeant illi conqirenti aut iustitiam reddere sub comuni iudice seu sub arbitris secundũ qualitatem negociorũ: quod si facere noluerint requirantur iterum: & deinde prouideatur indemnitati ad voluntatem conquærentis visis rationibus suis dando eis reprępsalias & licentiam & potestatem intromittendi & capiendi de bonis & rebus personarum: & hominum ipsius terræ: & alia faciendi sicut consilio comunis placuerit.

DE EISDEM REPRAESSALIIS RVBRICA.

38 SStatutum est antiquũ ꝙ potestas teneatur curare & facere ꝙ quilibet ciuitatis Plac. & districtus possit vti reprępsaliis suis contra laicos secũdũ formã instrumẽtorũ suorũ: & detinere personaliter & realiter quẽlibet secundum formã instrumentorũ suorũ. Et potestas non possit impedire aliquẽ ciuitatis Plac. & districtus vti suis reprępsaliis: & si contradixerit potestas de feodo suo perdat qualibet vice.xxv. libras Plac. & de prædictis omnibus non possit dari parabola nec peti: nec repræssalię prolungari nisi de voluntate illorũ qui habeant reprępsalias: & si data fuerit non teneat ipso iure: & hoc sine tenore: & teneatur potestas cogere quẽlibet habentẽ repressalias facere rationem coram ipso potestate vel corã aliquo de familia eius iudice vel milite de toto eo quod habuit & percepit occasione dictæ suę repræssaliæ: & illud facere redigi in publicam scripturam: & quælibet persona habens repræssalias teneatur dictam rationem suo sacramento reddere. Alioquin si nõ reddiderit dictam rationẽ sicut debuerit vel integre receperit suum debitum pro quo habuit dictam repræssaliam prohibeatur per potestatem vti dicta repræssalia: & etiam prædicta repræssalia cassetur per scientiam in consilio generali: quę scripturę publicæ scribantur in vno quaterno vel libro ad hoc spetialiter deputato & gubernãdo seu reponendo ad cameram comunis Placen.

DE QVAESTIONIBVS COMVNIS CVM CONSORTIBVS VICINIS DECIDENDIS PER ARBITROS. RVB.

39 TEneatur potestas requirere seu requiri facere omnes circunstantes ciuitatis Plac. ꝙ parata est ciuitas Plac. quod eligantur arbitri comunes & in loco cõi cõpetẽti sup decidẽdis & terminãdis quæstionibus existentibus

ſtentibus inter ipſum commune Placen. ſeu aliquos eius ciues & ipſas ciuitates ſeu aliquos earum ciues: & prædicta fiant vt omnes quæſtiones: & repræſaliæ de medio auferantur.

DE PVTHEO COMVNI SPAZANDO. RVB.

40 STatutũ eſt q ſi putheus vel andictus fuerit comunis inter aliquos qui purgatione vel mundatione indigeant q poteſtas vel officialis ad hoc deputatus faciant ipſum purgari & mundari ad poſtulationem cuiuſlibet ex conſortibus prędictis expenſis cuiuſlibet prędictorum pro parte eorũ contingente. Et hoc cognoſcatur ſine ſtrepitu & figura iudicii ſummarie & de plano ſine libello quocunq tempore feriato & non feriato.

DE MERCATO MAIORIS ECCLESIAE. RVB.

41 APprobamus & confirmamus infraſcriptum ſtatutum: in totum: & per totum: cuius tenor talis eſt. Ordinatum eſt & ſtatutum firmiter multa deliberatione præmiſſa & vniuerſaliter. per conſilium generale ciuitatis ſocietatis mercatorum & paraticorum: & per conſilium generale comunis Placen. q mercata omnia quæ hactenus fuerunt vel fieri conſueuerunt in platea maioris eccleſiæ: & circa ipſam plateam rerũ omnium vęnaliũ: & ſpecialiter mercatũ ſabbati tam pellizarię: robarię: marzarię: draparię: cordouarię: carnium & caſei q̃ aliarum rerum: atq mercata aliorum dierum ſcilicet vini & aliarum rerum fiant & fieri debeant deinceps: & de cætero in perpetuum ſine aliqua tẽporis præſcriptione ibidẽ in dicta platea & circa ipſam plateam: & in illis partibus maioris eccleſiæ: & circa ipſam maiorem eccleſiam ſicut hactenus fuerunt & fieri conſueuerũt ſine aliqua detractione vel diminutione facienda & non alibi. Sic q perpetuo & inuiolabiliter obſeruetur & obſeruari debeat per comune Placen. & per poteſtates & capitaneos: & quoſlibet officiales comunis Placentiæ & comunitatis & ſocietatis cuiuſlibet quæ eſt vel in futurum aliquo modo eſſet & ſpetialiter mercandię & mercatorum Placen. & quod per poteſtatem & capitaneum pręſentes & alios qui pro tempore fuerit capitanei & poteſtates procuretur quod prædictum capitulũ ſecundum q ſuperius & inferius continetur: ponatur & ſcribatur in libro ſtatutorum comunis Placen. & ſocietatis mercatorum & paraticorũ Placen. Et ad illud perpetuo & firmiter obſeruandum faciant præſentes poteſtas & capitaneus & etiam per ſucceſſores iurare ſucceſſores ſuos & ita faciant & obſeruent. Quod capitulum non poſſit remoueri in totum vel in partem vel mutari vel emendari nec in aliquo tenore detrahi: vel diminui aliquo tempore: vel aliquo modo vel forma contra illud ſtatutum vel in fraudem eius: in totũ vel in partem: & q nullus audeat in cõtrarium in aliquo conſilio generali vel ſpeciali contra hoc capitulum dicere facere ſeu arengare vel emendare: teneatur poteſtas quilibet illum qui in hoc diceret vel arengaret in aliquo conſilio generali vel ſpeciali ipſius vel ſui vicarii vel aſſeſſoris vel militis & cuiuſlibet alterius in aliquo emendari punire vt infra. Et quod non poſſit poteſtas vel capitaneus quilibet de prædictis: vel aliquo prædictorum: vel inſtrumento;

rum absolui vel absolutionem accipere a comuni Placentiæ: vel a societate: vel a societatibus: vel ab aliqua persona ecclesiastica vel seculari: sed teneatur condemnare infra tertiam diem quemlibet qui contradiceret vel faceret emẽdaret vel arengaret in ducentis libris Placentiæ: sine aliqua defensione dãdis: quotiens contrafecerit vel tẽtauerit facere in aliquo capitulo & pro qualibet clausula: & ipsam condemnationem exigere & exigi facere infra octo dies: & sine aliqua remissione vel compensatione. Quam condemnationem si solue re non posset publicatis omnibus suis bonis de ciuitate & districtu forestetur, & banniatur, & compellatur per decem annos continuos: & potestas & capitaneus quilibet qui non obseruauerit in totum vel in aliquo cõtrafecerit. Sindicetur & ipso iure sit condemnatus qualibet vice in centum marchis argenteis quam condemnationem teneatur potestas & capitaneus omnes qui pro temporibus fuerint: si non fuerãt exacte exigere vel exigi facere sine aliqua remissione. Et hoc capitulum in totum & in qualibet parti sui sit præcisum & præcise debeat obseruari: & derogatorium sit & intelligatur cuiuslibet alterius statuti quod videretur huic obuiare in totum vel in partem: & hoc capitulum etiam registretur & ponatur in registro comunis.

DE PEDAGIIS NON SOLVENDIS PER CIVES. RVBRICA.

42 NVllus homo ciuitatis Plac. vel districtus siue equester siue pedester soluat pedagium in ciuitate Placentiæ vel districtu pro se vel familia sua & equis suis vel familiæ suæ: nisi essent equi de guarda in pœna cuilibet qui prædictos molestauerit contra prædicta decem librarum Placentiæ: pro qualibet vice.

QVOD QVILIBET POSSIT DENVNCIARE ET REQVIRERE POTESTATI. RVBRICA.

43 POssit quilibet denunciare & requirere quicquid voluerit potestati & iudicibus & cuilibet alii officiali comunis Placentiæ & quilibet notarius teneatur inde publicum facere instrumẽtum si fuerit requisitus a denunciante vel requirente in pœna centum soldorum ipsi notario: Si vero potestas vel aliquis officialis comunis Plac. prædicta impediuerit seu ob hoc aliquod præceptum vel minas vel detentionem fecerit contra ipsum denunciantem vel notarium condemnatus sit vel intelligatur hoc ipso in libris centũ Pla. & ipsa præcepta seu processus ob hoc facta non valeant ipso iure.

DE IVRISDICTIONE POTESTATVM EPISCOPATVS PLACENTIAE. RVBRICA.

44 POtestas florenzole & castri sancti Ioannis & vallis arde nõ possint cognoscere de aliqua cã quæstione vel quærela quæ ascendat quantitatem vel extimationem centum soldorum ne audeat condemnare aliquẽ; quãuis de causa vltra viginti soldos. Potestates vero aliis Car.ij & Zeni possint

possint cognoscere & terminare de quaestionibus ascendentibus: usq; ad vi-gintiquinq; libras:& condemnare usq; in centum soldis. Quod si secus fecerint dicti potestates vel aliquis ipsorum non valeat ipso iure. Et nihilominus condemnentur dicti potestates pro quolibet eorum in decem libris Placentię. Insuper volumus quod omnes condemnationes: quas facerent potestates praedicti: vel aliquis ipsorum exigant:& de eis rationem faciant & reddant iudice camerę praesente camerario seu aliis officialibus ad hoc deputatis & nomina condemnat. & scripturas condemnat. poenes ipsum camerarium teneantur consignare sub poena praedicta.

QVOD SALARIA POTESTATVM SOLVANTVR PER HOMINES DICTARVM TERRARVM. RVB.

45 Statutum est q; comune & homines de Florenzolla & homines vallium Zeni & Carii & cōe & hoies de castro sancti Ioānis soluant feoda potestatum eorum & notariorū ipsorū potestatum de bannis & cōdemnationibus dictis & factis per ipsos potestates:& si aliquid ad hoc defuerit teneantur supplere:& si aliquid superfuerit comuni Placen. applicetur.

QVOD HABENTES LOCA IN PLATEA DEBEANT ILLA MVNDARE. RVBRICA.

46 Item statutum est q; homines habentes loca in platea maioris ecclesiae debeant mundare suū locū singulis duobus mensibus in poena & bāno quinq; soldorum pro quolibet:& cogantur per potestates habere & eligere vnum massarium qui faciat mundare dictam plateam secūdum q; dictū est:& habeat ille massarius pro suo feodo ab eis. xx. soldos in anno.

DE RIVO SANCTI ANTONINI. R.

47 Item statutum est antiquū q; potestas teneatur eligi facere duos massarios qui dent decursum riuo sancti Antonini a domo quae Guielmi sutdi fuit infra iuxta plateam sancti Antonini expensis illorū quos tangit.

DE ARBORIBVS INSERENDIS ET PLANTANDIS. RVB.

48 Approbamus statutum antiquum cuius tenor talis est: q; quilibet tam ciuis quam rusticus cuiuslibet loci extra ciuitatē teneatur quolibet anno inserere vel plantare quatuor arbores domesticas. Alioquin soluat pro banno quilibet qui non fecerit. v. soldos: quorū medietas est accusatoris & alia sit comunis:& accusator teneatur:& hoc ponatur in breui sequelle potestatis & consules locorum debeant denunciare vicinis.

DE ARBORIBVS REMOVENDIS DE CLAVENA. RVBR.

49 QVia aqua clauenę pp arbores natas in alueo ipsius exit de loco suo oc cupando stratam romeam & alios multos campos vsq; ad padū: sta tuimus q; omnes habentes campos & testas terrarum iuxta dictum flumen teneantur ipsas arbores suis expensis incidere seu incidi facere a villa sancti Protasii vsq; ad padum:& super hoc eligatur per potestatem duo massarii: qui faciant fieri prædicta & possint ipsos contrafacientes condemnare vsq; in decem soldis pro qualibet vice qua contraduxerint faciendum cuius poene medietas sit comunis:& alia dictorum massariorum.

DE LIGNIS ET ARBORIBVS ALIORVM FLVMINVM. RVBR.

50 CVm ex in inundatione fluminum agrorum fructus lędantur: quibus læsis accidunt reipublicę multa dāna. Statuimus q; omnes hñtes terras iuxta ripas fluminum teneantur inquantum protendunt dictæ terræ in ipso flumine:vel glarea seu lecto ipsius infra mensem: postquā ei fuerit denunciatum incidere seu incidi facere & exportare omnia ligna impedientia decursum ipsius fluminis liberum nō nociuum in poena sexaginta soldorum Placen. pro quolibet. Et ad prædicta nihilominus teneatur & quilibet possit accusare & habeat medietatem banni:& insuper si elapso termino prædicto non fuerit obseruata possit quilibet ipsa ligna incidere & impune exportare: & ptās teneatur hoc statutum cridari facere bis in mēse per ciuitatem & in locis cōsuetis & in platea maioris ecclesię:& ēt in campo ferię diebus mercati.

DE GHERRIS CEDENDIS IN TREBIA. R.

51 QVolibet anno p totum mensem martii teneātur oēs hñtes facere in gherris Trebiæ ipsas gheras & busconos existentes prope stratas q bus itur ad castrum sci Ioannis & ad buriorium per vnam balestratam ab vtraq; parte ipsarum stratarū incidere & incidi facere & boscare cū effectu q; si nō fecerit cuilibet liceat impune ipsas icidere: & eas exportare & exportari facere:& nihilominus quilibet prędictorū ad quos ptinēt dictæ gherræ:& busconii poenam sold. xl. Pla. incurrāt ipso facto si prædicta nō fecerint cum effectu. Et hoc statutū præconizetur singulis annis p mēsem februarii.

DE SALICIBVS LVRETE INCIDENDIS. RVBRICA.

52 ITem statutum est q; omnes salices & arbores quæ sunt in lureta incidātur & deradantur a campromolilo suprano vsq; ad tidonum:& hoc facere teneatur quilibet habens ibi terram per medium suam terram.

DE ARGINO PANTANI FIENDO. RVBR.

53 ITem statutū est q; fiat arginus p pātanū & partes illas q̄ defendi possint terræ de pātano de inūdatione padi expēsis illorū ad quos spectat.

De rumen

DE RVMENTIS NON PROIICIENDIS DE BALCONO. RVBRICA.

54 NEmini liceat proiicere aquam vel rumentas vel puluerem vel aliud turpe in ciuitate vel suburbiis a balcono vel fenestra seu pontili vel ab hostio stando in domo & proiiciendo extra domum: & qui contrafecerit soluat pro banno soldos decem Pla. qualibet vice: & quilibet possit accusare habeat medietatem banni, & teneatur priuatus & credatur accusatori: q statutum legatur semel in anno in contione.

QVOD VIA POSSIT MVTARI. RVB.

55 ITem statutum est quod si aliquis ciuitatis vel episcopatus Placen. habeat viam in campo vel vinea sua vel prato q illam possit a capite campi vineæ vel prati ponere.

DE VACATIONE CONSVLVM MASSARIORVM ET CAMARIORVM. RVB.

56 STatutum antiquum est q si aliquis fuerit consul camararius massarius seu notarius alicuius paratici seu collegii siue fuerit ad sex menses siue ad annum non possit esse consul camerarius massarius vel notarius in sequentibus sex mensibus vel in sequenti anno ab exitu officii: Et si qs contrafecerit condemnetur in .xxv. libris Placen.

QVOD QVILIBET POSSIT APTARE PELICIAS. RVB.

57 STatutum est q quilibet puer seu quilibet hõ possit & ei liceat præparare & aptare fodras & pellicias ad postulationẽ & reqsitionẽ cuiuslibet psone pro pcio & sine precio ad eorũ volũtatẽ: ita q ea de cã cõsules seu paraticus pelizariorũ seu robarollorum nõ possint eos nec aliquẽ eorum cõpellere ad intrandũ in paratico pellizariorum sed robarollorũ ad soluẽdum intratã paratici robarollorũ. & ptãs teneatur præcise prædictos quibus talia pparãtur a dictis cõsulibus & patico defendere de prædictis non obstãtibus aliqbus vel aliquo statuto vel statutis vel reformationibus seu prouisionibus his cõtrariis a q̃ vel aqbus ptãs & alii officiales sint penitus & libere absoluti.

DE CAVO FLVMINIS REGII. RVB.

58 QVia flumen regii a strata romea inferius p vnũ milliare & vltra caret lectu seu riuo: ita q labi nõ potest aq̃ per ipsum flumen: & q inũdationes aq̃ dicti fluminis spargũtur p cãpos & nemora: & ob hoc destruitur strata q̃ itur ad clauenam ita q ligna nõ possunt cõduci absq magna difficultate & incommodo per ipsas stratas: & ob hoc sũt solito cariora. Volumus q cauus & lectus fiat ipsi flumini gãbiolq prout sapiẽtibus ad hoc depu

tādis melius videbitur expedire:& incipiāt ibi vbi lecto caret recta linea vsq ad flumē Clauenæ:vel vsq ad flumē:ita q pp inundationē aquarū dictū flumen non exeat lectū seu cauū suū:ad cuius laborerii cōtributionē prout continetur in statuto antiquo cogantur oēs & singuli qui propter hoc senserint in suis terris commodum & vtilitatem: de qbus expensis cōe Plac. soluat prout in specta ipsarū qtitate pro laborerio pdicto & sapientibus ad hæc deputādis videbitur expedire: q sapiētes inspiciant si dictū flumē regii possit poni in flumine carii & in cōtratis de gena & si cōmode fieri pōt fiat expensis pdictorū.

DE DECIMIS ET POSSESSIONIBVS EARVM. RVBR.

59 IN libro statutorū antiquorum cōis Plac. tale statutum longo tempora obseruatum quod approbauimus reperitur tenor cuius statuti talis est. Item statuerūt & ordinauerunt pro bono & euidenti vtilitate cōis Pla. q si aliqua persona ciuitatis Placen. vel districtus possederit aut fuerit in possessione vel quasi iuris percipiendi fructus alicuius decimę per decē annos cōtinuos ipsa persona vel a qua cām habuerit aut fructus dictæ decimæ pro dicto tēpore .x. annorum perceperit habeatur & haberi debeat pro vero & legitimo possessore. & potestas & capitaneus:& alii officiales comunis Placen. & quilibet ipsorum præcise teneantur & debeant ipsum talem possessorē defendere in ipsa possessione vel quasi a quacunq persona vndecunq sit:& si aliqua persona iure dicti comunis Plac. ipsum talem possessorem coram aliquo iudice cuiuscunq sit molestauerit & accusauerit vel accusari fecerit prædicta occasione soluat pro banno qualibet vice .xxv. libras Pla. & plus ad voluntatē dominorum potestatis & capita. considerata qualitate facti & restituat dānū passo & de quo damno credatur sacramento illius qui molestatus aut requisitus. si vero ille qui molestauerit possessorem qui fuerit in possessione seu quasi decimę seu iuris decimandi aut per se aut per datores & pręcessores suos annis .xl. continuis non fuerit de iurisdictione dicti comunis Placent. eximatur & extrahatur & exactus fiat. & eius bona de protectione comunis Plac. ita q per aliquem officialem comunis Plac. sibi non fiat ius in ciuilibus vel criminalibus nisi primo non fuerit in concordia cum prædicto molestato seu requisito & nihilominus compellantur propinquiores seu amiciores illius qui non fuerit de iurisdictione comunis ad restitutionem faciendam in pecunia numeratā:tantum illi qui molestatus & requisitus fuerit de omni damno & expensis q propterea incurrisset sacramento cuius credatur de ipsis damno & expensis sine aliqua probatione facienda. Et prædicta fieri debeant per potestatem & capitaneum:& eorum iudices & quemlibet ipsorum qui de hoc fuerit requisitus omni tempure summarie, & sine strepitu & figura iudicii & libelli oblatione:& per potestatem & capitaneum vel aliquem ex eorum iudicibus: qui de prædictis vel aliquo prædictorum esset requisitus prædictā omnia & singula integraliter non fuerint obseruata & executioni demādata soluat pro banno .xxv. libras Plac. antequā descedat a ciuitate Plac. & restituat damnum prędicto citato vel molestato secūdū q de damno & expēsis iurauerit:& prædictum statutum in qualibet parte sui sit præcisum:& præcise debeat obseruari:& quod de eo non possit parabola dari nec peti. Et q si data fuerit ipso

fure non valeat. Hoc intellecto quod propter statutum nullum præiudicium fiat alicui personæ iurisdictionis comunis Placen. quæ haberet ius in ipsa decima seu fructus ipsius decimæ ab ipsis decē annis retro quibus aliquis alius ipsam decimam seu fructus ipsius decimæ tenuisset.

DE OPERIS NOVI NVNCIATIONI. RVBRICA.

60 NVllus in eo quod possidet vel quasi possidet siue sit publicum siue priuatum possit per alium prohiberi ædificare: dummodo caueat cum satisdatione si ædificat in priuato denuncianti nouum opus vel prædictus se opponenti de damno restituendo & opere demoliendo si appareret eum non debitæ ædificasse: & si ędificat in publico promittat absq; satisdatione de remouēdo quicquid fecerit: de quibus summarie: & de plano sine figura & strepitu iudicii: & absq; libello cognoscat tpe feriato & si feriato.

DE CLAVSVRIS FIENDIS. RVBRICA.

61 SIquis ciuitate vel suburbiis requirat fieri clausuram inter se & suum cōuicinum in domibus vel curtibus compellatur per iudicem conuicinus communicare ad dictam clausuram fiendam de muro vel gratitio pastonato vel pariete vel assidibus in domibus arbitrio iudicis & in curtibus de sepe, de quibus summariæ & de plano sine strepitu & figura iudicii & absq; libello cognoscatur quolibet tempore feriato, & non feriato: & idem intelligatur de curtaritiis & casamentis villarum episcopatus Placentæ: q; fiat clausura: seu serranda de sepibus.

DE VIA DANDA NON HABENTI. RVBRICA.

62 SIquis extra ciuitatem in districtu Plac. non habeat viam eundi ad vineam vel ad fundum suum: possit & debeat compelli per potestatem & iudices eius vicini ad minus damnum eorum per eorum terras ei dare viam satisfacto eis de prætio terrę quam occupauerit ipsa via arbitrio boni viri. De quibus summarie & sine strepitu & figura iudicii & libelli datione cognoscatur diebus feriatis & non feriatis: & sit in electione requirentis cogere ad hoc illum ex vicinis suis quem voluerit.

QVOD QVIS COMPELLATVR STARE CVM EO CVM QVO CONVENIT. RVBR.

63 SIquis vel siquæ conuenit stare ad mercedes cū aliquo vel aliqua in ciuitate Plac. vel districtu compellatur stare vsq; ad terminum cōuentū & completum omnibus remediis iuris: nec aliquis alius ante ipsum terminum eum vel eam teneat vel receptet absq; voluntate eius cū quo vel qua stare tenebatur in pœna soldorum centum Plac. postquam sibi fuerit denunciatum & de prædictis cognoscatur summarie sine libello & strepitu & figura iudicii: quocunq; tempore feriato & non feriato.

DE ECCLESIA SANCTAE MARIAE DE BIGOLLIS. R.

64 Approbamus & ratificamus statutum antiquum infrascripti tenoris: Item statuerunt & ordinauerunt q ecclesia sanctæ Mariæ de Bigollis: quæ consueuerat esse in Platea comunis & dirupta fuit debeat restitui & ædificari expẽsis cõis cum claustro & domibus idoneis & q restituatur & construatur & q dif cetur & indemnitati ipsius ecclesiæ & clericorum prouideatur de qua fienda & modo ipsius teneatur & debeat potestas præsens ponere in cõsilio suo infra duos menses ab introitu sui regiminis de modo & forma faciendi seu fieri faciendi ipsam ecclesiam.

QVOD POTESTAS BARATARIAE SPAZET PLATEAM. RVBRICA.

65 Quicunq est vel fuerit potestas barataria siue ribaldorum teneatur spazari & mũdari facere singulis mẽsibus semel ad minus plateam comunis Plac. & immunditias & rumentas ab ea facere exportari in pœna centum soldorum pro qualibet vice: & teneatur potestas prædicta executioni facere mandari.

DE CONFINIBVS CIVITATIS. RVBR.

66 Infrascripta sunt statuta confinia ciuitatis reperta in statutis antiquis comunis Placentiæ: quæ approbamus & confirmamus: & pro statuto hẽri volumus & primo videlicet a domo seu ecclesia de montali filiorũ Rainerii versus Placen. a dicta domo vsq ad ecclesiam de mucinaxio: Ab ecclesia de mucinaxio vsq ad ecclesiam sancti Bonici: ab ecclesia sancti Bonici vsq ad monasterium domus de Ponteta monasterio de Ponte vsq ad pontẽ Trebiæ. A ponte Trebiæ vsq ad buccam Trebiæ quæ intrat padum. A dicta bucca Trebiæ circa padum vsq ad ecclesiam hospitalis Facii. Ab ecclesia hospitalis Facii vsq ad buccam taleatæ veteris. A bucca taleatæ veteris vsq ad domum sancti Sauini quæ dicitur Mosis eundo p rectam viam quæ est secus dictam taleatã. A dicta domo de mosis vsq ad dictam ecclesiam de montali.

QVOD VILLAE INHABITATE NON POSSINT CONDEMNARI RVBRICA.

67 Aliquę villæ seu loca vel comunia quę non sunt vel non erant vel nõ fuerũt habitata non possint aliquo casu modo vel iure per comune Plac. seu per potestatem vel aliquos alios officiales comunis Placẽ. cõdemnari & si aliqua cõdemnatio facta est vel deinceps fiet de ipsis locis vel villis vel cõibus tpe quo non erant habitate dicta condemnatio sit cassa vel nullius momenti: & non valeat ipso iure: nec possit exigi vel executioni mandari tpe quo post modum sint vel fuerint habitate.

DE PONTE ARBAROLE. RVBRICA.

Nullus

68 Nullus dimittat postquã fuerit denunciatũ trabes vel caueriatas seu ancdos vel aliquod lignamen desuper pontẽ Arbarole per mediũ milia re in flumine vel glarea Nuriæq̃ ex hoc dictus pons destruitur tẽpore inundationis dicti fluminis percutientibus & deuastantibus columnas dicti pontis in poena.xl. soldorum Placẽ: & amittendi ipsum lignamen: & quilibet possit accusare: habeat medietatem dictæ poenæ: & lignaminis.

DE SOLVTIONE MAGISTRORVM GRAMMATICAE. RV.

69 Magistri grammaticæ non possint accipere pro eorũ salario a scholaribus discentibus donatum vel psalteriũ vltra.xii. denarios a quolibet pro quolibet mense: & ab aliis discentibus grammaticam vltra.xvi.denarios quolibet mense: & pro mẽsibus quibus iacuerint in scholis non accipiant vltra.xxx.denarios pro quolibet mense: quæ solutione fiãt magistris ipsis quibuslibet tribus mensibus secũdum q̃ est consuetum.

DE SOLVTIONE NOTARIORVM PRO INSTRVMENTIS. RVBRICA.

70 Statuimus q̃ solutiones notariorum officiorum comunis fiãt & taxate sint modo infrascripto. Primo de quolibet dicto & securitate alicuius personæ contra quam proceditur per accusam vel inquisitionem notarii habeant decem denarios.

Et pro quolibet termino tres denarios.

Et pro qualibet positione scripta in actis a qualibet parte.

Et pro qualibet contestatione scripta in actis a qualibet parte: saluo si in ipsa contestatione habeat arbitrio iudicis.

Et pro qualibet scriptura & cancellaturã cuiuslibet banni criminalis si fuerit de damnis & guastis habeat quinque denarios & si fuerit de aliis maleficiis duodecim denarios.

Et pro qualibet carta attestata seu publico instrumento procure tutele cure emancipationis: & de instrumentum solutionis: & alienationum: quę fient auctoritate iudicis habeat arbitrio iudicis secundum qualitatem negotii.

Pro qualibet littera pignerationis vel alterius causæ cum gruppo notarii octo denarios

De qualibet sententia diffinitiua lata de consilio alicuius iudicis sapientis de collegio iudicum Placentię si fuerit de lite quæ fuerit infra quantitatẽ vel æstimationem centum soldorum a qualibet parte nouem denarios.

Si fuerit vltra quantitatem prædictam in decem libris a qualibet parte decemocto denarios.

Si fuerit vltra quantitatem decem librarum in.xxv. libris a qualibet parte tres soldos.

Si fuerit vltra quantitatem.xxv.librarum vsq; in.l.a qualibet parte quinq; soldos & sex denarios.

Si vero fuerit a.l.libris supra vsq; in centum libris a qualibet parte septem soldos & sex denarios.

Si vero a centum libris supra vsq; in ducentis libris a qualibet parte decem soldos.

Et a ducentis libris supra quantacunq; sit quantitas a qualibet parte quindecim soldos.

De sententiis vero interlocutoriis datis de consilio alicuius sapientis iudicis assumpti ad consulendum quę sunt de lite existente in quantitatē vel estimationem centum soldorum habeant notarii a qualibet parte sex denarios.

Si vero fuerit a centum soldis vsq; ad decem libras a qualibet parte nouem denarios.

Si vero a decem libris vsq; ad vigintiquinq; a qualibet parte duodecim denarios.

Si vero fuerit a vigintiquinque vsq; in quadraginta libris a qualibet parte xviii. denarios.

Et si fuerit a quinquaginta vsq; in centum libris a qualibet parte duos soldos & sex denarios.

Et si fuerit a centum libris supra quantacunq; sit quantitas vel estimatio quatuor soldorum.

Notarii cameræ habeant & habere possint & non vltra pro quolibet breui sequele quod datur villis duos soldos.

Et pro canzellatura cuiuslibet condemnationis sex denarios.

Et de quacunq; pecunia que soluitur per camerarium seu per thesaurariū comunis Plac. pro qualibet ab eo qui receperit dictam pecuniam duos denarios pro libra saluo q pro salariis potestas, & capitaneus comunis Plac. camerarius seu thesaurarius comunis Plac. non teneatur dictos duos denarios pro libra notario cameræ dicti comunis notarii pignerum cameræ habeant pro quolibet pigneramento pro se & cur. quinq; denarios videlicet tres denarios pro ipso met & duos pro currerio.

Et notarii comunis videlicet dictatores habeant simili modo vnum denarium pro libra.

DE SOLVTIONIBVS SALARIORVM IVDICVM. RVBRICA.

71 Approbamus & confirmamus infrascriptas prouisiones & pro statuto comunis Plac. de cætero volumus perpetuo haberi & obseruari quorum tenor talis est. Item prouiderunt q iudices pro remuneratione seu salario vel sententiarum seu consiliorum quas seu quę dant nō possint accipere vltra id quod consueuerunt accipere pro salario ipsarū sententiarum seu consiliorum per formam statutorum seu ordinamentorum factorū seu ordinatorum tenor quorum talis est.

In Christi nomine amen millesimo tricentesimo trigesimo sexto indictione quinta die xxvii. mensis ianuarii. Hæc sunt capitula & statuta facta & ordinata super taxatione salariorum iudicum.

Primo statuerunt pro euidenti vtilitate omnium personarum & etiam iudicum: videlicet q de qualibet quæstione vsq; in centum soldis Plac. iudices qui eligentur ad dādum consilium possint percipere de interlocutoria vsq; in duobus

duobus soldis:& sex denariis a qualibet parte & non vltra. De diffinitiua vero negocii quantitate:& qualitate & causa in specta a qualibet parte vsq; in quinq; soldis.

Item a quinq; libris supra vsq; in decem libris Placen. vsq; in tribus soldis Placen. de interlocutoria a qualibet parte & vsq; in sex soldis Placen. de diffinitiua a qualibet parte.

Item a decem libris supra vsq; in viginti libr. Plac. vsq; in quinq; soldis de interlocutoria:& vsq; in decem soldis Pla. de diffinitiua a qualibet parte.

Item a viginti libris Placentiæ vsq; in triginta libris Placentiæ: vsq; in sex soldis Placentiæ de interlocutoria & vsq; in quindecim soldos Placen. a quali bet parte de diffinitiua.

Item a triginta libris vsq; ad quadraginta vsq; in octo soldis de interlocutoria & vsq; in.xx. soldis a qualibet parte de diffinitiua.

Item a quadraginta libris vsq; ad quinquaginta:vsq; in decem soldis de interlocutoria & vsq; in.xxv. soldis a qualibet parte de diffinitiua.

Item a quinquaginta libris vsq; in sexaginta libris vsq; in duodecim soldis de interlocutoria:& vsq; in vigintiocto soldis de diffinitiua a qualibet parte.

Item a sexaginta libris vsq; in septuaginta libris vsq; in tredecim soldis de interlocutoria & vsq; in trigintaduobus soldis de diffinitiua a qualibet parte.

Item a septuaginta libris vsq; in octuaginta libris vsq; in quindecim soldis de interlocutoria:& vsque in triginta quinque soldis de diffinitiua a qualibet parte.

Item ab octuaginta libris vsq; in nonaginta libris vsq; in sedecim soldis de interlocutoria & vsq; in quadraginta soldis de diffinitiua a qualibet parte.

Item a nonaginta libris vsq; ad centum libras vsq; in decemocto soldis de interlocutoria:& vsq; in quadragintaquinq; de diffinitiua a qualibet parte.

Item a centum libris vsq; ad mille libras Plac. vltra dictas quantitates decemocto soldorum de interlocutoria & non vltra:& vsq; in quadragintaquinque soldis de diffinitiua & non vltra: & sex denarios pro qualibet decena & duos soldos pro diffinit. pro qualibet decena a qualibet parte.

Item a mille libris supra quantacunq; sit quantitas percipere possit iudex pro consiliatura tres libras Plac. & non vltra de interlocutoria & duodecim libras de diffinitiua & non vltra a qualibet parte & non vendicantibus sibi locum taxationibus suprascriptis casibus prædictis & singulis semper intelligatur dictæ taxationes & salaria a qualibet parte.

Item q; omnes taxationes prædictæ & salarium iudicum habeāt locum & obseruētur i quolibet foro ciuili criminali clericali vel ecclesiastico vel in quolibet alio foro:nec vltra prædictas quantitates:vel summas aliquod aliud donum exenium vel promissionem vel obligationem accipere: nec aliquo modo machinari nec fraudem facere prædictis. Et sic omnes iudices obseruare teneantur iuramento:sub pœna in statutis comprehensa. Taxatio vero expensarū & interrogationum correctiones soluantur arbitrio iudicis coram quo quæstio ventilatur.

DE SALARIO ADVOCATORVM ET PROCVRATORVM. RVBRICA.

72 STatuimus q aduocati pro eorum patrociniis & salario aduocationis non possint accipere pro quolibet eorum pro qualibet cā vel quæstione vltra duplũ quantitatum taxationum factarum super salariis illorũ qui habent consulere super diffinitiuis sententiis prout de prædictis salariis super diuersis quantitatibus plenæ & claræ in statutis comunis Placentiæ cõtinetur. Et si in aliqua causa vel quæstione fuerint plures aduocati ab vna parte q tunc aduocati illi non possint habere nec percipere pro eorũ salario & patrocinio a parte nec illi parti expensis dictorum aduocatorum taxentur nisi tantum quantum percipere & habere potest & posset si esset vnus aduocatus tantũ secundũ q in prædictis taxationibus continetur: & procuratoribus similiter pro eorum salario nõ possint accipere vltra simplũ taxationũ pdictarum.

DE EISDEM. RVBRICA.

73 HAec omnia supradicta & singula & quodlibet prędictorum capitulorum seruẽtur, & seruari teneantur pręcise sine aliquo sophistico intellectu & colore omnes & singuli iudices & aduocati Pla. in consiliis: tam super diffinitiuis sententiis q̃ interlocutoriis in pœna & sub pœna dupli eius quod illicite accepissent. Cuius pœne dimidia applicetur collegio & alia dimidia illi cui illicitæ accepisset pro qualibet vice qua contrafecerent seu venirent comittenda & exigenda: & quilibet possit accusare & denunciare: & si accusam & denunciationem probauerit habeat dimidiam illius dupli & compellatur restituere. Saluo q si propter multitudinem testium & instrumentorũ actorum seu scripturarum videretur iudici de medio coram quo esset causa vẽtilata q maius salarium esset statuendũ q dictum salarium possit augmentare vltra dictas sententias secundum q sibi videbitur expedire.

DE SAPIENTIBVS ASSVMPTIS AD CONSVLENDVM SVPER QVAESTIONIBVS. RVB.

74 IN aliqua cā vel quæstione ciuili vel criminali non possit per eum corã quo quæstio vel cā ventilatur assumi ad consulendũ super diffinitiua vel interlocutoria nisi vnus de collegio iudicum Plac. tantum sapiens nisi ambe partes de maiori numero consentirent. Qui sapiens & quilibet eorum assumpti ad consulendum vt prædicitur habeat pro quolibet pro eorum salario iuxtã taxationes salariorum iudicum & sapientum de quibus fit mentio i statutis comunis Placẽ. & statutis collegii iudicum Plac. Si vero sapiens aliquis vnus vel plures assumpti dicerent se dubitare super quæstione vel causa in qua assumpti sunt & requirerent sibi ad hoc alium sapientem associari tunc suis sumptibus sibi sapiens adiũgatur & non sumptibus alicuius ex litigantibus. Et si alter ex litigantibus hoc requireret: & tamen sapiens consentiret sibi alium associari: tũc assumatur sapiens prædictis expensis illius tantũ qui hoc requirit. Et si ambe partes dictã associetatẽ requirerent assumatur ipse sapiẽs eo casu vtriusq partis expensis: hoc intellecto q vbicũq in qualibet causa assumẽdus fuerit sapiens ad cõsulendũ siue super diffinitiua siue super interlocutoria assumatur sapiens de collegio iudicũ Placentiæ receptis prius

confidenti

confidentibus ab vtraqꝫ parte ſi dare voluerint confidentes vel ſi in caſu quo aſſumendus erit ille ſapiens pars citata ad dandum confidentes ſuos infra ter-minum ſtatutum non venerit tunc poſſit aſſumi ipſe ſapiens receptis confidē-tibus a parte præſente & aliter prædicta aſſumptio ſapientis prędicti facta & cōſiliū ipſius & quicquid ſequetur ex ipſis non valeat ipſo iure hoc videlicet intellecto & etiam obſeruando ꝙ ſi ſapiens aſſumptus ad conſulendum in ali-qua cauſa vel quæſtione voluerit ſeu petierit ſibi alium ſapiētem aſſotiari ſeu ſi aliqua partiū ipſi ſapiēti aſſumpto ſuper aliquo grauamine aſſumpto volue rit & petierit ſuis expenſis alium ſapiētem aſſotiari illud fiat & fieri poſſit per octo dies vtiles ante finē inſtantiæ cauſæ ſi fuerit cauſa de maioribus & ſi cau ſa fuerit de minoribus ante finem inſtantię cauſæ per .v. dies vtiles & nō vltra fieri poſſint nec debeant dictæ aſſumptiones ſapientum nec aliqua earū in di-ctis caſibus nec aliquo eorum: & ꝙ alicui ſapienti aſſumpto ſuper aliquo gra-uamine vel petitione conſilii ſapientis non poſſit aſſociari aliquis alius ſapiēs.

DE CIVIBVS IMPETRANTIBVS NVN-DIMENTA. RVBRICA.

75 CVm multi ciues & diſtrictuales Plac. doloſe contra ſuos conuicinos & diſtrictuales impetrauerint & quotidie impetrare & habere procu-rent litteras nundinarum campaniæ & briæ quas appellant mādamen ta: quæ per nuncios cuſtodum nundinarum prædictarū pręſentātur & defe-runtur poteſtati & officialibus & comuni Pla. propter quas litteras & manda mēta nūdinarū multotiens conceditur defenſio ſeu prohibitio ipſarū nūdina rū mercatoribus & hominibus ciuitatis Pla. & diſtrictus & cōtra ipſos in nō modicum opprobrium & læſionem honoris: & iuriſdictionis comunis Plac. ac ipſorum mercatorum & ciuium Plac. maximum detrimentum pro eo ꝙ ip ſi inſontes ſepius redimere coguntur innocentiam ſuam & vexationem piam præmiſſi faciunt impetrantes: & etiam alii pro aliis conueniuntur quod eſt contra ius naturale huic verbo quotidie ſubcreſcenti celeri remedio occurre-re cupientes. proinde ſtatuimus ꝙ ſi quis ciuis vel diſtrictualis Plac. contra ci uem vel diſtrictualem dicta mandamenta ad ciuitatem vel diſtrictum Placē. miſerit vel mitti fecerit vel aliquam defenſam ſeu nundinarum prohibitionē a magiſtris nundinarum prædictarum vel a quibuſcunque aliis per ſe vel per alium impetrauerit vel fieri fecerit: hoc ipſo intelligatur: & ſit condemnatus qualibet vice in ducentis libris Placen. cuius medietas poenæ parti aduerſę: & alia medietas communi Plac. applicetur. Et nihilominus mandamenta & defenſas: ſeu prohitiones: vel quouis cenſeantur nomine auferre & remoue-re: & auferri & remoueri facere teneantur. Alioquin ſit & intelligatur hoc ipſo bannitus & rebellis comunis Plac. perpetuo & bona ſua omnia comuni Plac. ſint publicata. Quas pœnas incurrant omnes qui de debitis vel nomini bus aliis qui ſunt ciues vel diſtrictuales Plac. fecerint quoquo modo vel titu-lo ceſſionem. Si ipſi quibus facta fuerit ceſſio ipſa miſerint vel mitti fecerint vt præmittitur mandamenta vel etiam ipſas defenſas vel prohibitiones duxe rint impetrari. Sanæ ad hoc vt prædicti ſi ſunt veri creditores ius ſuum citi-us conſequentur volumus quod ſi ciuis vel diſtrictualis Plac. vult conquæri

de aliquo ciue vel districtuali Placentię coram potestate vel iudicibus eius vel officiali vel iudice competenti comunis Placen. occasione alicuius contractus initi in dictis nundinis cognoscatur de dictis contractibus quæstionibus & litibus & terminetur summarie sine libello & absque strepitu & figura iudicii. Statuto aliquo non obstante volentes quod litteris nundinarum campaneæ & brię credatur tanquam publicis instrumentis.

DE SECVRITATE PRESTANDA PER CONSVLES VILLARVM. RVBRICA.

76 NVllus locus castrum vel villa cogatur occasione comunis Placen. per aliquem officialem ipsius comunis Placen. præstare securitatem ipsi comuni vel officiali comunis nisi vnam tantum generalē semel in anno videlicet mense ianuarii quæ duret per annum quā præstare teneantur apud officiales & acta camerę comunis Plac. & quæ securitas extendatur ad officia & condemnationes quæ fient de ipsis villis per comunę Pla. proinde ac si apud eos esset præstita & vltra prædicta non possint cogi dictæ villæ vel loca & condemnationes: ob hoc factę vel fiende per ipsos officiales: & omnes processus contra prædicta factæ sint cassę & irrite & nullius momenti: & iudex maleficiorum & iudex stratarum victualium: & quilibet alius officialis comunis Plac. non possint nec debeant compellere aut molestare aliquam villā locum seu castrum aut consules ipsarum ad præstandam aliquam villam securitatem nec sacramentum: sed sufficiat dicta vnica securitas præstita ad cameram vt supra. Et hoc in poena & sub poena cuilibet officiali & iudici & notario contrafacientibus libras. xxv. Placen. quā pœnam incurrant ipso facto: & de hoc debeant sindicari: nec aliqualiter possint absolui.

DE POENA TENENTIVM ALIQVOD IMPEDIMENTVM IN STRATIS PVBLICIS. RVB.

77 ITem quod nullus artista nec aliqua alia persona possit tenere aliquem discū vel aliud impedimentum in stratis publicis extra domum & murum ipsorum a duobus brachiis vltra muros domorum eorum in poena & sub poena soldo. centum Pla. pro quolibet & qualibet vice: saluo quod draperii & speciarii possint tenere discos & tabulas vltra murum per brachia tria: cuius pœnę medietas sit comunis & alia accusantis: & iudex stratarum ad postulationē cuiuslibet requirentis vel accusantis teneatur procedere contra ipsos contrafacientes in poena, & sub poena dicto officiali florenorum. x. auri.

DE SECVRITATE PRAESTANDA PER CASTELLANOS. RVB.

78 ITem statuerunt quod omnes & singuli qui habent vel tenent castrum aliquod vel speluncam vel caminatam vel fortalitiam in episcopatu & districtu Plac. præsentare se infra decem dies post terminū assignatum per potestatem & post requisitiones factas spetialiter cuilibet per admonitiones per

nes per potestatem super his & præsentare coram dño potestate & satisdare dicto domino potestati vel alteri recipiendi nomine & vice domini nostri domini comitis virtutum & comunis Plac. sub poena contrafacienti pro prima admonitione centum librarum Placentiæ. Pro secunda amonitione non obediendo diruptionis & destructionis dictæ fortalitiæ quod facere fieri & executioni mandare præcise teneatur dominus potestas: qui nunc est: vel pro tempore fuerit.

DE EODEM. RVBRICA.

79 PRomitto ego talis tibi notario recipienti nomine & vice illustris domini nostri domini comitis virtutum & comunis Placentiæ: & omnium & singulorum quorum interest seu interesse posset attêdere & observare omnia & singula mandata dicti domini comitis & vicarii & aliorum omnium & singulorum iudicum & militum domini potestatis & se coram ipso domino potestate & eius vicarii iudicibus & militibus eius: & quolibet ipsorum præsentare totiens quotiens fuerit requisitus ex parte ipsius potestatis vicarii iudicum & militum vel alicuius eorũ: & custodire & saluare ipsum locum & fortalitiam ad honorem & reuerentiam & mandata domini nostri: domini comitis & comunis Plac. & facere etiam curare ꝙ ibi non stabunt malandrini nec habitabunt, nec aliquæ personæ infamatę vel rebelles banniti dicti domini nostri, & côis Pla. nec aliqui alii contra formam statutorum & prouisionum comunis Plac. & non tenere nec receptare in ipso loco & fortalitia: seu teneri vel tueri vel receptari permittere aliquos malãdrinos: seu homines malæ conditionis & famę. Et si aliqua robaria fieret in dicto territorio ipsius loci seu fortalitiæ aut villę seu alibi in episcopatu Plac. per dictos malefactores sic receptatos vel ibi stantes vel habitantes quoquo modo emendare damnum ipsius robariæ passo & ipsum locum & fortalitiam: & dare & consignare guarnitum & disguarnitum in fortia & bailia dicti domini nostri & prædicti domini potestatis præsentis & futuri: & cuiuslibet ipsorum totiens quotiens inde per ipsos vel alterum ipsorum fuerit requisitus aut de ipsorum vel alicuius ipsorum processerit voluntate. Et promittat omnia & singula obseruare & obseruari facere quæ continentur in dictis statutis vel prouisione vel altera ipsarum: ac si specificatus esset de verbo ad verbum sub pœna in dictis statutis vel prouisionibus contenta. Quæ omnia & singula: & etiam omnia alia & singula prout continentur & scripta sunt suprascriptis specialiter factis. dictus talis renunciando exceptioni & omni alii legum auxilio quibus se tueri posset promisit attendere & obseruare: & non contrafacere vel venire in pœna & sub pœna mille librarum Plac. Quę pœna totiens committatur & possit exigi cum effectu quotiens in prædictis vel aliquo prædictorum fuerit cõtrafactum. Et sub pœna in statutis & prouisionibus contentis in prædictis promissis per ipsum talem ratis manentibus suprascriptis: & in sua firmitate perpetuo durantibus sub obligatione omnium bonorum suorum præsentium & futurorum.

DE EODEM. RVBRICA.

80 VT continuo tales sponte & ex certa scientia in pręsentia domini potestatis cōstitui & eorum motu quilibet eorum in solidum se in omnibus & singulis suprascriptis principaliter obligando: renunciādo omni legum auxilio omniq; exceptioni & defensioni quibus se tueri possent ita q; non possint dicere vel allegare se obligando esse sine cā vel ex iniusta cā seu pro tali cā q̄ nō teneat aut valeat de iure & epistolæ diui adriani. Et generaliter omni alii exceptioni & defensioni iuri quæ contra prædicta vel aliqd prędictorum dici vel opponi possent: promiserunt mihi notario stipulanti & recipienti modis & nominibus prædictis facere & curare cum effectu q; prædictus talis attendet & obseruabit faciet & complebit & in totum & per totū facere promisit & conuenit. Alioquin ipsi per se & de eorum & cuiuslibet eorum bonis attendent & obseruabunt facient & complebunt quæ superius cōtinentur & scripta sunt renūciando exceptioni & legum auxilio: & specialiter auxilio legis dicētis principalem debitorem prius fore conueniendū fideiussore. Et generaliter omnibus aliis & singulis legibus & iuribus quibus cōtra prædicta per eos superius promissa vel aliquod prædictoꝝ dicere vel facere vel venire possent in pœna & sub pœna mille librarum Placen. exigendarum a prædictis & quolibet prædictorum: si fuerit contrafactum seu contrauentū quæ pœna totiens committatur & exigi possit cum effectu quotiēs in aliquo fuerit contrafactum seu cōtrauentum oibus & singulis suprascriptis ratis manētibus & in sua firmitate ppetuo duraturis sub obligatione eorum bonorū.

DE PEONA TENENTIVM BANNITOS IN EORVM FORTALITIIS. RVBRICA.

81 ITem q; nullus audeat vel præsumat in dictis fortalitiis tenere aliquem bannitū ciuitatis Plac. vel rebellē dicti domini nostri & comunis Plac. vel malandrinum vel alium hominem male conditionis & famę forestritū: immo facere & curare debeant q; dicti non habitent: vel aliqui prædictorū & si ibi reperiātur quoquo modo præsumantur de eorū voluntate ibi receptatos sub pœnis in statutis vel prouisionibus & iuribus comunis contentis: & vlterius arbitrio potestatis si sibi videbitur: inspecta qualitate personarū receptarum & receptantium: idem intelligatur si prædictis personis dederint comestiones vel auxiliū cōsiliū vel fauorem in dictis fortalitiis vel extra.

QVOD NVLLVS BAROARIVS POTESTATIS POSSIT ACCIPERE ALIQVID IN CIVITATE. RVBRICA.

82 NVllus soldatus seu baroarius ptātis Plac. seu alicuius alterius officialis cōis Plac. possit & debeat aliquid petere vel habere seu accipere in ciuitate Plac. seu suburbiis pro aliquo pigneramento seu aliquid exequendo; in pœna soldorum sexaginta Placen. & quod per potestatem & quemlibet officialē comunis compellatur quilibet soldatus ad prædicta fienda in pœna ptāti & officiali cuius essent dicti soldati. xxv. librarū Placen. pro qualibet vice, & nihilominus faciat restitui totū id qd dicti soldati acceperit.

De non

DE NON PONENDO LINVM AD MACERANDVM. RVB.

83 NEmo ponat linum ad macerandum infra foſſata ciuitatis Placentię: nec in ipſis foſſatis in pœna viginti ſoldorum Placentiæ: pro qualibet vice.

DE SALE HABENDO PER ADVOCATOS. RVB.

84 ANtiquum ſtatutum & diutius obſeruatũ eſt ꝙ omnes iudices de collegio iudicũ Plac. quolibet anno a comuni Plac. habeant decem ſoldos Plac. pro quolibet ipſorum iudicũ: quæ ſolutio fit & fieri conſueuit in ſale pro comuni quod approbamus & volumus ſtatuimuſq; ꝙ poteſtas teneatur prædicta facere inuiolabiliter obſeruari.

DE NOBILIBVS SIMVLATIS. RVB.


85 CVm multi ſint habitantes in diſtrictu Plac. qui ſub nomine & colore nobilium defraudent comune dictæ ciuitatis in honoribus tam realibus quã perſonalibus perſoluendis: ſtatuimus ꝙ de cętero nullus poſſit vti priuilegio dictę nobilitatis: ſed omnes habitantes in diſtrictu Pla. ſi fuerint laboratores terrarum vel exercuerint aliquod artificium propriis manibus vel fuerint tabernarii ſeu hoſpites teneantur omnia onera tam realia quã perſonalia: ſeu mixta ſubire cum hominibus villę in qua habitant nullo priuilegio cõſuetudine pręſcriptione ſeu immunitate vel ſententiis quæ ſuper hoc fuiſſent late obſtantibus. Si autem fuerit de progenie nobilium vel non: extra ciuitatem aliquam artem vel artificium: & non fuerit tabernarius vel hoſpes & habitauerit in diſtrictu Plac. teneatur ſe ſcribi facere & poni in ciuitate Plac. in ea vicinia in qua ipſe vel ſui anteceſſores vltimo habitare conſueuit. Et ſi de hoc eſſet quęſtio ſeu dubium in ea vicinia in qua decreuerit poteſtas ſeu eius vicarius cum conſilio ſapientis poſſit negociis comunis in omnibus oneribus realibus & perſonalibus ſeu mixtis apponendis per comune Pla. ponatur & ipſa onera ibi ſuſtinere debeat: & ſiquis contrafecerit puniatur, & cõdemnetur pro qualibet vice in viginti libris Placẽ. & nihilominus ad prædicta faciendum compellantur & teneantur: cuius pœnæ medietas ſit comunis & alia medietas dicti accuſatoris. Et ꝙ nullus poſſit tanquam nobilis ad aliquod onus pro comuni Plac. compelli.

DE EODEM. RVBRICA.

86 VBicunq; in ſtatutis comunis Plac. continetur vel dicatur ſiquis vel quilibet vel quicũq; ſimile verbum declaramus tã maſculinũ q̃ fœmininũ p ipſa verba & quodlibet ipſorũ intelligi & cõpræhendi ſicut tractet de odio vel de fauore: niſi in ipſis ſtatutis expreſſe exprimatur aliter.

EXPLICIT LIBER QVARTVS.

INCIPIT QVINTVS

1 
VONIAM Nocentium delicta publice expedit esse nota: statuimus q omnes condemnationes & absolutiones criminales quæ fient per potestatem vel eius iudices vel alium officialem comunis Plac. fiant de die & in publica contione.

DE CAPIENDO MALEFACTORES. RVBRICA.

2 Quia quilibet rector debet purgare prouinciam malis hominibus & potestas summo opere teneatur procurare q omnes malefactores in ciuitate & districtu capiantur & capti pœnis cōgruis capiantur.

DE CORRVMPENTIBVS OFFICIALES. RVB.

3 Quicunque per se vel interpositam personam potestatem vel eius iudices & familiam seu aliquem officialem comunis Placentiæ ausus fuerit corrumpere quoquo modo puniatur corruptor in amissione rei quam dedit pro corruptione. Et nihilominus soluat comuni duplum rei ipsius vel æstimationis corruptus autē soluat ipsam rem vel æstimationē & vltra id duplum ipsius rei vel æstimationis. Et nihilominus prædicti corruptores & corrupti puniantur vltra prædicta pœna pecuniaria inspecta personarum & negocii qualitate arbitrio potestatis. Quam corruptionis pœnā incidat quicunq ipsius corruptionis fuerit mediator. Et quilibet possit esse accusator & denunciator dicti criminis & habeat dimidiam dictæ condemnationis & nomen ipsius accusatoris & denunciatoris secretum teneatur. Saluo q si corruptor accusauerit vel denunciauerit corruptum ante quam ipse corruptus fuerit denunciatus vel accusatus per alium: q tunc ipse corruptor nullam pœnam patiatur res quā ipse corruptor dederit pro corruptione non veniat in comuni: sed dicto corruptori restituatur.

DE ARSALEIS. RVBRICA.

4 Siquis dolose immiserit ignem in domū vel cassinam: vel torcular seu fœnum vel bladum vel ligna vel palearium alicuius: dexter oculus ei eruatur: & manus dextra ei abscindatur nisi infra quindecim dies post condemnationem dicti criminis soluat comuni Plac. ducentas libras Plac. & nihilominus damna emendet leso ante quam de carceribus comunis Plac. relaxetur & hoc habeat locum si incēdium passus fuerit & damnificatus ex hoc infra quantitatem librarum. xxv. Placentiæ: si ab inde supra faciens dictum incendium igne comburatur ita q moriatur.

DE TERMINIS. RVBRICA.

5 SIquis dolose terminum amouerit alicuius eo inscio vel inuito manus ei abscindatur nisi soluerit comuni Plac. l. libras infra. xv. dies post condemnationem dicti criminis & nihilominus teneatur emendare damnum passo ante quam de carceribus comunis relaxetur.

DE HIS QVI MALEDIXERINT.

6 SIquis maledixerit Deo vel beatæ virginis Mariæ vel alicui Sancto condemnetur in libris xxv. Pla. quam condemnationem si soluere non poterit ponatur ad berlinam & ibi stet per medium diem & nihilominus p ciuitatē grossis virghis fortiter fustigetur & p tres mēses stet in carceribus.

DE ACCVSIS QVAE FIVNT DE VILLIS. RVB.

7 SI aliqua accusa vel denunciatio facta fuerit de aliquo comuni vel vniuersitate alicuius villę vel loci episcopatus Plac. seu districtus consules cum duobus vel tribus vicinis de dicta villa seu loco venire debeant tātū ad respondendū accuse seu denūciationi factæ de ipsis: & vna securitas solū recipiatur pro omnibus illis: de qua securitate & dicto illorū soluātur notario. xii. denarii & non vltra per ipsum consulem & vicinos: & quilibet accusator teneatur soluere expensas currerii qui fecerit citationē de prædictis: & illud idem obseruetur p er potestates & notarios valliū & aliorū locorū episcopatus Plac. in pœna iudici & potestatibus si contra prædicta permiserint. x. librarum Plac. pro quolibet & notariis. lx. soldorum pro qualibet vice quacōtrafecerint & quantum ad soluendum expensas currerii qui citauerit idem obseruetur: videlicet q̄ quilibet accusans ipsas expensas soluere teneatur.

DE DAMNIS ET GVASTIS DATIS OCCVLTE. RVBRICA.

8 SI damnum vel guastum datum fuerit vel factum alicui occulte aliquibus seu de aliquibus bladis: leguminibus: lignis arboribus: plantonis: pratis: fœno: vineis: vel vuis: vel de aliis fructibus existentibus in cāpis siue sint pendentes siue non in aliqua villa vel eius territorio districtus Plac. teneatur ad emendationem ipsius damni vel guasti damnū passo villa in qua vel in cuius territorio hoc fuerit perpetratum si fuerit habitata tempore dicti damni vel guasti. Alioquin teneantur ad hoc tres villæ circunstantes proximiores loco dicti damni & guasti. Et si non constaret cuius villę esset dictum territorium circunstantes villæ & confinantes loco vbi fuerit damnum vel guastum datum vel factum teneantur emendare dictum damnum vel guastum. Saluo q̄ in damno dato incendio in dictis rebus: vel etiam in domibus: cassinis torculari: seu rebus existentibus in eis occulte seu de nocte. Volumus q̄ villę & plebatus in quo fuerit villa seu locus vbi factum fuerit dictum incendium teneantur emendare dictum damnum damnū passo. Et si dictus locus non fuerit de plebatu: emendetur dictum damnum per villas circūstātes confinantes territorio villæ in quo vel in qua dictum incendium fuerit

cuius

cõmissum quæ emendatio contribuatur & fiat per ipsas villas secundum impositionem salis per comune Pla. eis factam ad quam contributionem damnorum ex incendio teneantur nobiles iuxta impositionem salis eis factam habitantes in ipsis villis qui contribuere teneantur ad ipsum damnum emendandum. de quibus omnibus suprascriptis possit & debeat iudex maleficiorũ per se cognoscere & diffinire sententiare consilio sapientis partibus non suscepti si de hoc fuerit ab aliqua partium requisitus ad banchum suum absq; eo q; sententia legatur siue feratur in consilio generali vel in contione publica. Repellatur ab accusatione damni vel guasti præterquam ex incendio qui non accusauit infra quatuor menses numerandos a tempore damni seu guasti facti: quæ prescriptio quatuor mensium non vendicet sibi locum in malefactoribus qui præsentialiter damnum dedissent vel dari fecissent. qui malefactores accusari possint a die damni dati vsq; ad vnum annum & non vltra.

DE BESTIIS DANTIBVS DAMNVM. RVB.

9 SI bestiæ alicuius qui non sit de ciuitate vel episcopatu Plac. dicantur fecisse damnum alicui in aliquibus rebus teneantur cõsules & hoies villæ vel loci in cuius territorio reperte fuerint dictæ bestiæ: & ad requisitioné eius qui dicit se damnum passum: vel eius nuncii vel massarii capere: & poenes se retinere impune tot ex dictis bestiis quot ex eis possit consuli satisfieri damnum passo. Alioquin dicti cõsules cõe & homines teneantur emendare dictum damnum quibus consulibus & hominibus teneantur ad prædicta fienda hoies & villæ circũstãtes si ab eis fuerint requisiti: in poena pdicta dare auxiliũ cũ effectu: sed prædicta locũ non habeát in illis in quibus præstita fuerit idonea securitas ad camerã cõis Plac. de dãnis quæ fecerint emédandis.

DE DAMNIS ET GVASTIS. RVB.

10 SI probatum fuerit legitime aliquem fecisse vel dedisse damnum alteri a quinq; soldis supra vsq; in decem soldis: soluat pro poena comuni decẽ soldos. Si a decem soldis vsq; ad viginti soldos soluat pro pena viginti soldos. Si a viginti vsq; ad quadraginta sold. soluat pro poena comuni sexaginta sold. Si ab inde supra puniatur in quinq; libris: & nihilominus teneatur damnum passo emendare omnia: & prædicta locum non babeant in casibus in quibus aliter per statuta alias est prouisum.

DE ANIMALIBVS OCCISIS VEL VVLNERATIS. RVB.

11 SI animal alicuius occisum vel vulneratum fuerit existens absq; custodia non teneantur villę in quibus vel earum territorio hoc acciderit ipsum emendare: sed habeat damnum passus regressum aduersus vulnerantem vel ipsum animal occidentem.

QVOD NVLLVS DET DAMNVM VEL GVASTVM IN FOSSATIS. RVBRICA.

Nullus

12 NVllus det dãnum vel guastum in fossatis magnis vel paruis muris: seu aliis rebus comunis existẽtibus in ciuitate Pla. vel suburbiis: vel circa ipsam ciuitatem: & qui contrafecerit puniatur arbitrio ptãtis habito respectu ad qualitatem facti & personarum.

DE ACCVSIS FIENDIS. RVBRICA.

13 SIquis fecerit accusam vel denunciationẽ de aliqua singulari persona vel vniuersitate de aliquo dãno vel guasto sibi dato vel facto per homines: vel per bestias in aliquibus rebus credatur accusatori vel denũciatori de damno dato & aestimatione ipsius damni vsq; in q̃titatem .xx. sold. cum sacro ipsius accusatoris vel denũciãtis ẽt de credulitate: si fuerit accusans & ciuis oriũdus de ciuitate Pla. qui intelligatur oriũdus si sit descriptus in libro taleage citatis Pla. vel alter a taleis absolutis dũmõ sit ciuis & hõ bonae famae ꝙ iuramẽtũ teneatur praestare in pñtia iudicis corã quo fuerit accusa vel denũciatio: si vero dãnum ascendat vltra q̃titatem praedictam vsq; in q̃titatem .xl. soldorum: credatur dicto accusatori vel denunciatori cum sacramento si probauerit damnum datum per accusatum seu denunciatum & estimat. damni per vnum testem: a dicta vero quantitate .xl. soldo. supra circa proclamationem dãni dati vel estimationem iuri comuni relinquatur: eo saluo ꝙ non credatur accusatori vel denunciatori vt supra praemittitur per sacramentum suum nisi semel contra eundem dumtaxat in vno mense. Et si de eadem persona plures accusationes in vno mense quas duxerit facien. suo sacramento non stet nisi super prima: super aliis vero stetur prout superius est expressum: videlicet pro qualibet accusa vel denunciat. si est infra quantitatem soldorum .xl. per probationẽ vnius testis: si autem vltra quantitatem praedictam relinquitur iuri prout superius est declaratum: & vltra praedicta si probatum fuerit aliquid fecisse damnum in certis zardinis seu campis sitis in ciuitate Plac. puniatur pro qualibet vice in .xl. soldis Pla. comuni Plac. applican. Et quilibet accusans teneatur omnes accusas vltra illam de qua sibi debet credi quis fecerit probare ipsas accusas legitime infra mensem computandũ a die quo ipsas accusas fecerit absq; litis cõtestatione & aliquo termino dãdo per iudicẽ: & si ipsas accusas legitĩe non probauerit factis capitulis & accusationibus missis: & citato eo ad faciendum con quaestiones ipsis capitulis ꝙ habeat notarium pro parte sua ad examinãdum testes quos producere voluerit super ipsis capitulis: condemnatus sit elapso dicto mense ipso iure & facto ille qui accusauit in soldis tribus pro qualibet accusa non probata applicandis parti accusatae: & nihilominus in expensis legitimis: pro quibus expensis & poena iudex teneatur ipsum accusantem compellere iuris remediis vsq; quo ipsas expen. & condemnationem soluerit accusato. Ad quae obseruanda iudex maleficiorum teneatur ad postulationem cuiuslibet procedere sub poena librarum .xxv. Placen.

QVI ACCVSAVERIT ET NON PROBAVERIT. RVB.

14 OMnis qui accusauerit vel denunciauerit aliquẽ de aliquo crĩe ex quo pena sanguinis vel corporis ingerat̃ si nõ probauerit teneat̃ restituere accusato vel denũciato oẽs expẽsas postq̃ fuerit absolutus: & dãna

quæ accusatus vel denunciatus ob hoc incurrisset: & in hoc facta dicta absolutione intelligatur legitime condemnatus. Et nihilominus teneatur iudex coram quo dicta fuerit accusa delata: teneatur & debeat cogere accusatorem ad satisdationem præstandam de substituendo & probando dictam accusam in poena librarum. l. in quam poenam incurrat: si non probauerit vt supra: & de expensis restituendis accusato. Qua satisdatione non præstita non possit procedi super ipsa accusa: & non possit pro prædictis aliquis fideiubere qui prohibetur fideiussor esse in instrumentis gabellarum.

DE CONDVCENTIBVS VINVM ADAQVATVM. RVBRICA.

19 NVllus vendat seu ducat seu duci faciat mustum seu vinum adaquatũ nisi de hoc emptorem vel alium cui vinum duxerit certiorauerit in poena. c. soldorum Placen. pro quolibet carro: cuius medietas sit accusatoris vel denunciatoris & alia medietas sit comunis.

DE POENA PONENTIVM OLLEGOS IN VINVM. RVBRICA.

20 QVicunq; posuerit & mescuerit ollegos in vino cōdēneť in. xxv. lib. Plac. pro qualibet vice: & qui collegerit ipsos ollegos condemnetur pro qualibet vice in centum soldis: & qui habuerit ipsos ollegos in domo condēnetur in. x. lib. Quod statutum faciat cridari prãs per ciuitatẽ semel quolibet mẽse: & quilibet possit accusare hẽat medietatẽ dictæ poenæ.

DE ACCVSIS ET PROCESSIBVS. RVB.

21 STatuimus q; accusæ & testes & processus & alia acta accusat. & aliarũ & etiã crialiũ accusatũ quæ fiẽt & recipiẽtur tã p accusas quã per offm prãtis: vel suorũ iudicũ vel aliorũ quorumcũq; officialiũ edantur: quã citius fieri possunt partibus: si petierint tã ante prolationem q̃ post: & etiã ante respõsionẽ seu litẽ cõtestatã in poena ipsi prãti & cuilibet officiali cõis Plac. xxv. lib. Pla. pro qualibet vice qua fuerit cõtrafactũ q̃ pęnã incurrat ipso facto;

DE OCCVPATORIBVS TERRARVM. RVB.

22 SIquis in tantam peruenerit audaciã q; terras domos vel res immobiles quas aliquis tenebat vel possidebat seu quã occupauerit vel inuaserit si res occupata vel inuasa valuerit. l. libras Plac. vel abinde infra puniatur inuasor vel occupator in. x. libris Plac. Si aũt excesserit æstimationem. l. libra. vsq; in. c. libris Pl. & nihilominus teneať restituere rẽ pdictã cũ effectu cũ fructibus perceptis ei qui eam tenebat vel siue naturaliter siue ciuiliter tẽpore occupationis vel inuasionis cũ oibus fructibus expensis damnis & interesse. de quibus oibus possit cognosci: & cognoscatur summarie: & de plano sine datione libelli & strepitu & figura iudicii: diebus feriatis & non feriatis:

De turba

DE TVRBATIONE IN POSSESSIONE, R.

19 SIquis turbauerit aliquem in possessione seu quasi alicuius rei immobilis si res super qua quis turbatur valuerit infra quantitatem .l. librarum puniatur turbator in libris decem. Si autem excesserit quantitatem prædictam vsq; in centũ libris puniatur viginti libris. Si vero a centum libris supra puniatur in quinquaginta libris Plac. Et nihilominus condemnetur in cessatione dictæ turbationis. de quibus omnibus possit & debeat cognosci & cognoscatur summariæ & de plano sine datione libelli strepitu & figura iudicii quolibet tempore feriato & non feriato.

QVOD OCCVPATOR ET TVRBATOR NON POSSIT REFERRE QVAESTIONEM ADVERSARIO. RVB.

20 STatuimus q nullus occupator inuasor vel turbator alicuius rei immobilis possit referre aduersario aliquam quæstionem de dominio: siue agitur criminaliter: siue ciuiliter: siue qualitercunq;.

DE TERRIS NON LABORATIS PER MINAS. RVBRICA.

21 SI per minas vel per potentiam alterius terra quam aliquis teneat guasta steterit vel inculta condemnetur ille ex cuius facto hoc acciderit in xx. libris Plac. Et nihilominus damna emendet possessori. Et insuper homines villę: & ipsa villa in cuius territorio fuerit illa terra teneantur laborare seu laborari facere ipsam terram si consueta fuerit laborari. Si vero ipsa villa est inhabitata villa seu locus proximior ipsi terræ teneatur ipsam laborare seu laborari facere habendo pro laborando sicut habent laboratores terrarum circunstantium ipsi terræ. Et quantum ad cogendum ipsas villas & homines laborare dictam terram possit & debeat potestas seu iudex maleficiorum vel alter ex iudicibus comunis procedere summarie & de plano sine libello & sine strepitu & figura iudicii quocunq; tempore feriato & non feriato: & præsumptiones siue iudica prout viderit expedire.

DE POENA EVNTIVM DE NOCTAE. RVBRICA.

22 SIquis inuentus fuerit per familiam potestatis per ciuitatem extra domum sine lumine de noctę post tertium sonum campanæ quæ pulsatur de sero vsq; ad sonum campanæ quæ pulsatur summo mane condemnetur in .x. soldis Plac.

DE POENA TENENTIVM POST CAMPANAM CANEVAS APERTAS. RVBRICA.

23 NVllus tabernarius vel tabernaria vendat vel vẽdi permittat vinũ: vel teneat apertam tabernam post tertium sonum campanæ comunis quæ pulsatur de sero in poena .x. soldorum: qui autem repertus fuerit in dicta taberna post dictum sonum condemnetur in .x. soldis Placen.

DE MATRIMONIIS CLANDESTINIS ET NON DEBITIS. RVBRICA.

24 QVicunque contraxerit matrimonium cum aliqua minore viginti quinque quæ maritum non habuerit sine consensu patris puniatur in .l. libris Placentiæ.

DE EODEM. RVBRICA.

25 AD frenandam audaciam contrahentium clãdestina matrimonia: ex quibus sæpe scandala oriuntur: statuimus quod si quis dixerit se matrimonium contraxisse cum aliqua muliere: vel mulier cum aliquo viro: & hæc quæstio moueretur condẽnetur in centum libris Plac. nisi probauerit ipsum matrimonium fore contractum coram honestis & fide dignis personis propinquis: videlicet tam ex parte viri quam mulieris. Matrimonia autem clandestina minime reputamus sed legitima: quæ facta sunt & fient iuxta consuetudinem ciuitatis Placentiæ videlicet coadiunctis propinquis & amicis viri & mulieris. Et facto sacramento ante ecclesiam de dicto matrimonio fiendo & postea impositione annuli in digito mulieris per ipsum virum seu eius legitimum procurat. publice subsecuta.

DE CONTESTATIONE LITIS SVPER ACCVSATIONIBVS. RVBRICA.

26 SI accusa facta fuerit de aliquo ex qua quæritur aliquid dari fieri vel restitui per accusatorem: si citatus in qua citatione nomen accusatoris & cã propter quam facta fuerit accusa quam exprimi volumus: non comparuerit infra terminum sibi assignatum: & ob hoc bannum receperit elapso termino dicti banni: hoc ipso super ipsa accusa lis intelligatur & sit cõtestata: & super ipsam procedi possit contra ipsum contumacẽ ad condemnationem poenæ & damnum petitionis si probatum fuerit legitime iuxta statuta.

DE EODEM. RVBRICA.

27 INsuper declaramus & volumus q; in omni causa possit simul & semel criminalis & Ciuilis quoquo modo intentari agitari & procedi Criminalem intelligentes nisi poena sanguinis vel corporis ingeratur: & vbicunque poena aliqua etiam pecuniaria sit comuni Placent. applicanda.

DE ORDINE HABENDO CONTRA CONTVMACES. RVBRICA.

Quoniam

28 QVoniam publice expedit ne nulla remaneant impunita statuimus q siquis fuerit de quouis crimine accusatus vel condemnatus: seu contra eum fuerit per inquisitionem processum citetur ad domum habitationis suæ; vel si certam habitationem non habeat in ciuitate Placen. vel districtu citetur ad petram arenghi post quam citationem si non venerit in omnibus casibus prædictis in loco seu petra arenghi publicæ banniatur & termino banni elapso defensio decem dierum. Quæ defensio notificetur ad domū prædictam vel ad petram seu locum arenghi prout superius est expressum: & si prædictæ citationes notificationes assignationes defensionis in dictis locis commode fieri non possent vtputa propter guerram vel propter aliam legitimam causam: de qua credatur sacramento quattuor curreriorum equestrium vel quatuor aliorum bonorum hominum qui sciant & scire possint inde veritatem. Et illud tale sacramentum ponatur in actis iudicis fiant in loco vel petra arenghi: quo termino defensionis elapso quãtum ad pœnam comunis habeatur lis pro contestata: & pro confesso dictus contumax & perinde possit condemnari ac si legitime esset confessus. Sed nō obstantibus prædictis si cōparuerit voluntarie vel coactus ante condemnationem non habeatur pro cōfesso: sed eius defensio legitima audiatur: & in citatione prædicta inseratur totus tenor accusationis vel inquisitionis scriptus manu notarii actorum. Et aliter non possit contra accusatum vel inquisitum procedi: nec valeat processus.

DE POENA COMMITTENTIVM FALSA IN SCRIPTVRIS. RVBRICA.

29 VT omnis via falsa committendi pœnitus excludatur firmiter: statuimus q siquis dolose inciderit vel abstulerit chartas aliquas de libris statutorum cōis Pla. vel aliq̃s litteras detraxerit ex eis vel cãzellauerit: vel in eis aliqd imutauerit addẽdo vel minendo manus dextra & pes dexter sibi amputetur nisi vsq ad .x. dies soluerit cōi Pla. ducẽtas libras Pla. in pecunia numerata absq aliqua cōpẽsatione numerandas a die qua fuerit condẽnatus.

DE EODEM. RVBRICA.

30 QVia fides pùblica notariorũ est per vniuersum orbẽ comuniter approbata: & ob hoc merito defensanda cupiẽtes famæ laudabili quã notarii ciuitatis Pla. inter cæteros hñt & hucusq habuerũt & deo propitio sint perpetuo habituri: consulere statuimus q siquis criminaliter accusauerit aliquẽ ciuitatis vel districtus Pla. vel dixerit vel denũciauerit vel inculpauerit de falso instr̃o fabricato: vel earta vel scriptura publica falso fabricata condẽnetur in septuaginta lib. Placen. nisi probauerit ipsum instr̃m chartam seu scripturam esse falsam. Et anteq̃ procedatur contra ipsum notarium præstet dictus accusans vel dictus denuncians seu inculpãs securitatẽ idoneã coram iudice maleficiorum de dicta pœna soluenda: nisi probauerit ipsam falsitatem per dcm̃ notarium fore factam. Si vero ciuiliter in iudicio peragendo vel excipiendo aliquod instr̃m vel scripturam publicam quis dixerit esse falsam & non probauerit: puniatur in .xx. lib. applicandis comuni Placen.

DE EODEM. RVBRICA.

31 Omnes fabricantes & fabricari facientes falsa instrumēta vel cartas vel scripturas publicas condemnētur: si fuerint in amputationem manus dextre cuiuslibet. Si vero alii fuerint quā notarii condemnentur in trecentis libris Placen. pro quolibet quam penam si non soluerent infra .x. dies post cōdemnationē de eis factā eis: & cuilibet eorū manus dextra amputetur.

DE POENA FALSI TESTIS IN CRIMINALIBVS. RVB.

32 Siquis dolose falsum testimonium tulerit in causa vel quæstione crīs ex quo poena sanguinis vel corporis ingeratur: amputetur ei lingua & oculus ei eruatur. Si vero in aliis casibus vel quæstionibus criminalibus vel ciuilibus quibuscunq; falsum dixerit testimonium puniatur pœna pecuniaria arbitrio potestatis: inspecta personarum & negotii qualitate. Quam pœnam si nō soluerit vsq; ad .x. dies post condemnationum de eo factam linguā ei amputetur: quibus pœnis puniantur dolose producentes falsos testes.

DE LVDENTIBVS AD TAXILLOS. RVBRICA.

33 Siquis in ciuitate vel districtu Plac. inuentus fuerit per familiam potestatis ludere ad taxillos vel denunciatus vel accusatus fuerit infra tres dies a die quo dixerit lusisse ad ludum taxillorum: & probatū fuerit: quando fuerit accusatus vel denunciatus: condemnetur in .c. sold. Pla. Si autē inuentus fuerit per familiam ptātis aliquis ludere ad ipsum ludū in domo habitationis alicuius puniatur habitator ipsius domus in .xxv. libris Plac. eodem modo puniatur si per accusationem vel denuntiationem vel inquisitionem ipsos ludos & lusores tenere & receptare in domo vel habitatione sua probatū fuerit aliquem tenere vel tenuisse: si vero aliquis mutuauerit ad ipsum ludum pecuniā: puniatur in .x. libris Plac. Et quicunq; contractus super hoc factus: & quicquid sequitur ex eo vel ob ipsam non valeat ipso iure: qui contractus præsumatur occasione ludi facti si probatum fuerit creditorem consuetum fuisse mutuare ad ludum bisclatie & debitorem consuetū fuisse, & esse lusorem. Et possit procedi in prædictis summarie: & de plano sine strepitu & figura iudicii: & hoc habeat locū in ciuitate Plac. & episcopatu. Et prædicta in ludis tabularum vel ludis qui fuerint in barataria vel in ludis qui fiunt in ciuitate Plac. & episcopatu cum neuolariis vel neuolas: vel cauastrellos non vendicent sibi locū. & iudex non possit procedere per inquisitionē nisi facta fuerit accusa vel denūciatio vel inuentus per familiam ptātis in qua sit colliteralis dñi ptātis.

QVOD IN OMNI CAVSA CRIMINALI POSSIT IVDEX MALEFICIORVM PROCEDERE PER ACCVSAM. ETC. R.

34 In omni causa criminali possit potestas & iudex maleficiorū seu alter eorū procedere cognoscere & terminare tā per accusationē vel inquisitionē diuisum & sepatim prout eis videbit expedire, ita tamē q; nō possit aliquem

aliquem cōdemnare nisi defensione ei data videlicet trium dierum ad minus: si est tale crimen ex quo poena sanguinis vel corporis ingeratur, in aliis vero criminibus decem dierum terminus ad sui defensionem ad minus ei detur: saluo q̄ quādo dicitur damnum vel guastum esse factum per aliquem non possit procedere cognoscere vel terminare potestas vel iudex maleficiorum per inquisitionem vel denunciationem sed solūmodo per accusam. Saluo q̄ possit iudex procedere in damnis datis in rebus comunis Plac. Nec etiam in causa adulterii possit potestas vel iudex maleficiorum procedere per inquisitionem seu denunciationem: sed solum per accusationem quæ fieret per maritum: patrem: matrem: socerum: seu fratres mulieris quæ dicitur adulterium commisisse; & nō p alios fieri possit dicta accusatio. Quę accusatio de adulterio possit fieri infra triginta dies tantum a tempore commissi adulterii & non vltra.

DE POENA PORTANTIVM ARMA. RVBRICA.

35 QVicunq̄ inuentus fuerit portare arma per ciuitatem Plac. pro quolibet genere armorum de ferro offendibilium condemnetur per potestatē in .xl. soldis: & pro quolibet genere armorum defensibilium in .xx. soldis. Et si inuentus fuerit de nocte: pęna duplicetur: & ipsa arma amittat & deueniant in comune Pla. & vendantur publice ad incātum: & q̄ inuentus cū armis detineatur personaliter donec soluerit vel deposuerit pœnā contentā in dicto statuto: ita q̄ facta depositione poenes camerarium comunis in pecunia numerata, audiatur eius defensio: siquam facere voluerit infra tempus sibi statuēdum a iudice: & si fuerit persona suspecta detineatur saltem per tres dies, & fiat tūc proclamatio publice siquis vult contra ipsum captum aliquid opponere infra tempus arbitrio iudicis statuen. excusetur eques si reperiatur habere capellum vel eius famulus vel si iurauerit ad villam ire.

QVOD HOSPITES TENEANTVR HOSPITIBVS SVIS NE FERANT ARMA. RVBRICA.

36 VT trāseūtes p ciuitatē Pla. non valeāt ignorātiā protēdere: cridetur & teneatur quicūq̄ albergator notificare pœnā ordinatā contra arma portātes per ciuitatē cuilibet hospiti suo in pœna .xx. sold. Plac.

DE VERBIS INIVRIOSIS. RVBRICA.

37 QVicunq̄ dixerit verba iniuriosa aduersus aliquē puniatur in .lx. soldis. Saluo q̄ ex qualitate personarum & verborum dictam pœnam potestas valeat mitigare vel augere.

DE POENA PERCVTIENTIVM. RVBRICA.

38 SIquis percusserit aliquē sine armis & sine sanguinis effusione: puniatur in centum soldis: si vero cum sanguinis effusione in .x. libris. & si aliquis dixerit verba iniuriosa p̄tāti vel capitaneo ciuitatis Plac. condem-

netur in.xxv.libris Plac.& si dixerit iudicibus vel militibus suis condemnetur in.xx.libr.pro qualibet vice.

DE EODEM. RVBRICA.

39 SIquis percusserit aliquem cum armis: si sine sanguinis effusione puniatur in.x.libris Placen. si cum sanguinis effusione in.xxv.libris. Et si plura vulnera cũ sanguine intulerit puniatur pro quolibet vulnere in.xxv. libris Placentiæ saluo ꝙ ex quauis percussione membrum fuerit amissum percussor vel hoc committens puniatur in.cc.lib. Et si non soluerit dictas.cc. libr. vsq ad.x. dies post condemnationem factam: puniatur in amissione similis membri: & si membrum debilitatum fuerit puniatur in centum libr. Placen.

DE POENIS COMMITTENTIS VEL COMMITI FACIENTIS HOMICIDIVM. R.

40 SIquis commiserit vel committi fecerit homicidium: & in fortiam cõis peruenerit capite puniatur. Et si receperit bannum pro contumacia: & defensionem nõ fecerit bona eius comuni Placen. nihilominus publicentur: saluo iure creditorum: & salua debita iure naturæ descendentibus talis malefactoris: & si postea peruenerit in fortiã comunis capite puniatur.

DE POENA FACIENTIVM INSVLTVS. R.

41 QVicunq contra aliquem insultum fecerit: si sine armis & nõ percusserit puniatur in.lx.soldis: si ad domum alicuius insultum fecerit: si sine armis vel cum armis quæ non sint de ferro in.x.libris. si cum armis de ferro in.c.lib. Placen. & si percusserit faciens insultum ad domum puniatur vltra prædicta de percussione: prout in aliis statutis continetur.

DE ADVLTERIIS. RVBRICA.

42 SIquis commiserit adulterium cum aliqua nupta quæ non sit publica meretrix condẽnetur in.cc.libris: & adultera in tantundem. Saluo ꝙ si adultera nõ soluerit dictas.cc.libras infra quintam diem post condẽnationẽ: denudata vsque ad cingulum ciuitatem grossis virgis fortiter fustigetur.

DE RAPTV MVLIERIS. RVBRICA.

43 QVicunq mulierum nõ publicam meretricẽ vi rapuerit: vel visus fuerit vi carnaliter cognoscere capite puniatur si in forcia comunis prouenerit. Et si receperit bãnum pro cõtumacia: & defensionẽ nõ fecerit: bona eius: cõi Placen. nihilominus publicentur. Saluo iure creditorum & iure liberorum vt in statuto de homicidio supra dictũ est. Et saluo ꝙ si mulier prædicta infamata de meretricio vel ad præcium cum aliquo steterit: tũc ꝙ pro dictis maleficiis non inferatur poena mortis: sed pecuniaria arbitrio prætis inspe

tis in spectis facti & personarum qualitate: Saluo q si acceperit eam in vxorē non puniatur corpore: sed in centum libris Plac. condemnetur.

DE ILLO QVI CONTRA ALIQVEM EMANAVERIT DE MANV VEL PEDE. RVBRICA.

44 SIquis emanauerit contra aliquem de manu vel pede: & non percusserit puniatur in .lx. soldis: & si de aliquo genere armorum puniatur in centum soldis.

DE VERBIS INIVRIOSIS. RVBRICA.

45 VBicunq tractatur in statutis cōis Pla. de poenis imponendis dicentibus verba iniuriosa vel percussoribus sine armis & absq membri debilitatione vel amissione nolumus hoc intelligi de ribaldis vel meretricibus seu vilibus & abiectis personis prædicta committentibus sed in dictis casibus poenas eis imponi volumus arbitrio potestatis.

DE FVRIBVS ET LATRONIBVS. RVBRICA.

46 SIquis furatus fuerit res valentes infra quantitatem .xx. soldorum Plac. ponatur & stet ad berlinam per medium diem: & posmodum denudatus vsq ad cingulum per ciuitatem grossis virgis fustigetur fortiter. Si vero fuerit vltra æstimationem .xx. soldorum: & infra æstimationem .xl. sold. ei auricula abscindatur. Si autem excesserit æstimationem .xl. soldorum vsq in centum soldis: ei oculus eruatur: Si abinde supra vsq in .x. libris: ei oculus eruatur & pes incidatur & auferatur. Si vero a .x. libris Plac. supra: suspendatur per gulam: ita q moriatur. Saluo q non obstantibus prædictis si fuerit primum furtum vsq in centum soldis Placen. ponatur ad berlinam & fustigetur modo prædicto: ita tamen q si fur esset minor .xxv. annis possit potestas ipsas poenas mitigare propter miserationem ætatis: prout ei videbitur conuenire. Et prædicta non habeant locum in frugibus quæ .x. soldorum æstimationem non excedant: sed relinquatur statutis loquētibus de damnis datis: & siquis inciderit bursam & tascham in qua fuerint .xx. soldi: & abinde infra: q manus sibi amputetur: & abinde supra laqueo suspendatur.

DE EODEM. RVBRICA.

47 FAmosi latrones seu derobatores in viis publicis: seu stratarum publicarum seu domorū violenter per gulā suspendantur: ita q moriātur.

DE POENA RECEPTANTIVM LATRONES. RVB.

48 REceptatores latronū & derobatorū & aliorū malefactorū si sciēter & dolose ipsos receptauerit vel eius auxiliū vel fauorē dederit ad ipsa maleficia ppetrāda pari poena puniāt q̄ dci malefcōres puniri debēt.

DE ASSASSINIS. RVBRICA.

49 ASsassinorũ tã oĩa q̃ opa detestãtes: statuimus q̃ qcũq̃ assassinus siue pcio vel pcibus aliquẽ occiderit vel occidere tẽtauerit: licet nõ seq̃t, durissima morte prout q̃litate ipsius mortis ptãti videbit, moriat. & bona eius si q̃ hẽt cõi Pla. nihiloius publicẽt. Quas penas simili mõ icurrãt oẽs q̃ humanũ sãguinẽ sitiẽtes p assassinos aliq̃m iterfici mãdauerint seu ipsis assassinis ad hoc dderit auxiliũ & fauorẽ: cõtra quos oẽs ptãs hẽat plenũ & li berũ arbitriũ igrẽdi torq̃ndi: procedẽdi & puniẽdi: prout ei videbit expedir.

QVOD NVLLVS REDDAT IVS IN VILLA NISI QVI FVERINT DEPVTATI. RVBRICA.

50 ITem statutum est q̃ aliqua persona nõ reddat ius in villa: nec audeat vel præsumat in aliqua villa episcopatus Pla. ius reddere: nisi qui fuerint deputati per dñũ nostrũ: nec recipere aliquã quærelã ab aliquo cõi occasione alicuius debiti: dãni: & guasti: nec ẽt alicuius iniuriæ vel offensæ. Et q̃ nullus audeat vel præsumat cogere seu cogi facere aliquam personam episcopatus ad aliq̃d laborerium sibi fiendũ in terris: vineis: domibus: castris: & fortalitiis. Et hæc in pœna & bãno. x. libr. Pla. cuilibet conquerenti & ducentarũ librar. cuilibet respõdenti ipsi quærele & cõtrafaciẽti prædictis vel alicui prædictorũ. Qd statutũ notificetur semel in anno cuilibet cõi villarũ & locorum epatus Pla. videlicet de mense ianuarii in forma pepti def in scriptis: & datũ facere ichiodari sup hostiũ ecclesię dei loci seu villę: seu sup hostiũ dci cõsulis

DE TRIBVTIS. RVBRICA.

51 QVicunq̃ vel minas sibi aliquem fecerit tributum præstare puniatur in centum libris Plac.

QVOD NVLLA FOEMINA CARCERETVR CVM VIRIS. R.

52 NVlla foemina cum viris carceretur.

QVOD NEMO PROHIBEAT ACCIPERE SABVLVM. R.

53 NEmo prohibeat accipere sabulum vel lapides de flumine publico: in poena centum sold. quam incurrat impediens ipso facto.

DE POENA OFFICIALIVM COMMITTENTIVM FRAVDEM IN EORVM OFFICIIS. R.

54 QVilibet officialis cõis Pla. qui in officio sibi comisso vel circa ipsum dolum vel fraudem cõmmiserit puniatur pro qualibet vice in. xxv. libris & hoc ipso ab omni officio cõis Plac. per. v. annos tũc proxime cõtinuos sit priuatus. saluis statu. in q̃bus i certis casibus est prouisũ aliter

DE POENA TRANSEVNTIVM SVPER MVROS CIVITAT.

54 NVllis liceat transire supra muros seu spaldos ciuitat. placẽ. in pœna xxv. librarum de die:& de noctæ.l. librarum Plac.

DE POENA CVRRENTIVM EQVOS PER CIVIT. RVB.

55 NVllus scutifer vel ragatius in ciuitate Plac. vel burgis currat aliquẽ equũ vel equã:mulũ seu mulam:nisi in præsentia domini cuius fuerit equus vel equa:mulus vel mula:& si contrafecerit condemnetur qualibet vice in.xx.sold. Pla.quos si soluere nõ poterit ponatur ad berlinam.

DE AQVIS ET RIVIS. RVBRICA.

56 DVcentes aq̃s ad ortos iardinos vel cãpos intra ciuitatẽ & suburbia existẽtes:& ẽt ad ortos & iardinos prope ciuitatẽ p mediũ miliare nõ possint occasiõe ipsaꝝ aq̃ꝝ accusari molestari ipediri seu aliq̃liter cõdẽnari:sed ipunẽ & liberẽ ad p̃dcã possint ipsas aq̃s ducere:& hoc absq; eo q̃ a iudice aquarũ hẽãt aliq̃ licentiã:nec ab aliquo alio officiali. & si occasione p̃dicta p aliquos officiales seu notarios molestarẽtur ipsi ipsos tales molestãtes dicta occasione cõdẽnẽtur.xx.libris.Placẽ. & de hoc sindicari debeant.

DE HABENTIBVS TESTAM. RVBRICA.

57 STatutum est & longo tempore obseruatum q̃ omnes qui habeant testam seu caput terræ riuo alicui possint & eis liceat habere & auferre quindenam de ipso riuo.

DE DVPLICATIONE POENARVM. RVBRICA.

58 STatuimus q̃ in oĩbus & singulis suprascriptis debeatis si committerẽtur de noctæ vel in platea ciuitatis Plac. vel in domibus cõis:pœnæ debeant duplicari:& intelligatur nox a pulsatione campanæ quæ pulsatur in sero ad Aue Maria vsq; ad campanam quæ pulsatur in mane ante Aue Maria:& prædicta locum habeant in pendentibus & futuris:& intelligatur platea comunis intra riuos qui labuntur circa ipsam plateam.

DE POSSENTIBVS DVCERE RIVOS. RVBRICA.

59 STatutũ est & diutius obseruatũ q̃ q̃libet persona q̃ habet ius ducẽdi & extrahẽdi aq̃s seu riuos de fluibus fortius & scolaturis districtus Plac. vel q̃litercũq; possit ipsos riuos & aq̃s ducere p terras & cãpos cuiuslibet p̃sonæ ad minus damnũ illius personæ seu p̃sonarũ cuius seu quarũ sunt seu fuerint ipse terræ p quas ducũtur & ducẽtur dicti riui seu aquę. habẽdo ille p̃sonę quaꝝ fuerit dictæ terræ si voluerit q̃ndenã dictoꝝ riuoꝝ seu aquaꝝ seu tãtũ a cõducentibus ipsas aquas vel riuos quãtũ valuerit ipse terræ super

quibus ducentur ipse aquę seu riui: & hoc sit in electione illius cuius fuerit ipsa terra. Et si elegerit sibi dari æstimationem dictæ terræ æstimetur ipsa terra arbitrio boni viri pro parte seu quantitate quæ caperent caui ipsius riui seu aquę. Et si ille qui duxerit ipsam aquā prohibuerit accipere & hēre quindenā vt prædicitur, dño dictæ terræ condēnetur qualibet vice in .xx. soldis Placen. Ita tñ ꝙ quilibet per cuius terram ducetur vel ducitur dicta aqua vel riuus liceat expensis suis ipsam aquam: cauū vel riuū ponere a q̄ parte terræ suæ maluerit: dū tñ ipsa aqua vel riuus commodæ decurrat: & labatur ad vtilitatē ducentis. Saluo ꝙ ille per cuius terrā ducitur vel extrahitur quindenā non possit de dicta quindena accipere quindenam: sed teneatur ducens ipsam quindenam soluere æstimationem terræ quam occupauerit domino ipsius terræ.

DE EXISTENTIBVS IN POSSESSIONE SEV QVASI DVCENDI AQVAM PER .XX. ANNOS. RVB.

60 SIquis duxerit aquā ex aliquo flumine publico seu fortiuibus vel scolaturis & steterit ipse & ille a quo causam habet vel altera eorum in possessione: seu quasi ducendi ipsam aquam per .xx. annos continuos non possit molestari ab aliquo: qui se diceret habere a dictis .xx. annis citra causam vel titulum a comuni Placen. nisi prætendat alia iura: per quæ debeat obtinere. Alioquin si de dicta possessione vel quasi non probauerit: præferatur qui titulum præsens habuit a comuni: & in hoc defenditur per comune Plac. Et hoc habeat locū in præteritis præsentibus & futuris.

DE POENA NON FACIENTIVM EXPORTARI IMMVNDITIAS. RVBRICA.

61 QVicunq; fecerit mūdare riuos in ciuitate Plac. faciat exportari immūditias quæ extractæ fuerint de ipsis riuis vsq; ad .v. dies subsequentes in poena .v. soldorum Plac. & ꝙ omnes molinarii qui ducunt vel duci faciunt riuos per ciuitatem Placen. teneantur mundare dictos riuos semel in anno, & exportare munditias eorum expensis in poena .lx. soldorum Placē. pro qualibet vice & quolibet ipsorum. & nihilominus ad prędicta teneantur.

DE MODO OBSERVANDO QVANDO DIVIDVNTVR AQVAE TREBIAE. RVB.

62 AD euitanda scandala quę sæpe ex aquarū diuisionibus oriūtur: proinde statuimus ꝙ qñ per aliquos requireretur ꝙ aq̄ Trebiæ vel Nuriæ diuidātur tpe videlicet siccitatis: teneatur ptās pconizari facere publice per ciuitatē pmisso sono tubę i locis cōsuetis: ꝙ oēs quos negociū tāgit: & q volūt cōtradicere & se opponere ne dicta fiat diuisio. Cōpareāt corā ptāte vel iudice maleficiorū certo terio eis in ipsa crida exprimendo: post quę iudex maleficiorū psonaliter cū tribus magistris aquarū vel duobus si tres cōmode hri nō possent vadat ad ipsa fluia cū quo ēt vadāt si voluerint illi quos negociū tāgit & facta æstimatione ipsius aq̄ p ipsos magistros pręsente dicto

Iudice si fuerit in casu quo diuidi debeat diuidatur & non aliter. Et hoc statutum potestas & eius iudex obseruare & executioni mandare inuiolabiliter teneantur in pœna. l. librarum Plac. potestati & .xxv. librarum cuilibet iudicum suorum. Quod si non obseruauerint ipso facto incurrant.

DE NON DEBENTIBVS COGI. RVB.

63 Potestas vel aliquis officialis non cogat aliquem ad contributionem aliquarum expensarum riuorum vel aquarum: nisi sit consors & particeps ipsorum riuorum seu aquarum.

DE EODEM. RVBRICA.

64 Statutum est q̄ si quis duxerit seu duci fecerit riuum vel aquam per ciuitatem vel districtum Placentiæ taliter arceat & ducat ipsam aquam suis expensis q̄ non damnificet aliquam viam publicam vel priuatam: nec det damnum alicui personæ. Quod si contrafecerit condemnetur in quadraginta soldis qualibet vice. Et nihilominus a emendan. damnum passo in duplum teneatur.

DE EODEM. RVBRICA.

65 Super quæstionibus aquarum & riuorum procedatur cognoscatur & terminetur per potestatem vel iudicem maleficiorum summarie: & de plano ac sine libello & strepitu & figura iudicii diebus feriatis & non feriatis: exceptis feriis interdictis in honorem dei.

DE EODEM. RVBRICA.

66 Item statutum est & diu obseruatum q̄ partitores riui qui dicitur de canalibus aptentur & manuteneantur a becharia sanctæ Brigidæ infra expensis illorum quibus ipsi partitores seu riui ipsorum partitorum pertinent. Et hoc potestas teneatur facere fieri infra mensem ab introitu sui regiminis. Ita q̄ aqua sufficienter & libere decurrat per riuum qui labitur subtus sedilia comunis ita q̄ latrina ipsorum sedilium mundetur.

DE EODEM. RVBRICA.

67 Omnes qui ducunt vel ducent aquas per riuos macinatores qui scauizāt vel scauizabunt stratam romeā: vel stratam de riualgario vel stratam qua itur ad sanctum Georgium: vel stratam qua itur ad potentianum: & arbarellam: vel stratam Cremonensem: vel stratam montanariam: teneatur facere seu fieri facere super ipsis stratis vbi scauizant ipsas stratas vsq̄ ad tres menses proxime venturos: vel quam citius fieri poterit pontes idoneos de bono lignaie sufficientes & bonos: ita q̄ possint libere & tute equitari & carrezari: & fiāt in medio cuiuslibet ipsaꝝ stratarū sub pœna .c. soldorū

Plac. quæ pœna centum soldorum soluatur per illos qui ducunt ipsos riuos seu adaquatoria diuidendo ipsam condemnationem pœnæ inter ipsos pro rata iurium ipsorũ. Et nihilominus ipsos pontes & quemlibet eorum facere & fieri facere teneantur. Et potestas seu officialis ad hoc deputatus teneatur in pœna.xxv. librarum: quam si secus fecerit: incurrat ipso facto elapso dicto termino inquirere & facere videri prædicta: & condemnare illos qui prædicta neglexerint adimplere. Et potestas faciat præconizari publice quolibet mense dictum statutum in pœna prædicta quam si secus fecerit incurrat ipso facto. Saluo statuto quod loquitur de pontibus lapidum in certis casibus & stratis fiendis quod in suis casibus obseruetur.

DE EODEM. RVBRICA.

68 Statutum est & diutius obseruatũ: ꝙ siquis acceperit aquam: vel extraxerit de aliquo riuo non suo: vel de riuo in quo habuerit partem eo die vel hora qua habere non debuerit: vel vltra suam partem quam habere debuerit: condemnetur qualibet vice in.xl. soldis Plac. & damnum emendet passo. & præsumatur accepisse dictam aquam ille in cuius pratis vel terris inuenta fuerit dicta aqua: & credatur domino dictæ aquæ seu riui: vel ei qui est in possessione vel quasi iuris dictæ aquæ seu riui suo sacramento de prædictis & quolibet prædictorum: & de damno proprio: & quantitate damni: quam & quod receperit occasione prædicta vsque in viginti soldis Placentiæ si fuerit oriundus de ciuitate Placentiæ & homo bonæ famæ & conditionis: & vltra inquantum legitime poterit probare: & prædictum statutum non vendicet sibi locum in aliquo molinario: videlicet ꝙ suo sacramento credatur circa damnum & quantitatem damni.

DE CLVSIS NON FIENDIS IN RIVIS. RVBR.

69 Nemo faciat in aliquo riuo clusam aliquam: nisi de assidibus in pœna pro qualibet vice.xx. sold. Placen. Et nihilominus ad remouendam dictam clusam teneatur.

QVOD POTESTAS COMPELLAT CONSORTES AD DIVIDEN. AQVAM. RVB.

70 Statutum est longo tpe obseruatum ꝙ si plures homines fuerint habẽtes aquam seu riuum comunem: & vnus vel aliqui dictorũ cõsortũ vel oẽs duxerit vel duxerint dictã aquã: & fecerit cauũ seu lectulũ riui vel canales vel alia necessaria quæ fuerint de necessitate cã ducendi dictam aquã: seu riuum: ꝙ illi consortes necessitate causa ducendi: qui non soluerint: seu nolent soluere suam partem eis contingentem de dictis expensis necessariis cum consensu consortis vel ipso legitime requisito. Et expectato legitime tempore scilicet spatio trium dierum non possit nec debeat vti dicta aqua: nec habere nec tollere suam partem dictæ aquæ aliqua occasione vel modo: nisi primo restituat massario riui vel illi qui dictas expensas fecerit dictas expensas ei contingen

contingẽtes: nec possit nec debeat habere aliquem cauum per quem possit extrahere aquam de dicto riuo:& si habet et dictum cauum:potestas vel eius iudices teneantur compellere eum vel eos facere explanare dictum cauum seu adaquatorium infra octo dies postquam fuerit sibi denunciatum. Et qui contrafecerit condemnetur & teneatur potestas eum condemnare & auferre pro banno centum sold. Placen. pro qualibet vice.

DE EODEM. RVBRICA.

71 Statutum est q̄ si sint plures consortes hñtes aliquem riuum vel aquam cõem: & aliquis eorum voluerit diuidere & partiri dictã aquã per partitorium: q̄ ptãs seu iudex maleficiorum cõpellãt infra breuem dilationem illos consortes q vellent hoc facere: diuidere & partiri dictã aquam & soluere suam partem dicti partitorii:& expensas quæ fierent in prędictis:& interim ille ex consortibus q fecerit ipsas expensas possit nihilominus interim retinere ipsam aquam & vti parte consortis: quousq̧ ipse expẽse fuerit restitute.

DE QVINDENIS AQVARVM. RVBR.

72 Statutum est & magno tempore obseruatum q̄ quĩdena riuorum accipiatur ab illis qui habent ius accipiẽdi ipsam quolibet die veneris in occasu solis:& retineatur vsq̧ ad diem dominicã sequentem in occasu solis. Et quicunq̧ aliter tenuerit vel acceperit ipsam quindenam puniatur qualibet vice in .xl. soldis. Et nihilominus teneatur emendare omne damnum ex hoc damnificatis.

DE PERTINENTIBVS AQVARVM QVINDENAM. R.

73 Ordinatum est & diu obtẽtum q̄ illi ad quos pertinet quindena aquarum possit ipsam quindenam extrahere accipere & ducere per terras alienas: soluendo estimationem terre caui & lecti: per quem accipitur & ducitur ipsa quindena domino seu dominis cuius seu quorũ fuerit ipsa terra estimanda arbitrio boni viri.

DE ACCIPIENTIBVS QVINDENAM NON DIVISAM. RVBRICA.

74 Nulli liceat in pœna soldor. lx. Plac. pro qualibet vice accipere vel ducere aliquam quindenam ex aliquo riuo: nisi prius tota quindena dicti riui fuerit diuisa inter habentes ius ipsius quindenæ: quæ quindena diuidatur inter habẽtes ius in ea:& habeat q̃libet de ipsa quindena pro rata iuxta quantitatẽ teste terræ:& trabucorum teste terræ contigue ipsi riuo: ad q̃ diuisionẽ fiendã teneatur potestas seu iudex maleficiorum ad postulationem cuiuscunq̧ habentis facere in ipsa quindena requirere seu requiri facere oẽs habentes facere in ipsa quindena:& eis statuere certã diẽ pro termino ad ipsam diuisionem fiendã per magistros. Et si quis non interfuerit dicta die nõ

impediatur ab hoc dicta diuisio: sed fiat per ipsos magistros iuxta formã præ libatam: de qua diuisione & assignatione quæ fiet cuilibet & secundum q̃ fiet cuilibet conficiatur publicum instrumentum. Hoc adiiciendo q̃ illi qui soluerint expensas prædictæ diuisionis possint partem quindenæ non soluentium retinere: & vti quousq; solueret ipsarum expensarum partem suam. Et hoc statutum legatur in publica concione: & cridetur publice per ciuitatem semel in quolibet mense Maii. Et teneatur potestas & iudex maleficiorum hoc statutum inuiolabiliter obseruare in pœna vigintiquinq; librarum: quam incurrãt ipso facto: si secus duxerit faciendum.

DE HABENTIBVS TESTAM IVXTA RIVOS. RVB.

75 AD tollendas fraudes q̃ fieri procurantur in quindenis extrahendis de riuis & ipsis diuidẽdis: cũ quidã habentes testam iuxta riuos quæ testa est terra glarea vel gerbida quæ non consueuit laborari vel colligi vitãtur habere quindenam iuxta numerum trabuchorũ ipsius testæ terrarum glarearum prædictarum & gerbidarum. Quod quidem est contra mentem illorum qui ipsas quindenas constituerunt pro eo q̃ quindena concedi/tur in recompensatione damni caui riui: qui fit in terris alienis: q̃ in dictis terris glareis non debet sibi vendicare locum pro eo q̃ eis damnum nõ infertur ex prædictis. Declaramus q̃ tales testæ terrarum glarearum & gerbidarũ non computentur in ipsis quindenis vel mensuratione seu diuisione earum vti ex ipsis vel pro eis qndena aliq̃ extrahatur. Saluo q̃ si hñtes ipsas terras glareas vel gerbidas vellẽt ipsas vel partem earum reducere ad laborerium sine fraude tunc pro numero trabuchorum testæ ipsius terræ reductæ ad laborerium habeant quindeam pro rata iuxta formam statuti loquentis de quindenis di/uidendis quam quindenam non possint reducere nec vti nisi ad ipsas terras dũtaxat reductas ad laborerium. Et si de prædictis vel aliquo eorum quæstio aliqua oriretur possit & debeat cognosci per potestatem vel iudicem malefi/ciorum summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii & libelli oblatio/ne quocunq; tempore feriato, & non feriato.

DE DATIS ET CONCESSIS IVRIBVS AQVARVM FIEN. PER CAMERARIVM. RVBRICA.

76 OMnia data, & concessiones iurium aquarum facta & fienda per came/rarium comunis Plac. de quibus publico constiterit instrumento ra/ta & firma sint. Saluo statuto qd loquitur de possessionibus vel quasi per .xx. annos aquarum & riuorum: quibus per hoc statutum: nullum præiu/dicium intelligatur esse factum.

DE DIVISIONIBVS AQVARVM. RVBRICA.

77 QVando fiunt diuisiones aquarum in episcopatu Placẽ. teneatur ptãs mitterẽ vnũ ex iudicibus suis: videlicet iudicẽ maleficiorũ q interfit ipsis diuisionibus ad hoc vt rixe & scãdala q̃ inde oriri possent euitẽt.

DE RIVIS CIVITATIS TERMINANDIS ET MITIPLANANDIS. RVBRICA.

78 Statutum est antiquum q; omnes riui ciuitatis Placen. qui non sint terminati vel mitiplanati: ad postulationem cuiuslibet: cuius intereft terminentur & fundentur & mitiplanentur per magiftros aquaę & manuteneantur per illos qui ducũt aquã secundũ q; terminati & mitiplanati fuerint per magistros aquæ ad quę adimplenda ptãs teneatur in pœna. xxv. libr.

DE TRAVERSIS RIVORVM. RVBR.

79 Item statutum est q; trauersię riuorum qui labuntur per ciuitatem Placentiæ: & maxime per burgum: ita aptentur quod carri & barotia possint duci per stratas: iuxta dictos riuos commodæ sine detrimento bouum & plaustrorum.

DE DVCENTIBVS AQVAM. RVBR.

80 Statutũ est q; nulla persona q̃ inuenta fuerit ire vel redire per ripas alicuius riui cã ducendi aq̃ ad adaq̃dũ prata seu terras: seu cã custodiẽdi aquã riuorũ non possint nec debeãt accusari nec aliquo modo cõdemnari: dummodo non dederit: seu non fecerit damnum in aliquibus rebus.

DE IMPEDIMENTIS RIVI COMVNIS. RVB.

81 Statutum est antiquum q; omnes hñtes pontilia lapides sedilia sæpes & bancha prẽstãtia impedimẽtum in riuo cõis qui labitur ad pallatiũ cõis ab ecclesia sanctæ Brigidæ citra vsq; ad dictum pallatium teneãtur & debeant pœnitus remouere seu remoueri facere vel saltem ipsum riuũ eorum propriis expensis mondare seu mondari facere. cum dicatur quod occasionibus supra scriptis dictus riuus non possit habere commodæ decursum.

QVOD CAMARARIVS COMVNIS POSSIT VENDERE AQVAS.

82 Statutum est & antiquitus obseruatum q; quilibet. camararius comunis Placen. debeat & possit vendere & concedere prætio consueto. cuilibet personæ ciuitatis Placen. & episcopatus quæ sit supposita iurisdictioni ipsius comunis & quæ factiones sustineat pro ipso comuni emere volenti iura aquarum tam fortiuiuarum scolaturarum pluuiarum & aliarum aquarum quam fluminum ciuitatis & districtus Placen. & emptor possit dictas aquas tollere & menare sua libera voluntate per terras alienas. habendo domini terrarum mendam damni eorum si voluerint: aut quindenam ipsius aquæ. & hoc locum habeat tam in præteritis quam in futuris. saluo statuto q; loquitur de illis qui fuerint in possessione vel quasi per. xx. annos continuos ducendi aquam seu in possessione vel quasi ipsarum aquarum vel riuorum.

DE CVSTODIBVS CASTRORVM.

83 SIquis capitaneus vel custos comunis Plac. proditione vel dolo perdi/derit vel occupari permiserit per aliquos aliquod castrū turrim vel fortalitiam contra comune Plac. capite puniatur & bona eius nihilominus publicentur. si vero pro mala custodia puniatur arbitrio potestatis personarum & facti qualitate inspecta.

DE CAPITANEO VEL CVSTODE ALICVIVS CASTRI.

84 SI aliquis capitaneus vel custos alicuius castri vel loci se absentauerit a dicta custodia vel minus bene costodierit puniatur in arbitrio ptātis.

DE ROBARIIS ET HOMICIDIIS.

85 QVoniam iure testante negligere cum possis perturbare peruersos: nihil aliud est quam fouere: volentes eos qui negligunt prosequi & capere: malefactores pœnis debitis coercere. statuimus q̄ si aliqua robaria: vel homicidium facta vel factum fuerit in aliqua villa seu in aliquo loco districtus Plac. vel eius territorio teneantur & debeant homines dictæ villæ & loci in quo vel cuius territorio facta fuerit ipsa robaria & homicidiū & homines villarū & locorum circunstantium: videlicet locorum & villarum confinantium territorio dictæ villæ vel loci postquam clamor fuerit leuatus currere & prosequi & capere ipsos robatores vel homicidas: & in fortia co/munis Placen. præsentare vel saltem si robaria facta fuerit prædam ab eis au/ferre & recuperare: & eam restituere derobatis. Quod si prędictos robatores vel homicidas non ceperint vt prædicitur: puniatur oēs simul & coniunctim dictæ villæ & loci homines in. xxv. libris Placen. & nihilominus æstimationē dictę robariæ teneantur emendare passo damnum. Teneantur etiam omnes villę & loca per quorum territoria ducentur ipse robariæ postquam leuatus fuerit clamor: ita q̄ ipse clamor possit in ipsis villis exaudiri prosequi & cape/re ipsos derobatores vel saltem prędam ab ipsis auferre & recuperare. Quod si prædicta non fecerint teneantur contribuere ad soluendum ipsam pœnam & ad emendationem damni cum villis & hominibus supradictis. Si vero percussio fieret cū ferro cum sanguinis effusione teneantur homines dictæ villæ vel loci in quo vel cuius territorio facta fuerit ipsa percussio capere & in fortiam comunis siue ptāti præsentare percussorem: in pœna. x. libr. Placen. ipsi villę vel loco. Et si sine ferro & cū sanguinis effusione in. v. libris Pla. ad quas contributiones condemnationū & emendarum etiam teneantur omnes nobiles in ipsis villis & locis seu territoriis eorum habitantes. sed ad prædicta pupilli & viduæ miæ teneantur: & prædicta locum habeant non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus & reformationibus hinc retro factis: quę in prędictis vel circa ea de cætero vendicent sibi locum. Et si quæstio aliqua de prædictis oriretur possit & debeat cognosci summarie & de plano sine figura & strepitu iudicii & libelli oblatione: quolibet die feriato & non feriato. Et præ dictum

dictum statutum non vendicet sibi locum: si homines villarum de quibus fit mentio in dicto statuto non fuerint negligentes in capiendo dictos malefacto res:& in recuperando dictas robarias. Et q̄ vbi dicit de poena .xxv. librarum intelligatur si villa fuerit a quinquaginta focalaribus supra:& si fuerit abinde infra vsq; in .xxv. focalariis in vigintiquinq; libris:& si abinde infra in decem libris Placen. & quod statutum præsens non vendicet sibi locum si homicidium robaria vel percussio fieret extra habitationem dictarum villarum de nostræ. Et vbi dicit supra de nobilibus intelligatur & de omnibus habitantibus pro maiori parti anni in dicta villa. Et prædicta locum habeant in quæstionibus & litibus præteritis pendentibus & futuris. Et quod quilibet qui fecerit aliquod dictorum malorum propter q̄ dictæ villæ: seu aliqua earum fuerint condemnatæ teneantur ad soluendum & restituendū dictis villis quæ propterea aliquid soluerent occasione aliquarum condemnationum quæ propterea fierent vel emendationem dictarum robariarum. Et q̄ potestas ciuitatis Placentiæ qui nunc est & pro tempore fuerit teneatur personaliter tenere dictum malefactorem donec restituerit in pecunia numerata dictis villis totum illud quod dictæ villæ:seu aliqua earum soluerint occasione dictarum condemnationum vel damni emendationum cum expensis & damnis quod dictæ villæ propterea haberent & sustinerent.

DE POENA MASSARIORVM NON CAPIENTIVMM MALEFACTORES.

86 STatuimus q̄ si aliquod homicidium factū fuerit de die: videlicet a sono campanę comunis quæ pulsatur in aurora diei vsq; ad tertium sonum ipsius cāpanę quæ pulsatur in aurora sero in aliqua platea strata vel via ciuitatis Placen. vel suburbiorum & homines illius viciniç in qua fuerit dictum homicidium perpetratum non ceperint ipsum homicidam:& in fortiam potestatis non præsentauerint puniatur vicini dictæ viciniç si fuerit in dicta vicinia a duodecim vicinis supra in .xxv. lib. Pla. & abinde infra in .x. lib. Plac. Et si aliqua ferita facta fuerit cum ferro cum sanguinis effusione puniantur in .x. lib. dicti vicini si non ceperint percussorem. Et si sine effusione sanguinis cum ferro puniantur in .c. soldis. Et eodem modo si cum sanguinis effusione & sine ferro:& si dicta maleficia facta fuerint in domo alicuius teneantur ipsi vicini postq̄ leuatus fuerit clamor currere & capere ipsum homicidam vel percussorem in poenis prædictis secundum q̄ dicta maleficia distinguunt. Et oēs qui fuerint in domo prædicta siue de noctę siue de die teneantur dcm̄ malefactorem capere vel saltem clamare alta voce post eum. Quod si non fecerint teneantur ad medietatē dictæ poenę prout distinguitur supra in quolibet capitulo. Saluo q̄ hito respectu ad paucitatē numeri ipsoꝝ vicinoꝝ & q̄litatē facti ptās Pla. dictas poenas possit si sibi videbitur mitigare. Et ad prædicta pupilli & viduæ minime teneantur:quæ cōdēnationes vicinoꝝ diuidantur & soluantur per capita. Et prædicta oīa & singula locū hēant non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus vel reformationibus hinc retro factis:quæ in prædictis vel circa ea de cætero nō vēdicent sibi locū:& ad prædicta non teneantur dictæ viciniæ vel vicini:qui minores .xvi. annoꝝ vel pu

blici ribaldi vel publicæ meretrices inter se ad inuicem altercarêtur vel percu terent. Et q quilibet qui fecerit aliquod dictorum maleficiorum: propter q aliqua vicinia fuerit condemnata teneatur ad soluendum & restituen. dictę viciniæ totum illud quod propterea dicta vicinia occasione dictæ condemnationis soluerit. Et q Potestas ciuitatis Placen. qui nunc est, & qui pro temporibus erit teneatur personaliter detinere dictum malefactorem donec restituerit in pecunia numerata dictæ viciniæ totum illud quod dicta vicinia occasione dictæ condemnationis soluerit cum expensis: & damnum quod propterea dicta vicinia haberet vel sustineret: & ad quas penas soluendas contribuere teneantur omnes stationarii: & becharii: siue tenentes stationem siue tabernas siue becharias in dictis viciniis quocunque nomine censeantur non obstante q in dicta vicinia non morentur cum familia: & quæ prædicta sunt non vendicent sibi locum in vicin. sanctæ Mariæ de Bigollis.

DE EODEM. RVBRICA.

87 OMnes massarii viciniarum ciuitatis Plac. infra tres dies: & consules villarum & locorum districtus Placen. infra quinque dies teneantur denunciare potestati vel iudici maleficiorum omnia homicidia feritas: & robarias: & incendia quæ facta fuerint: & in viciniis eorum quantũ ad ipsos massarios & in villis eorum seu territoriis ipsarum villarum: seu locorum quantum ad ipsos consules in pęna centum soldorum cuilibet massario: & consuli qui prædicta duxerit negligenda.

DE POENA INCVRRENDA FVRANTI CANEM. RVBRICA.

88 SIquis furatus fuerit canem alterius vel occiderit: puniatur in centum soldis: & nihilominus teneatur ad restitutionem domino canis.

DE POENA FABRICANTIVM FALSAM MONETAM. RVBRICA.

89 QVicunque fabricauerit vel fabricari vel fieri fecerit monetam falsam igne comburatur taliter q moriatur qui vero monetam totunderit vel tondi fecerit incidatur ei manus: nisi comuni Placen. soluat vsque ad decem dies post condemnationem trecentas libras Placen.

DE EODEM RVBRICA.

90 QVi monetam falsam dolose expenderit vel expendi fecerit a quinque soldis supra vsque in decem soldis puniatur in .xxv. libris a decẽ soldis supra vsque in viginti soldis puniatur in .L. A viginti soldis supra vsque in quadraginta soldis: puniatur in centum libris. Et abinde supra in tricentis libris: quas trecentas libras nisi soluerit vsque ad dies decem post condemnationem ab eo manus & pes abscindatur.

De im

DE IMBREVIARIIS NON VENDENDIS RVBRICA.

91 NVllus audeat vendere vel emere aliquas imbreuiarias alicuius notarii viui vel defuncti in poena .xxv. librarum tam emptori quam venditori. Et teneatur ptās hoc facere præconizari infra mensem ab introitu sui regis: & quilibet possit accusare: & habeat dictę poenę medietatem.

DE POENA PRAEDICTORVM. RVBRICA.

92 QVoniam de iure naturali est vt patriæ pareamus: quam languēte necesse est penates omnium condolere cui quilibet vt prosit nascitur a deo vt non sint lugendi de iure si moriantur contra patriam venientes toto nixu insistimus statutis prosequi cōe exercitium videlicet patriæ affectantes statuentes vt omnes qui tractauerint vel ordinauerint publice vel priuatim pacificū statutū ciuitatis: vel districtus Plac. subuertere vel remouere faciēdo dolose vel ēt ordinādo rebellionē ipsius ciuitatis vel alicuius castri vel fortilitiæ districtus Placen. tanquam læsæ maiestatis rei: & hostes patriæ capite puniantur. Et nihilominus bona eorum comuni Plecentiæ publicentur.

DE EODEM. RVBRICA.

93 STatuimus ad conseruationem status pacifici ciuitatis episcopatus & districtus Placen. ꝙ quęcunqꝫ persona vndecūqꝫ fuerit & cuiuscūqꝫ conditionis extiterit ciuis vel forensis qui commiserit contra personas magnificorum dñorum Ioannis & Luchini ciuitatis Plac. & ēpatus & districtus dñorum generalium vel contra ciuitatem prædictā: vel contra personam alicuius ex officialibus fecerit vel cōmiserit aliq̄ iniuriam realē personalē vel verbalē vel vnde vel cuius occasione status prædictoꝝ dñorū vel ciuitatis vel districtus lædi posset læderetur vel lædi videretur aliq̄ rōe vel causa vel qui ab inimicis emulis vel tractantibus aliquid contra prædictos magnificos dños ciuitatis & districtus receperit nunciū lr̄as vel ambassiaram: vel cū eis tractauerit nisi illico ptāti ciuitatis vel ipsis dominis infra tres dies manifestauerit in personam & rebus ad arbitrium prædictorum dñorum suorūqꝫ officialiū irremissibiliter puniatur: facti & personarum qualitate pensatis. Et de prędictis teneatur & possit cognoscere quilibet eorum officialis per accusationem: denūciationem: & inquisitionem cum iudicio & præsumptione quacūqꝫ leui tormēta ponere: & rei veritatē exqrere modis oībus quibus potest: & punire & condemnare in hauere & persona vt dictum est summarie: & de plano omni modo & forma quo aliquod prædictorum melius possit inueniri omni iure statutorum & ordinamentorum solemnitate vel substantia prætermissis omni iure statutorum: quæ omnia quantum ad prædicta vel prædictorum aliquod cassamus & irritamus expresse.

DE POENA PROHIBENTIVM CAPI MALEFACTORES. RV.

94 SIquis per vim vel metũ illatum vel minas illatas per eum prohibuerit aliquẽ malefactorem capi per pȳtatem vel eius familiã vel alium officialem comunis Placen. seu captum per ipsos de manibus vel fortia eorũ abstulerit: vel auferri seu aufugi fecerit puniatur poena pecuniaria tantũ arbitrio iudicis inspecta qualitate personarum & delicti.

RVBRICA. DE POENA TALIONIS.

95 IN accusationibus non habeat locum pręscriptio fienda per accusantem nec etiam accusans teneatur ad poenam talionis: nisi de ipsa poena per statuta aliter sit prouisum.

RVB. QVALITER QVIS DEBEAT TORMENTARI.

96 QVoniam maius vertitur periculum cautius est agẽdum: proinde statuimus ꝙ potestas vel eius iudices seu aliquis ipsorum non possit nec eis liceat tormentare vel subiicere alicui generi tormentorum aliquem ciuem vel districtualem Placen. occasione alicuius delicti: siue maleficii: nisi prius receptis omnibus probationibus ab vtraq; parte si quas voluerint super maleficio: vel delicto vel eorum occasione producere quando proceditur per accusam & nisi completa inquisitione: si per viam inquisitionis procedi contigerit: & tunc si per ipsas probationes apparuerint legitimę praesumptiones & indicia manifesta possit in tali maleficio vel delicto ad quęstiones & tormenta cõtra delinquentẽ vel malefactorẽ procedi: de quibus praesũptionibus & idiciis an sint legitimae priusq̃ ad tormẽta procedatur: cognoscatur per iudices pȳtatis facto scrutinio priuati inter eos ad fabas albas & nigras: ita ꝙ nõ possit decerni qs ponit fabã albam vel nigrã. Et si maior pars ipsorũ iudicũ cõcordauerit ꝙ sint legitimae praesumptiones & iudicia possit mõ ꝓdicto procedi ad qõnes & tormẽta. Alias supersedeatur ipsis qõnibus & tormẽtis & nõ procedatur ad eas: de quibus scrutinio declaratione & cognitione dictorũ iudicũ fiat ante ipsam torturã per vnũ ex notariis maleficiorum publicũ instr̃m addiicientes ꝙ per solam famã non possit quis torq̃ri ꝑ pȳtatem vel eius iudices seu aliquẽ aliũ officialẽ cõis Plac. prędicta nõ obseruauerit: incurrat quilibet eorum poenam .c. libr. Plac. ipso facto. Et confessio & quicquid sequitur ex ea & omnis processus factus dicta solennitate non seruata sint omnino cassi & non valeant ipso iure. Saluo ꝙ prędicta solennitas non habeat locum qñ proceditur contra aliquẽ occasione proditionis ciuitatis vel alicuius castri seu loci districtus Plac. vel occasione homicidii vel stratę robatę: vel furti assassinorũ & incendiariorũ habitis tamẽ super hoc legitimis indiciis. Et ꝙ dominus pȳtas & iudex maleficiorum & aliquis eorum non possint aliquã personam ponere ad tormentum nisi prius data sibi copia omniũ inditiorũ quae contra talem personã habentur: si pro parte ipsius talis personae contra q̃ proceditur fuerint requisita & auditis & receptis defẽsionibus suis prius ꝓdictis.

RVBRICA DE FABRICIS NON OBSERVANTIBVS LIGAM.

97 NVllus artifex operetur de argento vel auro nisi ſecundum ligam & modum eis datum vel dandum per commune Plac. nec in annulis ponat litazinum ſub lapidibus annulorum vel aliud per quod fraus aliqua committatur. In pœna .c. ſold. Placen. & emendationis damni fiendæ illis qui ob hoc fuerint damnificati.

RVBRICA QVOD QVILIBET OFFICIALIS POSSIT ACCVSARI DVRANTE OFFICIO.

98 QVilibet officialis cōis Plac. exceptis iudicibus & familia poteſtatis, etiam durante officio ſuo poſſit coram poteſtate Plac. a quocunq; accuſari vel denũciari & contra eum inquiri de quouis crimine vel delicto contra quem officialē poteſtas poſſit: & teneatur cognoſcere & procedere ſine libello ſummarie & ſine ſtrepitu & figura iudicii diebus feriatis, & non feriatis quas accuſationes & denũciationes poteſtas recipere & ſuper eis procedere teneatur.

RV. QVOD IVDEX MALEFICIORVM IN CAVSIS CIVILIBVS POSSIT SENTENTIARE CONSILIO SAPIENTIS.

99 STatuimus ꝙ in omnibus accuſis cauſis denunciationibus quæ ventilarentur coram iudice maleficiorum in quibus non applicatur aliqua pœna pecuniaria comuni Placen. nec aliqua pœna corporalis ingeratur: dictus iudex maleficiorum per ſe cognoſcere & diffinire ſententiare ad banchum poſſit & debet conſilio ſapientis partibus non ſuſpecti ſi de hoc ab aliqua partium fuerit requiſitus: abſq; ꝙ ſententia feratur in cōſilio generali vel etiam in publica contione comunis Placen.

RVB. DE POENA CAPIENTIVM COLVMBOS.

100 PVniatur in centum ſoldis qui ceperit columbos domeſticos in ciuitate Plac. vel diſtrictu pro qualibet vice: quam pœnam incurrat ipſo facto quilibet poſſit accuſare: & habeat medietatem banni.

R. QVOD NON TENEANTVR BESTIAE INFRA CONFINIA.

101 ITem ſtatuerunt ꝙ nulla perſona collegium vel vniuerſitas audeat tenere infra confinia ciuitatis Placentiæ a calendis aprilis vſque ad medium menſem octobris caſtronos vel capras aliquas vacchas de brauaria vel montonos in pœna librarum .x. totiens committenda quotiens contrafactum fuerit. Saluo ꝙ cuilibet liceat tenere ipſas in ipſa ciuitate Placen. paſculan. vltra padum & aliter non: & ſaluo ꝙ quilibet poſſit tenere beſtias ſuas tantum ſuper quibuſcunq; terris ſuis tãtum infra dicta confinia. Et ſi iuerit ad paſculandum ſuper alienis terris incurrat pœnā prædictā quotiens fuerit contrafactum exigendā per eum vel ad poſtulationem eius in cuius terris dictę beſtię inuẽte fuerint & non aliter: quę pœna pro dimidia dicto tali applicet.

IN libro registri litterarum transmissarum per illustrem & excelsem dominum nostrum tempore regiminis domini Lucherii de Rusconibus potestatis ciuitatis Placen.

DOMINVS MEDIOLANI ET CAE. COMES VIRTVTVM IMPERIALIS VICARIVS GENERALIS.

RE ceptis pridie litteris vestris & audiuimus ambassiatores vestros quos ad nos misistis pro facto prouision.& statutorum quae pro conseruatione pacifici status ciuitatis & districtus nostri Placen. feceratis super quibus vobis respondemus ꝙ prouisiones & statuta praedicta videri & examinari fecimus; & ipsa corrigi & reformari secundum tenorem quem vobis mittimus his inclusum secundum quem tenorem ipsa approbamus & ratificamus & confirmamus volentes & vobis mandantes quod ipsa inseri faciatis in volumine statutorum comunis nostri; & illa obseruetis & obseruari faciatis inuiolabiliter. Dat.Papię.xi.nouembris.M.ccc.lxxxii. Andriolus.S.a tergo. Egregiis & nobilibus viris.D.potestati militi:& .S. Mattheo de pescia capitaneo episcopatus:necnon Sapientibus nostris Placentiae.

Infrascripta sunt statuta ordinamenta additiones prouisiones & correctiones facta & factae ad reformandum malitias bannitorum.

Imprimis attento ꝙ secundum formam statutorum cōis Placen.& c.

RVBRICA DE FERITIS IN VVLTV.

101 ITem ad hoc vt formidine poenae quilibet malefactor causam habeat se abstinendi a maleficiis:prouiderunt statuerunt & ordinauerunt ꝙ statuto loquenti de percussionibus cum armis & sine effusione sanguinis addatur videlicet si percussio facta fuerit in vultu & cum armis & cum sanguinis effusione:& ex qua cicatrix remanserit in vvultu:puniatur dictus percussor in libris quinquaginta Placentiae pro quolibet vulnere: ex quo dicta cicatrix in vultu remanserit.

LITTERAE DVCALES.
DVX MEDIOL. ET.C. PAPIAE ANGLERIAEQVE COMES AC IANVAE DOMINVS.

MIsistis nobis vos deputati compillata nuper septem statuta tenoris his inclusi quae petistis confirmari per nos & mandari vt in aliorum hic statutorum volumine inseri debeant & describi. nos autem ea per doctores consilii nostri videri fecimus: & quia reperta sunt in honesta forma & cōuenienti cōsistere ipsa vt iacent ad litteram prgsentium tenore confirmamus contenti & volentes ꝙ in aliorum illic volumine statutorum inserantur:& ad contextū practicentur & seruentur;eorum tñ emendationem correctionem reformationem additionem & diminutionem mutationem declarationem interpretationē nobis & auctoritati nrae reseruamus: primi aūt initiū est;vt alioq; culpa minime aliis nocere possit victimū aūt finit vel decretis quibuscūq;

quibuscunque non obstantibus: signataque sunt per spectabiles & famosos iuris vtriusque doctores dominos Franchinum de castiliono & Tadiolum de vicomercato cōsiliarios nostros dilectos. dat. cusaghi die. xi. aprilis. M.cccc.xxxi. Franchinus Ioannes: a tergo conf. nobilibus & prudentibus viris potestati: & deputatis ad negotia comunis ciuitatis nostræ Placen.

RVBRICA DE POENA PONENTIVM IGNEM IN ALIQVIBVS STIPVLIS ET CEATERA.

103 VT aliorū culpa minime aliis nocere possit quicunque posuerit seu poni fecerit ignem in aliquibus suis stipulis nemoribus vel similibus & ignis præter præpositum damnū fecerit alicui teneatur ignē ponēs dānū in duplum emendare dānum passo. Et ad dicti dāni probationē admittatur & idonei reputentur testes coloni massarii fictabiles famuli & socidaui.

R. DE PEONA EXPORTANTIVM LIGNA DE NEMORIBVS ALICVIVS ABSQVE LICENTIA ET CAE.

104 VT infrascripta ligna maxime vtilia non exportentur quicunque abstulerit & destruxerit robores quercus & alia lignamina de nemoribus alienis sine licentia domini puniatur & condemnetur pro quolibet carro seu magno seu paruo in soldis. xvi. denar. Plac. & ad emendationem damni. Item quicunque destruxerit salices francischos & piantonos: & in fedumina nouella soluat comuni Placentię soldos viginti pro quolibet salice & piantono: & pro qualibet arbore fructifera soldos. xl. comuni Placen. & intelligatur abstulisse de alienis: nisi probauerit habuisse de propriis vel conductis & vltra hoc emendet in duplum damnum passo.

RVBRICA DE POENA INTRANTIVM VINEAM ALICVIVS TEMPORE VVARVM. ET CAE.

105 VT aliena interrumpendi materia tollatur. Quicunque intrauerit vineam seu fillagnos alicuius tempore vuarum sine præsentia vel licentia illius ad quem spectant: soluat pro introitu soldos. xx. Pla. Cuius poenæ medietas sit accusatoris: & alia medietas sit comunis Plac. nisi intrauerit causa eundi ad aliquam suam terram vel eius qui ipsum mitteret cum ad dictas terras aliunde iri non possit. Et si de die vuas abstulerit: soluat sex denarios de singulis vuis damnum passo: si vero de nocte soluat de introitu soldos. xl. cuius poenæ medietas sit cōis & alia accusatoris vt supra pro qualibet vua. xii. denarios damnū passo. Et in casibus prædictis pater teneatur pro filio frater pro fratre & dñs pro famulo. Et quicunque poenes quē reperte fuerint vuę qui non habuerit vineas seu fillagnos intelligatur vuas abstulisse de alienis. Et si non constiterit ex cuius vineis vel filagnis abstulerit soluere teneatur comuni Plac. soldos quadraginta pro introitu pro qualibet vua duodecim denarios nec liceat alicui portare de districtu Plac. vuas exceptis lugiaticis ad vendendum in ciuitate Plac. nec ad aliquem locum super districtu ante se

stum sanctæ Mariæ de mense septembris. Sub pœna soldorum .xx. pro qualibet bestia & soldorum .x. pro qualibet persona siue bestia. Et quilibet habitans in villis tenens canes teneatur eo tempore: quo sunt vuæ super vineis tenere ipsis canibus ad collum vnum tramaiolum longitudinis vnius brachii cum dimidio vt impediantur canes intrare vineas in pœna soldo .x. pro quolibet cane applican. cōi pro qualibet vice qua inuenti fuerit canes sine dicto tramaiolo. possint tamen dicti tramaioli amoueri a canibus tempore venationis.

RVBRICA DE POENA DANTIVM DAMNVM ET GVASTVM CVM EORVM BESTIIS.

106 VT aliorum negligens custodia damnum aliis non inferat. Si boues equi asini pecudes capræ porci vel aliæ similes bestiæ alicuius cuiuscunque sexus intrauerit aliquas terras alienas pratiuas seminatas vineatas clausuratas seu ortiuas quocunque tempore anni. Ille cuius fuerint dictæ bestiæ soluat cōi Plac. pro singulis eorū seu paruulis seu magnis soldos duos pro quolibet capite: & vltra teneantur emendare damnum passo: nec etiam liceat alicui cuiuscunque conditionis existat ire vel mittere ad pasculandum super aliquibus terris alienis gerbidis stipulis & cultis siue culturis sine speciali licentia domini cuius sunt dictæ terræ. In pœna soldorum duorum pro qualibet bestia, & pro qualibet vice quæ applicetur parti nisi talis palis pasculans vel ille de cuius mandato pasculatur talem honorantiam pasculandi & pasculari faciendi habuerit. Et credatur sacramento eius cuius fuerint dictæ terræ de pasculatione & quantitate bestiarum secundum formam statuti de quo infra. Et si bestiæ ignote absque custodia reperirentur in terris alienis possint propria auctoritate consignare pœnes consulē villæ per eum qui fuerit damnum passus expensis domini ipsarum bestiarum. Et consul ipse eas bestias custodire teneatur expensis vt supra.

RVB. DE POENA MASSARIORVM ET ALIORVM TENENTIVM MAIOREM QVANTITATEM PORCORVM.

107 VT etiam ingenio damnis prouideatur: Nullus siue ciuis siue districtualis siue aliūde sit & cuiuscunque cōditionis sit audeat nutrire vel nutriri facere porcos vel porcas in maiori quātitate quam infra est expressum: videlicet quilibet habens seu laborans vel laborari faciens perticas centum terræ proprias vel conductas. Et sic pro laborerio vnius paris boum vnam porcham a rotio cum omnibus porzellis ex ea natis intra annum. Et vlterius tenere possit tres porcos pro carnibus ex porcellis anni præcedentis: & non vltra. Si vero dictam porcam a rotio non tenuerit possit tenere sex porcos a carnibus qui mazales appellantur. Et habens seu laborans vel laborari faciens ducentas perticas: & sic pro laborerio duorum parium bouum possit tenere duas porchas a rotio: cum omnibus porcellis ex ea natis: intra annum vt supra: & porcos sex a carnibus ex porcellis anni præcedentis & non vltra. Si vero dictas porcas non tenuerit possit tenere mazales

mazales.xii,& non vltra:& habens seu laborans vel laborari faciens .l. perticas terræ & sic pro laborerio vnius paris vaccharum possit tenere porcos tres a carnibus ex porcellis anni præcedentis & non vltra. Et quilibet bracentus non laborans cum bestiis possit tenere porcos duos tantum pro carnibus. Et hoc in pœna & sub pœna soldorum .xl. pro qualibet porcho vel porcha: & & vltra in amissione porchorum & porcharum cuius pœnæ medietas fit communis Pla.& alias medietas fit accusatoris cum vno teste. Si vero massarii nolent tenere porchos & porchas supra taxatos & taxatas, liceat dominis terrarum dare taxatam quantitatem braccentis morantibus in dicta villa. Et prædicta non habeant locum in habentibus boschos a glandinibus. Qui secundum quantitatem boscorum possint tenere & teneri facere porchos & porchas in dictis boschis per præsens tamen statutum non intelligatur concessa potestas massariis tenendi porchos vel porchas etiam secundum taxam supra scriptam inuito domino.

RVB DE MODO OBSERVANDO CIRCA PROBATIONES DAMNI ET GVASTI DATI ET FACTI.

108 VT Facilior sit damnorum omniumque contentorum in his nouis statutis probatio vbicunque supra est dictum de damnis datis seu de eorum contentis:quorum interfit probatio: credatur damnum passo cum sacramento si fuerit ciuis de damno & quantitate damni etiam de crudelitate vsque ad quantitatem soldorum centum den. placen. & de tribus vicibus in mense. Si vero fuerit rusticus seu districtualis non credatur eius sacramento, nisi perticas centum terræ per allodium habuerit vt supra dictum est. Et ad condemnationem procedatur facta accusatione, & iurata in præsentia accusati vel contumacia: omni alia solemnitate obmissa: possint etiam notarii maleficii accipere ab accusato soldos quatuor denar. Placentiæ pro qualibet dictarum trium accusarum.

RVBRICA DE FIDE DANDA LIBRIS DOMINORVM CONTRA MASSARIOS SOCIDAVOS.

109 VT etiam facilior sit probatio creditorum quæ quandocunque fiunt si ne testibus & instrumentis credatur libro domini cum sacramento vsque in modiis quatuor bladi:& libris .x. Placen. Contra massarios emphitheotas conductores socidauos. Et hoc vltra illud de quo apparet per instrumentum vel testes inspecta qualitate libri & persone scribentis.


RVBRICA DE OBSERVATIONE SVPRASCRIPTORVM STATVTORVM.

110 ITem quod prædicta & quælibet prædictorum locum habeant aliquibus statutis vel prouisionibus vel decretis quibuscunque non obstantibus.

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

INCIPIT SEXTVS

RVBRICA DE PONDERIBVS MENSVRIS STADERIS ET CAETERA.

1 VIA Publice expedit mensuras esse rectas cum ea mensura qua quis messus fuerit metietur & sibi iuxta euangelicam veritatẽ: proinde statuimus q̃ iudex vel officialis ad victualia deputatus teneatur in poena .xxv. libr. Plac. infra mẽsem a die inceptionis sui officii videre & examinare diligẽter omnes mensuras bladi vini olei carbonum: pãnorum: terrarum. Staderias: ballantias: libramina: põdera: & omnes alias mensuras & pondera cuiuscunq̃ conditionis existant: & punire non habentes prædicta recta secundum formam statutorum & prouisionum comunis Plac: & ea facere ratificari & bullari signo comunis Placentię: si alias bullata non fuerint signo comunis Placen. seu potestatis Placen. Et si reperta fuerint bullata signo comunis Placen. seu prãtis Plac. & iusta non debeãt bullari denouo: & hoc in poena, & sub poena cuilibet officiali contrafacienti librarum .xxv. pro qualibet vice si semel bullata & iusta denouo bullari fecerit vel aliquem molestauerit dicta occasione.

RVBRICA DE EODEM.

2 VOlumus q̃ mensura pticæ rationatoriæ: & qua mensuratur terra & mensura passi: ex quo mensuratur, pannum signentur & sculpiantur in columnis lapideis seu muro pallatii comunis Plac. cum caniculis ferreis a quolibet capite: ita & taliter q̃ non possint minui vel mutari.

RVBRICA DE EODEM.

3 VEgiolla vini in qua venditur & ducitur calzina sit capax .xvi. stariorũ ad minus: & q̃ contrafecerint puniatur in .xx. sold. Pla. Et ipsa vegiolla in platea cõis cõburatur. Calzina vero florata q̃ venditur ad starium vendatur ad stariũ culmũ bullatũ per cõe: quod sit cappacitatis starii ad q̃d venditur bladũ. Qui aũt secus fecerit puniatur q̃libet vice in. v. soldis.

RVBRICA DE AGRIMENSORIBVS.

4 QVilibet agrimensor ciuitatis Placen. & districtus qui officium voluerit exercere mensuram teneatur infra mensem coram potestate vel iudice victualium iurare de faciẽdo dictum officium bene & legaliter: & teneatur habere vnam perticam rationatoriam rectam & ferratam ab vtroq̃ capite in poena sexaginta soldorum Placentiæ.

RVBRICA DE VRNIS BVLLANDIS.

5 TEneantur omnes portatores & mensuratores vini habere vrnos bullatos bulla cõis in qbus sit signũ mẽsurę vnius stari & duorũ stariorũ cum spinetis fictis in ipsis signis ad hoc vt vinum iustius & melius mensuretur in poena ipsis mensuratoribus.xx.soldorum Plac.pro qualibet vice.

RVB. DE POENA NON HABENTIVM IVSTA PONDERA.

6 NVlli liceat vendere aliquid ad põdus vel mẽsurã: nisi ad mẽsurã,& põdera per cõe Plac.approbata: in poena centum sold. Plac.qualibet vice qua poena condẽnetur reuẽditor hẽns dictas mẽsuras vel pondera minus iustas. Et quilibet possit esse accusator & habeat medietatem poenæ.

RVBRICA DE POENIS BECHARIORVM PONDERANTIVM NON IVSTAE.

7 Mitigantes statuta quæ loquuntur de bechariis vendentibus carnes recentes:& aliis vendentibus carnes salitas seu caseum & minus iustæ ponderantibus:volumus q̃ si carnes recentes vel salite vel caseus minus iusto pondere vendetur q̃ venditores condemnentur hoc modo:videlicet q̃ si inuenietur vna onzia vel minus vna onzia iusto pondere condemnetur in.x.soldis. Si minus duabus onziis & vltra vnam onziam condemnetur in soldis.xx. Si a duobus onziis supra condemnetur prout in aliis statutis comunis Pla.continetur:& hoc locum habeat ad pendentia & futura.

RVBRICA DE VILLIS QVAE HABERE DEBEANT VNVM STARIVM.

8 QVelibet villa habeat vnum starium ad minus & vnum stopellũ bullatos bulla comunis:qui sestarius & stopellus sint in custodia consulis illius villæ:ad hoc vt oẽs illius villæ & hẽntes facere in ea valeãt eis vti:in poena.xl.soldorum:cuius medietas sit accusatoris: & hoc statutum faciat cridari quilibet potestas semel tantum in suo regimine in die merchati & in ipso mercato.Et q̃ officialis super hoc deputatus nõ possit contra dictas villas procedere vigore præsenti statuti nisi solum per accusam vel denunciationem quæ coram eo fieret per aliquem ex vicinis dictæ villæ qui accusaret vel denunciaret sub poena dicto officiali librarum decem.

RVBRICA DE BLADIS ET LEGVMINIBVS.

9 STatuimus q̃ omne bladum & legumina & blada & granum quæ de cætero mensurabuntur:ex quauis causa mensurentur hoc modo: videlicet q̃ sestarius frumẽti abradatur per totum de super cum rasura vel canella vsq; ad ferrum:& spondas sestarii:& pro benedictione detur vnus stopellus pro quolibet sestario dictarum rerum. Saluo q̃ prædicta non habeant locũ in auena: & aliis rebus:quæ con sueuerũt mensurari ad stariũ culmũ.

RVBRICA. DE MENSVRIS.

10 STatutum q loquitur de mensuris & ponderibus bullandis intelligimus & intelligi volumus q exercentes artes seu misteria seu officia emendi vendendi & reuendendi tantum teneantur ipsa pondera & mensuras facere bullari seu habere bullatas iuxta formam statuti. Et locum habeat ad pendentia & futura.

RVBRICA DE VENDENTIBVS SABVLVM.

11 VEndentes sabulum & credam teneantur mensurare culmum ad sestarium comunis ad quod venditur frumentum: & portare saccos capaces vnius sestarii culmi in pœna viginti soldorum.

RVBRICA. DE FORNASARIIS.

12 HAbeant & vendant fornasarii ciuitatis & episcopatus Plac. cuppos quadrellos & tauellas secundum modum consuetum: & teneāt separati cuppos q̄drellos & tauellas cottas a biscottis: & biscottas nō vēdāt pro cottis: & qui cōtra p̄dicta fecerint puniātur in .x. sold. pro q̄libet vice.

RVBRICA. DE REVENDITORIBVS CVPPORVM.

13 NVlli liceat reuendere nec emere causa reuendendi cuppos quadrellos vel tauellas nouas: in pœna .x. libr. quam si secus fecerit incurrat ipso facto & possit a quolibet accusari: cuius pœne medietas sit accusatoris & intelligatur reuendere si ipsos tenuerit alibi quam ad fornaces.

RVBR. DE CAPIENTIBVS PERDICEM.

14 STatutum est antiquum q nullus capiat perdicem leporem vel fasanos per niuem vel ad tradimentum a duodecim milliariis citra versus ciuitatem in pœna .lx. sold. Cuius pœnæ medietas sit accusatoris. Et potestas teneatur hoc facere cridari bis in suo regimine.

RVBRICA DE REBVS PROHIBITIS EXTRAHI CIVITATEM VEL EPISCOPATVM.

15 STatutum est q galla non possit extrahi vel exportari facere extra ciuitatem & districtum Placentiæ sine bulleta comunis Placentiæ in pœna decem librarum: & in amissione ipsius galle & quilibet possit accusare habeat medietatem pœne.

RVBRICA DE EODEM.

Vbicun

16 Vbicunq; prohibetur per statuta aliquid extra ciuitatem vel distri/ctum Pla. extrahi vel exportari sub certa pęna: volumus q; quilibet accusare possit: hēat medietatē pęnę: & rei amisse nisi statuto aliter.

RVBRICA DE EODEM.

17 Nulli liceat ducere seu duci facere vel vehi extra districtū Plac. victualia videlicet blada: legumina: vinum: carnes mortuas: boues: porcos: oues: capras: seu alia animalia: caseū nostranum: in pœna. xxv. libra. & amissionis rerū prædictarum prohibitarum: & animalium: & carrorū portantium seu ducentium ipsas res & quilibet possit accusare: quarū rei ū & pœnarum medietas sit accusatoris: & alia medietas sit comunis. Saluo q; si prædictæ res ducerentur ex alieno districtu ad ciuitatem Plac. possint gabellis ac doanis solutis extrahi de ciuitate Plac. & districtu cum licentia & bulleta.

RVBRICA DE EODEM.

18 Nullus ducat vel exportari faciat extra districtum Pla. asongiam ligna carnes boues pennas ramum vetus vel ramum laboratum: filum seu capitia pelles pilosas excoriatas in ciuitate Plac. vel districtu. sub pœna. lx. soldorum & amissionis rerum.

RVBRICA DE EODEM.

19 Statutum est q; q ducet vel duci faciat extra districtū Pla. res prohibitas condemnetur in. x. libris Placen. & amissione rerum prohibitarum: & possit per quemlibet accusari: cuius pœnæ medietas sit accusantis: nec possit dari licentia per potestatem vel eius familiam vel alium officialem comunis Plac. de ipsis rebus vt prædicitur extrahēdis nisi hoc procederet a cōsilio generali: & nihilominus potestas: & quilibet alius officialis qui cōtrafecerit puniatur in. xxv. libris: saluo q; si in ipsis rebus prohibitis alię pęnę sunt impositæ p statuta cōis Pla. ipsæ pœnę in casibus expressis vendicent sibi locū.

RVBR. DE MVLINARIIS ET FANTICELLIS.

20 Quilibet mulinarius faricellus seu granarolus teneatur ire ad domū cuiuslibet requirentis pro accipiendo blada ad macinandū: & ea deferre ad mollendinum & macinare & facere & reddere bonam rōnem & mensuram de farina secundum q; bladū fuerit sibi datum siue ad pondus siue ad mensuram. Quod si malā redderet rationē vel mensuram cōdemnetur q̄libet vice in. x. sold. & teneatur emendare domino bladi dānū de quibus credatur domino vel fanticelle vel illi qui tradiderit granū ad macinādū simplici verbo eorū vel alicuius eorū sine alio iuramēto eadē pœna puniatur si requisitus fuerit recusauerit portare bladū ad molendinum cā macinandi.

RVBRICA DE EODEM.

21 NVllus molinarius teneat vel habeat in molendinis vel domibus vel habitationibus staderias pondera starium minam vel quartarium in pœna .xx. soldorum Plac. & possit accusari a quolibet, & accusator habeat medietatem.

RVBRICA DE EODEM.

22 POtestas seu iudex victualium teneatur iurari facere mulinarios granarolos q postq̃ molas molendini pichauerint antequam macinent de alicuius grano de suo purgabunt & pręparabũt bene molas pichatas Alioquin dictus potestas seu iudex auferre teneatur a quolibet contrafaciente .v. sold. pro qualibet vice.

RVBRICA DE MOLINARIIS.

23 NVllus mulinarius audeat vel præsumat tenere granum vel farinam vltra quintam diem postquam dictum bladum ad molendinũ portauerit causa macinandi & soluat pro modio .v. soldos pro qualibet vice: nisi iusto impedimento remanserit.

RVBRICA DE EODEM.

24 QVilibet molinarius ciuitatis Pla. & suburbiorũ hñs molendinũ in ipsa ciuitate vel suburbiis teneatur & debeat hẽre in capite superiori canaliũ dci molẽdini vnũ rastellũ lignais qui protẽdat ab vna ripa vsq ad aliam ripam propter periculum personarum: & propter multa alia pericula. In pœna .xxv. soldor. Plac. pro quolibet molinario.

RVBR. DE REFICIENTIBVS CARRVM FOENI.

25 NVllus reficiat carrum fœni aliquem venalem in pœna .x. sold. cuius medietas sit accusatoris.

RVBRICA DE BARBERIIS.

26 QVilibet barberius teneatur portare bacinum ad domum cuiuslibet pro radere non obstantibus aliquibus statutis seu præceptis factis vel fiendis per ipsos barberios seu consules barberiorum: In pœna. v. soldorum cuilibet barberio pro qualibet vice quia duxerit contrafaciendum.

RVBRICA DE VILLIS.

27 STatuimus & ordinamus q potestas seu iudex ad victualia deputatus teneatur infra mensem ab introitu sui regiminis compellere: & coram se facere venire consules villarum Plac. cum duobus vicinis Roncharoli cum quattuor vicinis sancti Nazarii cũ duobus in olzia Boseti zegniani

curte ma

curtę maioris florenzolæ cum quattuor vicinis: Senięerui cum duobus vicinis: castri noui de feno cum duobus vicinis casali albini vigolleni vallis tarii castri ar quati cum quattuor vicinis & bardi mõtepiogii castri sancti Ioannis cũ quattuor vicinis: montis donici, pontis arbaroli e cũ duobus vicinis. Ripę carmiani: fontanę prędosę: vicibaroni: mõtis albi vicimarini: ziliani: fermati: mõtisellarum versus Papiam suprariuo: Burginoui: corani: nibiani: rampinate de ruino Troiæ: sancti Imti: calendaschi: cotrenie: rottofredi: fermati: guardamillii & fombii: mezani cauerzaghi: trauani pelli: & ab eis & quolibet eorum locorum exigere & facere pręstare idoneã securitatem de prohibẽdo toto posse: φ victualia & res prohibite non extrahantur vel exportentur extra districtum Pla. & φ denunciabunt infra tertiam diem omnes exportantes & res exportatas in pœna arbitrio potestatis. Saluo φ ad prædicta non compellãtur ille villæ seu loca ex prædictis quę sunt inhabitate quã diu fuerint inhabitate.

R. DE LICENTIA CONDVCENDI VINVM.

28 POtestas vel iudex victualiũ possit & debeat cuilibet ciui seu districtuali ciuitatis & episcopatus Placen. licentiam concedere vinum conducẽdi ad villas positas de subtus stratam pro suo victu vel causa vendendi ad minutum cum pœnitus careant vino præstita prius idonea securitate: φ dictum vinum taliter concessum non trahent nec trahere intendunt extra ciuitatem & districtum Placen. & etiam de hoc præstito sacramẽto. Et idem seruetur in aliis ciuibus & districtualibus ciuitatis & episcopatus Placen. stantibus in villis a strata romea supra seruata dicta forma statuti.

RVBRICA DE EODEM.

29 QVicunq; duxerit bestias de districtu alieno ad vẽdẽdũ in ciuitate Pl. & eas non vendiderit eas possit ducere & reducere ad domũ eius seu villam & locum vbi hitat impune sine molestia aliqua vel bolleta.

RVBRICA DE EODEM.

30 LIceat omnibus pergomaschis & aliis personis vndecunq; sint qui venerint in episcopatu Placen. causa pasculandi bestias & residentiam habẽdi sine aliquo impedimento finito pascuo cum bestiis exire de ipso episcopatu libere & ire vbicunq; voluerint habita licentia & bulleta & gabellam debitam persoluendo.

R. DE BLADO EMENDO ET VENDENDO.

31 SIquis merchator vel aliqua alia persona duxerit vel duci fecerit ad ciuitatem Placen. aliquas bestias cuiuscunq; conditionis existant quæ non sint de ciuitate vel districtu Plac. possint & debeant ipsas ducere extra ciuitatem Plac. & districtum cum licẽtia & bulleta soluendo gabellam & doanam debitam: seu pedagia gabellatoribus.

RVBRICA DE EODEM.

31 QVicunq; volens ducere bladum vel legumina in ciuitate Plac. de alieno districtu possit prædicta libere ducere: & impune non obstantibus aliquibus repressaliis gabellis seu datiis a quibus oibus sit absolutus. Et pdicta vendere teneat: & possit qcunq; voluerit in locis consuetis.

RVBRICA DE EODEM.

33 NVlli liceat emere bladum in ciuitate Placen. vel episcopatu causa reuendendi in poena centum soldorum: & amittat bladum & quilibet possit accusare habeat medietatem banni.

RVBRICA DE EODEM.

34 POtestas seu iudex victualiũ possit inqrere & procedere contra eos qui sunt infamati: & qui dicũtur reuenditores bladorum: & qui dicuntur ducere bladũ seu victualia extra districtum Plac. contra formã statutorum comunis Plac. & ipsos punire & condemnare secundum formam statutorum comunis Plac. summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii.

RVBRICA DE NON DEBENTIBVS EXCORIARE BESTIAS IN CIVITATE.

35 NVllus possit vel debeat excoriare vel excoriari facere aliquem equũ vel equã asinũ vel asinã vel aliquas alias bestias vel proiicere eas ĩ ciuitate seu fossatis nouis vel prope ipsa fossata per vnã balistratam in poena .xx. soldorum pro qualibet vice: & quilibet possit esse accusator & habeat medietatem banni & teneatur priuatus.

RVBRICA DE CALDERARIIS.

36 LIceat cuilibet & cuicunq; alii personæ ire ad mercata tam ciuitatis q̃ districtus Pla. quotiencunq; & quandocunq; voluerit cum opere suo & vtensilibus de ramo & ea vẽdere cuilibet volenti emere in eis mercatis impune. Et q; omnia vasa magna & parua & vascella & opera rami fiant de ramo cum osellis & aliis necessariis: excepto manicho qui possit esse de ferro põderis conuenientis vasello. Et q; signetur in manicho quanti ponderis sit ipse manichus: & hoc sub poena .xx. soldorũ pro quolibet vase seu opere: & teneatur potestas seu iudex victualium inquirere & circare singulis mensibus si in prædictis fuerit contrafactum. Et hæc omnia fiant non obstante aliquo statuto ferrariorum seu calderiorum vel alio prædictis contrario.

RVBRICA DE REVENDITORIBVS.

37 NEmo ex reuenditoribus vadat vel mittat obuiam alicui deferenti aliquas res comestibiles causa vẽdendi nec ab eis per se vel alium emat tali modo nec etiã ipsis reuenditoribus liceat in diebus mercati aliquid emere de prędictis in ipso merchato vel alibi in ciuitate vel suburbiis ante nonam nec ad domum ipsorum reuenditorum aliquid de prædictis facere portari ab ipsis venditoribus in pœna.xx.soldorum & amitendi res emptas. Et quilibet possit accusare & habeat medietatem banni & ipsarum rerum: & cridet hoc statutũ singulis mẽsibus ĩ platea maioris ecclesię:& ĩ platea burgi.

RVBRICA DE CANDELIS DE SEPO.

38 OMnes vendentes cãdelas de sepo teneantur ipsas facere de bono sepo sine assongia vel grassa porci bonas & legales ad sufficientiã. Ita q̃ hẽant stopinũ de bãbasio nouo & nõ possint accipere vltra.x.denarios pro libra in pœna & banno.v.soldorum pro qualibet libra & amittendi candelas. Et quilibet possit accusare & habeat medietatem banni. Et potestas seu iudex victualium faciat hoc statutum obseruari in pœna & banno.xxv. librarum quam pœnam incurrat ipso facto si secus duxerit faciendum.

RVBRICA DE EODEM.

39 TEneãtur candelarii & facientes seu vendentes candelas de sepo continue tenere,& habere ante stationem vel domos eorum ex ipsis candelis videlicet decem libras pro sexta q̃ a singulis videri possint & in dommo.xv.libras. Et si contrafecerint & reperte nõ fuerint in domo sua vel statione;condẽnentur pro qualibet vice in soldis.xx.Pla.& in amissione candelarũ.

RVBRICA DE PARATICIS.

40 NVllus paraticus fiat de nouo: quod si secus factum fuerit non valeat ipso iure. Et hoc non habeat locum in laborantibus seu operantibus lanam seu lanificium.

RVBRICA DE NVNDINIS.

41 NVndinę fiant singulis annis in principio mensis octobris in campis feriæ:& potestas teneatur per vnum mẽsem ante tempus ipsarum nundinarum cõsilium generale facere de modo, & forma faciendi ipsas nundinas. Et secundum q̃ ipsi consilio placuerit procedatur.

RVBRICA DE VICTVALIIS CONDVCENDIS TEMPORE NVNDINARVM.

42 QVilibet possit liberę & impune portare & portari facere:& conducere victualia cuiuscunq; conditionis sint ad quemlibet exercitum q̃ fieret in districtu vel extra districtũ Plac. per cõe Plac. absq; solutione

alicuius gabelle seu datii: vt in ipso exercitu maior abũdãtia victualiũ hẽatur.

RVBRICA DE FORNARIIS.

43 FOrnarii Placentiæ non possint pro coctura cuiuslibet starii panis vltra quinq; denarios accipere.

RVBRICA DE EODEM.

44 STatutum est antiquum ad refrenandum fraũdes quę quotidie comittuntur per fornarios circa officium eorum seu ministerium q; quilibet forniarius ciuitatis Placẽ. & districtus teneatur & debeat facere panem venalem bene coctum bene sasonatum ad pensam quæ assignabitur eis per dominum potestatem seu officialem deputatum: & si quis repertus fuerit tenere panem venalem minus ponderis vnius quarterii propterea nõ condemnetur. Et si minorem vnius quarterii supra vsq; in mediã onziam soluat pro banno. xii. denarios pro quolibet pane de minori dimidia onzia vsq; in vnam onziam duos soldos pro quolibet pane. Et de minore duabus onziis: & ab inde supra soluat pro banno quinq; soldos pro quolibet pane. Et prædicta locum habeant etiam in pane de tessera & in pane qui est in pasta super assidibus: in quibus casibus etiam amittant dictum panem. Saluo q; prædicta non habeant locum: nec possint condemnari si in vna coctã panis quæ est triũ stariorum non inueniuntur vltra octo panes in dictis ponderibus defectiui nisi defectus esset pro quolibet pane vltra vnam vnziam.

RVBRICA DE EODEM.

45 QVilibet furnarius teneatur & debeat facere panẽ venalem: vt decẽ est bene sasonatum & buratatũ & bene coctũ in laude iudicis seu officialis ad hoc deputati sub pœna. iii. sold. Placen. pro qualibet cocta & amissionis panis cocti tantum. Et hoc habeat locum: si dicti panes malę cocti sint vltra octo: pro qualibet cocta. Alioquin minime condemnentur.

RVBRICA DE EODEM.

46 TEneatur quilibet furnarius ciuitatis & districtus Placentiæ facere & coquere panem venalem de frumento prout ei præceptum fuerit seu præconizatum. Et qui contrafecerit soluat pro banno decem soldos Placentiæ pro qualibet vice. Et nihilominus dictum panem facere & coquere teneatur nulla defensione obstante.

RVBRICA DE EODEM.

47 QVilibet fornarius & fornaria teneatur ad reqsitionẽ officialis ad hoc deputati ostendere & manifestare totum panem venalem quem habet in domo vel extra domum; & si quis vel si qui repertus fuerit

habere

habere in domo sua vel alibi panem venalem vltra quem manifestauerit officiali condemnetur qualibet vice in.x.sold.Plac.& in amissione ipsius panis.

RVBRICA. DE EODEM.

48 APprobamus & cōfirmamus statuta infrascripta super fornariis edicta quorum tenor talis est. In nomine domini amen, anno ab incarnatione eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo secundo: indictione prima. Dominus manfredus consanonerius potestas Plac. volens prouidere publice vtilitati quantitate pastæ siue masse gramolate: quę de vno stario frumenti fieri potest & extimat. pōderis panis frumenti venalis: quæ fieri pōt ex illa massa inuestigare diligenter super quo efficiendo virum prouidum: & discretum dñū Ottonē de villano iudicē & assessorē suum. Et sex idoneos & discretos viros: & vnū consulem de quolibet paratico constituit atq; proposuit. qui mādatū & volūtatē ipsius potestatis fideliter exequētes & formā capituli intuētes in quo continetur q circa panis faciēda erāt facta ipsa circa secundū formā ipsius capituli primo & secūdo factis cōsideratione & rōne diminutionis siue calli: quod fit de pasta cruda ad panē coctum: & lucri etiam quod furnarii dicunt se habere debere quod est duorum denariorum & dimid. pro quolibet stario. Inuenerunt q starius frumenti est & esse debet in pasta bene gramolata ponderis.lxxviii.librarum & dimidie. Item inuenerunt q pasta cruda diminuitur siue calat in coctione septimum pondus.

Primo si sestarius frumenti valuerit .xxxvi. denar.impē.debet esse minuta panis in pasta ponderis.xxvi.vnziarum & .iiii.denar.pensi: quorum denar.pēsi.xxiiii.faciunt vnam vnziam. Et coctus esse debet deducto sex & dimidio.xxii.vnz.& .iii.denar.& dimidio de penso.

Item si sestarius frumenti valuerit.xxxvii.den.debet esse minuta panis in pasta ponderis.xxv.vnziarum & nouem denar.de penso: & coctus.xxi.vnz.& .xiii.denar.

Item si sestarius frumenti valuerit den.xxxviii.debet esse minuta panis in pasta ponderis vigintiquattuor vnz: & denar.xix. & coctus .xxi.vnz.minus medio denar.

Item si sestarius frumenti valuerit.xxxix.denar.debet esse minuta panis in pasta ponderis.xxiiii.onz.& quatuor denar.minus vna tertia: & coctus.xx.onz.x.den.& dimid.

Item si sestarius frumenti valuerit.xl.den.debet esse minuta panis in pasta ponderis.xxiii.onz.xiii.den.& quinta: & coctus.xx.onz.minus vno denar.& quarto.

Item si sestarius frumenti valuerit.xli.denar.debet esse minuta panis in pasta ponderis vigintiduarum vnz.vigintitres denarii & duo quinti pensi: & coct.xix.& xi.denar.

Item si sestarius frumenti valuerit.xlii.denar.debet esse minuta panis in pasta ponderis vigintiduarum vnciarum.decem.denar.minus tercia: & coctus xviii.vnz.

Item si sestarius frumenti valuerit.xliii.den.debet esse minuta panis in pasta ponderis xxi.vnz.xxii.denar.minus quarta: & coctus xviii.vnz.xxi.den.

minus quarta.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.xliiii. den.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis xxi.vnz.& denar.x.minus quinta:& coctus.xviii.vnz.& tres denar: minus quinta.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.xlv.denar.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis.xx.vnz.&.xxii.denar.& tertia:& coctus.xvii.vnz.& xvii. dena.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit xlvi.den.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis xx.vnz.xi. denar.& medio:& coctus xvii.vnz.& viii.denar.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.xlvii. den.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis xx.vnz.i.den.& coctus xvii.vnz.minus vno den.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.xlviii.den.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis xix.vnz.xv.denar.& coctus.xvi.vnz.& xiiii.& medio.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit xlix. den. debet eſſe minuta panis in paſta ponderis xix.vnz.& v.den.& coctus xvi.vnz.& den.vi.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.l.den.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis vnz.xviii.& xx.den.& coctus xv.vnz.& xxii.den.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.li. den. debet eſſe minuta panis in paſta ponderis vnz.xviii.x.den.& coctus vnz.xv.& den.xiiii.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.lii.den.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis xviii.vnz.iii.den.minus quarta:& coctus xv.vnz.x.den.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.liii.denar.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis decem & ſeptem vnciarum xix.denar.& medi. & coctus quindecim & vnus denarius.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit quinquaginta & quatuor denar. debet eſſe minuta panis in paſta ponderis.xvii. vnciarum & ix.denar. & med. & coctus vnz.xiiii.& xvii. denar.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.lv.den.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis xvii.onz.& iii. denar.& coctus xiiii.& med.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.lvi.den.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis.xvi.onz.xx.den.minus tertia & coctus.xiiii.onz.& denar.vi.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.lvii.den.debet eſſe minuta panis in paſta ponderis.xv.onz.xiiii.denar.minus tertia & coctus xiiii.onz.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit. lviii. denar. debet eſſe minuta panis in paſta ponderis.xv.onz.iii.den.& med.& coctus.xiii.onz.&.xvi.denar.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit.lix.denar.debet eſſet minuta panis in paſta ponderis.xiiii.onz. & xxiii.denar.& vna quinta:& coctus xii.&med.

Item ſi ſeſtarius frumenti valuerit ſexaginta denar. debet eſſe minuta panis in paſta ponderis quatuordecim onz.& denar.nouem minus quinta,& coctus tredecim onz.

Item approbamus ſtatuta infraſcripta tenoris infraſcripti.

Item repetitur ꝙ panis roſetus qui dicitur integratus debet eſſe de pane albo bene gramolato vt fornarii dixerunt.

Item repertum eſt per prędictos fornarios: ꝙ panis factus de ſedario debet eſſe maior quam panis integratus quatuor onziarum.

Itẽ repertur ꝙ fornarii poſſint & debeát dare.xlix.panes de teſera pro quolibet ſeſtario:quorũ quilibet debet eſſe in paſta bene gramolata pōderis.xviii onz.&

onz.& coctus debet esse ponderis.xv.& med minus vno denario pensi.

Item statuit & decreuit q quilibet fornarius proprio sigillo in quo sit nomen & pronomen ipsius fornarii signet & sigillet singulos panes venales: ita q quilibet panis cuiuslibet fornarii possit cognosci a quo factus fuerit. Et q cõtrafecerit soluat comuni pro banno sold. v. & nihilominus sigillet pdicta.

Item statutum ẽ q ptãs teneatur concedere & concedat fornariis Placẽ. & districtus illum callum q fornarii habebant & soliti erãt habere pro callo ante potestariam seu regimen domini manfredi cõfanonerii.s.sexta & dimidia.

Item statutum est q rectores siue potestas teneatur facere fieri circam de blaua seu frumento secundum modum consuetum:& secũdum q iurauerint dictam blauam exire det & dare debeat pẽsum ipsis fornariis secundum q in statutis comunis continetur.

Et hoc infra duos menses ab introitu sui regimini si ei per dictos fornar. fuerit requisitum.

RVBR. DE POENA AFFAITANTIVM VINVM IN PLATEA MAIORIS ECCLESIAE.

49 NVllus possit vel debeat affaitare vinum aliquod vel facere affaitari: in platea maioris ecclesiæ seu in aliquo loco publico ciuitatis Pla. in quo ducatur causa vendendi aliquo modo in poena amissionis vini illius cuius fuerit vinum ipsum. Et quilibet possit accusare:& habeat medietatem banni & vini. Quod statutum teneatur potestas qualibet estate semel in mense in platea maioris ecclesiæ publice facere cridari in die merchati vini.

RVBRICA DE INQVISITIONE FIENDA CONTRA HABENTES BESTIAS PRO CASEO CONSIGNANDO.

50 POtestas seu iudex victualiũ possit & teneatur post.xv. dies ab introitu sui regiminis inquirere contra quãlibet personam diffamatã: quæ faceret caneuam de caseo & carnibus porchorũ sallatis: & ab ea accipere bonam satisdationem de non faciendo dictam caneuam: & si inuenerit aliquem caneuam facientem de prædictis debeat eum punire in decem libris & amissione rerum & intelligatur quilibet ex prædictis diffamatus caneuam facare in cuius domo vel alibi ad eius postulationem reperiatur habere vltra quinq; centenaria casei:& vltra.x.centenaria carnium salatarum.

RVBRICA DE CASEO ET C.

51 ADhoc vt copia casei i ciuitate Pla.hẽatur.statuimus q ptãs seu iudex ad hoc deputatus faciat diligenter in qsitionẽ oĩ anno:& maxime de mẽse martii de oibus & singulis tã ciuibus q forẽsibus vel districtualibus vndecũq; sint hñtibus seu tenẽtibus in ciuitate Pla.vel districtu oues ab vno trecentenario supra:& vacchas a.v.vacchis supra: q oues & vacche sint a lacte ex quarũ lacte fit caseus: q inquisitio fiat hoc modo videlicet q iudex p

ſonaliter occulta fide inquirat & videat omnes prædictos habentes & tenen/tes dictas beſtias in ciuitate Plac. vel infra confinia omni modo quomelius & dilugẽtius fieri poterit: & ꝙ mittat per conſules oium villarũ & locorũ diſtrictus Plac. vbi dictæ beſtiæ ſunt vel eſſe ſeu paſculari conſueuerunt cum aliquibus ex vicinis ipſarum villarum & locorum prout de ipſis vicinis videbitur inſpecta qualitate locorũ. Et ab eis inquirat per ſacramẽtũ ſub pęna .xxv. libr. & pluriũ prout ſibi videbitur de oibus hñtibus ipſas beſtias & q̃titate & nu/mero ipſorum: & faciat ſcribi in actis per notarium nõa habentiũ & tenẽtium ipſas beſtias & numerum & q̃titatẽ ipſarũ beſtiarũ & loca vbi ſunt ſeu cuſto/diũtur & tenẽtur qbus factis reqrat & reqri faciat oẽs tã ciues q̃ diſtrictuales q̃ alios extraneos vndecunq; ſint hñtes dictas beſtias a dcõ numero ſupra ꝙ cõpareant pſonaliter corã eo: & ipſos cogat oibus remediis iuris p ſcaſm ſub certa poena prout ſibi videbitur manifeſtare oẽs beſtias & numerũ ipſaꝝ: & loca vbi tenentur & cuſtodiũtur dictæ beſtię: & nihiloius cogat quẽlibet prędictorũ præſtare idoneã ſecuritatẽ de cõducẽdis & cõſignãdis Plac. corã ipſo totũ caſeũ eis impoſitũ vel imponẽdũ iuxta numerũ ipſarũ beſtiarũ ſecundũ taxationẽ infraſcriptã: quæ conſignatio ſic fiat videlicet ꝙ qlibet ipſum caſeũ duci vel vehi faciat in plateã cõis Plac. tpibus & quantitatibus infra ordinatis & taxatis & eũ pręſentet corã iudice. Et ipſum caſeũ faciat ſcribi dictus iudex vel officialis ſecundum ꝙ conſignabitur & ſcribatur nomen conſignantis: & dies & quantitates caſei conſignati & tunc iudex interroget conſignantem ſi vult illum caſeum incontinenti vendere vel in domo aliqua gubernare & ſi di/xerit velle vendere vendat cui vult ſeruato modo infraſcripto: & ſi dicat ſe velle gubernare in aliqua domo ſcribatur domus: & ille apud quem dictus ca/ſeus gubernatur & ipſius caſei qualitas & q̃titas. Hoc videlicet obſeruãdo ꝙ dictus caſeus conſignatus: ſiue ſit gubernatus ſiue non vt prędicitur non ven/datur alicui ſine conſenſu & licentia iudicis & officialis ad hoc deputati: & ꝙ ſcribatur in actis ipſius iudicis in vno libro ad hoc ſpecialiter deputato: nomẽ emptoris & venditoris & dies venditionis: & quantitas caſei venditi. Qui iu/dex poſſit & debeat de ipſo conſignato caſeo: & gubernato facere pſentari iu/xta q̃titem quæ ſibi videbitur & publi. vendi in platea cõis ad hoc vt eo indi/gentes emere poſſint abſq; aliqua difficultate. Statuentes etiam ꝙ nullus ci/uis vel diſtrictualis Pacẽ. audeat vel præſumat aliquem qui non ſit de ciuita/te Placentię vel diſtrictu ex prædictis habentibus ſeu cuſtodientibus ipſas be/ſtias in domo vel caſſina ſeu albergare receptare vel tenere vltra .v. dies niſi ꝙ videat ꝙ ipſe habeat bulletam: ſicut ipſe dedit ſecuritatem prædictam de di/cto caſeo conſignando. In poena .xxv. librarum cuilibet contra prædicta tenẽ/ti & receptanti: & vt prædicta fiant abſq; fraude: volumus ꝙ de prædictis cõ/ſignatione & numero beſtiarum: & nominibus habentium vel tenentium ip/ſas beſtias & impoſitione caſei prælibati fiant duo libri: quorũ vnus ſtet poe/nes camerarium comunis Placen. prædicta omnia & ſingula teneatur pote/ſtas: & quilibet iudex ad hoc deputatus præciſe attendere & obſeruare in poe/na & ſub pęna .c. librar. ptãti & iudici .xxv. libr. Pla. qualibet vice q̃ incurrãt ip/ſo facto ſi prædicta per eos & quẽlibet eorũ non fuerint obſeruata. Et inſu/per cridetur omni anno per ciuitatem & merchata diſtrictus Placẽ. ꝙ omnes prædicti habentes dictas beſtias compareant coram dicto officiali ad manife

ſtandum

standũ dictas bestias & loca vbi tenentur: & ad dandum dictam securitatẽ: & ꝙ nullus debeat eos albergare nisi prædicta securitas detur vt superius continetur. Eo addito ꝙ dicti consules & vicini nihil teneãtur soluere notario pro dicta inquisitione vel dictis eorũ: & qui notarii nõ possint accipere pro dicta securitate & bulleta: quam facient de securitate prædicta vltra sex denarios pro qualibet securitate simul cum bulleta: quæ taxatio secundum quã dictus caseus debet vt prædicitur consignari fit hoc modo videlicet ꝙ ex quolibet trecentenario ouium de lactę: & ex quarum lactę fit caseus: teneatur quilibet habẽs dictas oues cõsignare & præsentare coram iudice victualium in platea comunis Plac. vnum centenarium boni & sani casei quolibet mense videlicet de mense aprilis madii & iunii: de mẽse vero iulii medium cẽtenariũ pro quolibet trecẽtenario. Et prędictum ordinem volumus obseruari in quolibet habente vacchas de lactę qui teneatur pro quibuslibet sex vacchis de lactę cõsignare dictis mensibus tantũ caseum quantũ diximus in quolibet trecentenario ouiũ: Quę sex vacche pro vno trecentenario ouiũ in hoc casu reputamus.

Et prædicta obseruentur quamdiu in dictis mensibus dictæ oues & vacche fecerint in ciuitate Plac. vel episcopatu. Quam consignationem prædicti facere teneantur prædictis singulis mensibus in pœna .x. librarum Placentiæ qualibet vice qua contrafactum fuerit: & ad prædicta nihilominus prędicti omnes teneantur.

RVBRICA DE SALE.

52 ELligatur vnus iudex forensis omni anno qui sit super gabella salis per comune Plac. cum salario & familia competenti prout videbitur consilio generali & cuius officium duret tantum per vnum. Et qui iuret in pręsentia potestatis suum officium exercere legaliter: & obseruare statuta & prouisiones facta & fiẽda circa gabellam salis: & qui finito officio teneatur stare per octo dies ad sindicatum: cuius sindicatores eligantur in consilio generali: & sint tres quorũ vnus sit iudex: & alius notarius & alius laicus: & q iudex moretur per se in vna domo sibi per comune assignanda.

RVBRICA DE EODEM.

53 QVotiens fiet sal in salso per comune Plac. eligantur tres massarii boni viri ciues Placẽtini sciẽtes legere & scribere per ipsum comune: quorum officium duret per annum tantum cum salario competenti eis & cuilibet eorũ per cõe Plac. statuendo qui iurent & ẽt satisdent de eorum officio fideliter exercendo. Quorum vnus stet in salso continue ad faciendum fieri salem: & alia necessaria circa ipsum salem, & circa prædicta faciat expen. de denariis quos recipiet de sale de salso qui ibi vendetur in villis & locis secũdum ordinationem comunis Plac. vel de pręcia quæ ad hoc deputabitur per ipsum comune: in quibus rebus fiendis dictus massarius procedat & faciat de consilio & consensu iudicis salis: & aliorum sapientum ad hoc electorum per comune Plac. dę quibus infra fit mentio: & alii duo massarii stent in ciuitate Plac. ad gabellam salis; qui recipiant salem; qui mittetur a loco salsi: & ipsum

ſalem vendant in ipſa gabella:& in pecunia inde recipiant & ſcribant per ordinem introitum & exitum dicti ſalis:in qua gabella ſalis comunis Placen. ſit & eſſe debeat vnus diſchus magnus orlatus: in quo quolibet die ponatur ſal ex ſale gabellę vſq; in quantitatem quæ videbitur ipſis maſſariis ſeu illis ſapientibus qui pro temporibus erunt ſuper gabella ſalis per menſuratores ſalis & hoc ſcribatur quolibet die per notar. qui ibi fuerit per comune Plac. in vno libro ad hoc ſpetialiter deputato: & etiã in alio libro pro ſe ſcribatur per ipſos maſſarios ſeu per ſapientes prędictos: & poſtmodũ ex ſale exiſtente ſuper ipſo diſco detur & vendatur cuilibet emere volenti ad groſſum ad minutum: & ſcribatur per ipſos maſſarios ſingulis diebus pecunia quæ recipiet ex vẽditione dicti ſalis:& vt ſciatur ratio:ſal exiſtens ſuper ipſo diſco nõ ponatur ſal ibi: nec vendatur:donec venditum fuerit ſal poſitum in dicto diſco. Et ſit etiam in ipſa gabella vnus ſcrineus ſiue capſa:firmus & bene munitus cũ tribus bonis clauaturis: vna quarum clauium ſtet penes camerarium comunis Placen. alia penes iudicem ſalis: & alia penes dictos maſſarios: in quo ſchrineo vel capſa ſit deſuper vna feſſura per quã in dicto ſchrineo vel capſa poſſent poni omnes denarii:qui percipientur ex dicto ſale. Inſuper elligantur per comune Plac. tres boni viri qui ſciãt ſcribere & legere: qui ſint cum ipſo iudice & maſſariis prælibatis ad conſulendum & ad dãdum auxilium & fauorem in oĩbus quæ fuerint fienda pro bono cõis circa ipſum ſalem tam in ciuitate Pla. q̃ in loco ſalſi. Et qui teneantur vnaa cum dicto iudice: quibuſlibet duobus mẽſibus ad minus ire ad locum ſalſi expen. cõis: ad videndum ſalinas: domos putheos: & quid agitur per maſſarium exiſtentem in ſalſo: & ad videndum examinandum & leuandum rationem maſſarii ſalſi: & ad omnia faciendum & ordinandum circa ſalem quæ fuerint neceſſaria & vtilia: quorum ſapientum officium duret per annum: & quilibet eorum habeat omni mẽſe pro ſuo ſalario .xx. ſoldos a comuni: & dicti ſalarii ſolutionem habeant in gabellis ſalis: dicti vero duo maſſarii Plac. exiſtentes: teneantur quolibet menſe reddere rationem dictis iudici & tribus ſapientibus & camerario comunis Plac. ſimul & coniunctim tam de ſale recepto quam de denariis habitis ſolutis quam etiam de pecunia recepta pro condemnationibus dicti ſalis. Qua ratione redacta pecunia quæ fuerit penes ipſos maſſarios occaſione dicti ſalis tradatur & conſignetur per ipſos maſſarios camerario prælibato. Adiicientes quod maſſarii dicti ſalis non poſſint expendere vel ſoluere aliquod de pecunia habita de dicto ſale: niſi in his: & circa ea: quæ pertinent ad expeditionem dicti ſalis: & eius officii.

RVBRICA DE EODEM.

54 NVllus portet vel portari vel vehi faciat ſalẽ groſſum in ciuitate Pla. vel diſtrictus abſq; licentia comunis Pla. In pęna .xxv. libra. pro qualibet vice: & amittendi ipſum ſalẽ & animalia deferentia ipſũ ſalẽ.

RVBRICA DE EODEM.

55 NEmo præſumat habere vel tenere ſalem groſſum in ciuitate Plac. vel diſtrictu abſq; licentia comunis Plac. in pœna centum ſoldorũ ſi fuerit ſal minus vno ſtopello. Et ſi fuerit plus vno ſtopello vſq;

ad vnam minam in poena decem librarum: & si fuerit ab inde supra in poena vigintiquinq; librarum.

RVBRICA DE EODEM.

56 QVicunq; duxerit portauerit seu portari vel deferri fecerit salem minutum per ciuitatem Plac. vel districtum causa vendendi: & repertum fuerit vendere vel vendisse salem: si fuerit minus duobus stopellis: condemnetur in sexaginta soldis pro qualibet vice. Et si fuerit plus duobus stopellis vsq; in vno quartario condemnetur in centum soldis. Et si fuerit ab inde supra in .x. libris. Eodem modo condẽnentur omnes ementes dictũ salẽ.

RVBRICA DE EODEM.

57 REceptatores portatitium salem grossum vel minutum contra statuta comunis Placen. condemnetur pro qualibet vice quilibet eorum in decem libris.

RVBRICA DE EODEM.

58 SI sal grossus vel minutus fuerit venditus contra statuta & ordinamẽta comunis ædicta super sale in aliqua villa vel loco districtus Placentiæ: condemnetur ipsa villa vel locus si fuerit a centum focolaris supra in in .xxv. libr. Placent. & si fuerit a quinquaginta focolaris supra vsq; in centũ in decem libris. Et si fuerit a .xii. focolaris supra vsq; in .l. condemnetur in centum soldis: & si fuerit a duodecim focolaris infra in .xl. soldis ad quam condemnationem teneantur nobiles habitantes in dictis villis. Sed ad ipsos pupilli & viduæ minime teneantur: & prædictæ poenæ locum habeant si vendit. fuerit in ipsis villis vnus sextarius salis & abinde supra. Et si fuerit vendit. ab vno sextario salis infra condemnetur solummodo ad medietatem dictarum poenarum.

RVBRICA DE EODEM.

59 OMnes mulieres quę fecerint contra statuta salis et si non soluerint condemnationes de eis factas infra secundam diem fustigentur per ciuitatem: postea dimittantur.

RVBRICA DE EODEM.

60 QVilibet possit accusare facientes contra statuta comunis ędita super sale: & si condemnatur quę ob hoc fient si fuerint decem vel abinde infra habeat tertiam partem accusator. Et si fuerit a .x. libris supra habeat solummodo quartam partem.

RVBRICA DE EODEM.

61 POssit iudex ad officiũ salis deputatus cogere remediis iuris oẽs villas & loca districtus Pla. dare securitatem ciuem Placẽ. idoneum de accipiẽdo salem iuxta impositionem eis impositam vel imponendam: quę securitas quolibet anno renouare: & possit circa officium suum procedere cõtra facientes contra statuta & ordinamenta cõis edita super sale per accusationem: inquisitionem vel denũciationem summarie: & de plano absq; figura & strepitu iudicii: diebus feriatis & non feriatis. Cui iudici ptãs & quilibet officialis cõis Pla. teneantur dare auxilium consilium & fauorem: quotiens per eũ fuerint requisiti ad dictum suum officium effectualiter exequẽdum: & qui iudex salis possit affidare & absoluere a penis statutorum salis: illos qui accusauerint & probauerint legitimę aliquem fecisse contra statuta super salę edita.

RVBRICA DE SALE.

62 IVdex ad officium salis deputatus teneatur obseruare statuta & reformationes factas & fiendas per cõe Plac. & maxime occasione salis: in poena xxv. libr. qua pro qualibet vice qui contradixerit incurrat ipso facto.

RVBRICA DE EODEM.

63 SI aliquis massarius deputaretur per comune Placen. ad vendendum salem in aliquo loco vel villa districtus Placen. preterquam in loco salsi teneatur dictus massarius quolibet mense reddere rationem suę administrationis massarius gabellæ comunis Placentiæ deputatis.

VIllæ quę non habitantur propter salem non condemnentur sed quãdo fuerint habitatę imponatur ei sal secundum focolaria quæ habebunt. Et si quæ condemnationes factæ sint: vel fient de dictis villis eo tempore: quo non erant: vel non fuerant habitatę: dictæ condemnationes sint cassę & non valeant ipso iure nec executioni valeant demandari.

RVBRICA DE EODEM.

64 TEneatur iudex gabellę salis inquirere & cogere omnes & singulas personas in districtu Placentiæ habitantes quę non acceperint salem cum villis & locis districtus Plac. & quæ tenentur accipere salem a comuni Placen. præstare idoneos fideiussores de dicto sale accipiendo tam pro se quã pro animalibus suis; secundum q eis impositum est vel imponetur.

RVBRICA DE EODEM.

65 NVllus impediat officium iudicis gabellę salis seu nunciorũ eius siue in cercando salẽ prohibitũ siue quouis modo in poena: centũ sold. pro qualibet vice qua fuerit probatum aliquem dictum officiũ impedire.

RVBRICA DE EODEM.

66 HAbeat iudex salis potestatem capiendi in personis & rebus quemlibet hominem maiorem vigintiquinque annorum: qui sit de villa vel loco quæ non acceperit salem vel quæ fecerit contra statuta salis.

RVBRICA DE EODEM.

67 IVdex gabelle salis neminem valeat cōdemnare nisi primo data sibi defensione ad minus octo dierum: quod si secus fecerit condemnatio nō valeat ipso iure.

RVBRICA DE EODEM.

68 NVllus ducens salem ad ciuitatem Plac. postquam sal fuerit in ipsa ciuitate audeat eum descargare vel ponere in aliqua domo ipsius ciuitatis: nisi in gabella salis vel nisi de licentia cōis Placē. seu officialium ad hoc deputatorum in poena decem librarum. Et qui talem allogiauerit vel receptauerit in ciuitate Placen. condemnetur in centum soldis.

RVBRICA DE EODEM.

69 CVilibet liceat capere & detinere & in fortia comunis Plac. ducere omnes ducentes salem contra statuta & prouisiones cōis Placen. Et qui tales ceperit teneatur ipsos præsentare in fortia potestatis & comunis Placen. seu iudicis salis infra tertiam diem in poena centum soldorum: & nihilominus ad prædicta teneatur.

RVBRICA DE EODEM.

70 OMnes & singuli potestates & rectores & homines cuiuslibet loci: seu villæ & ipsi loci & villæ teneantur toto posse præstare auxilium & fauorem cuilibet volenti capere vel detinere quoslibet ducentes seu vendentes vel ementes salem in districtu Placentiæ contra statuta & ordinamenta ipsius comunis edicta super sale in poena ipsi villæ seu loco centum soldorum: & singulari personæ soldos viginti.

RVBRICA DE EODEM.

71 IN libro statutorum antiquorum cōis Placē. edictorum super sale tale statutum & reformatio quam approbamus reperitur: millesimo ducētesimo septuagesimo quinto: indictione quinta de mense februarii. Statutum est & ordinatum per emendatores ordinatos de voluntate consilii generalis societatis mercatorum & paraticorum ciuitatis Plac. omnes in concordia & vnanimiter: quod reformatio facta tempore domini Monaci de malchapitis olim capitanei societatis mercatorum & paraticorum ciuitatis Placen. super societate & fraternitate facta cum Obertino botto de Alexandria: Aledansia de ansaldo eius nepote: & Iacobo de Agino: & Ianegallo fratre eiusdē Iacobi:

N iii

& fratrem Guilielmum de viculo notarium comunis Plac. super quadam vena salmore siue puteo inuento per prædictos in loco salsi maioris vel pertinentiis ponatur in statutis comunis Plac. & pro statuto ipsa reformatio habeatur & obseruetur: Et capitaneus & potestas præcise & sine tenere teneãtur ipsam reformationem poni facere in statutis societatis prædictæ: & in libro statutorum comunis Pla. & ipsam reformationem poni facere etiam & per omnia obseruare: Quę reformatio scripta fuit per Reuellum de breno notarium cuius reformationis continentia hic subsequitur scripta est. M.cc.lxxv. indictione quarta: die mercurii. xiiii. mensis nouembris in generali consilio societatis mercatorum & paraticorum congregato sono tubæ & pręcon. vocibus in palatio domini Monaci de mascharíis capitanei solito more de mandato ipsius coram consiliariis de dicto consilio: dictus dominus capitaneus legi fecit prouisionem factã in consilio sapientũ: quæ talis est: cũ Albertinus bottus de Alexandria: & Ansaldus eius nepos: & Iacobus de agino ianelauus eiusdẽ Iacobi: Frãciscus de salso eorũ labore & industria inuenerunt quãdã venã morre seu aquæ sallinę super quadã pecia terræ cultæ positæ in territorio salsi maioris: cui cohęret ab vna parte flumen arengiæ ab alia fossatũ seu sorbriorius factus per comune Placentiæ occasione putei episcopi ab alia via: qua itur ad salsum vulgari ad brugnellam ab alia hęredũ quondã Amirate: quam terram quiete & sine molestia possidebant & possederunt suprascripti Obertinus: & bottus eius frater & prout dictus Ansaldus: & ipse ansaldus per .xx. annos proximę præteritos & plures & ad dictam venam & terram circunstantẽ associauerũt cõe Placẽ. seu fratrem Guilielmum de viculo pro ipso comuni & super eo & & puteo super eo facien. & manutenen. fraternitatem: & comunitatem: cum dicto fratre & comuni: & ipso comuni contraxerunt & fecerũt: Et in conuentione seu fraternitate prædicta continetur: ꝙ comune Placen. & homines suprascripti ad inuicem teneantur comuniter ab omni persona defendere & expedire perpetuo ad omnem vtilitatem partium prædictarum & sapientũ vere reformat. fit per consilium mercatorum & paraticorum & per consiliũ comunis Plac. ꝙ ipse fratęr Guilielmus pro comuni & ipsum comune capiat tenutam & possessionem dicti putei super dicta vena facti: nunc omnium puteorum & salinarum & morrarum territorii & ipsarum tenutam & possessionem manutenere & defendere salua societate prædicta: & iure omnium prædictorum. Quia oĩa spetialiter per industriam omnium prædictorum cõe prædictum est valde melioratum: & magna vtilitate acquisitum: & iterum domino concedente ex similibus suprascripti cõis homines & multorũ magnat. & aliorum hominum odium ceperunt nomin. & iniuriam prædictorũ: & qui vellẽt ꝙ omnes prædicti prædicta trãctassent & cũ eis fecissent quæ cum prædicto comuni fecerunt quam si fecisset in leue damnum & detrimentum cõis prædicti fuisset: ac propter odium & iniuriam prædictam lites multæ a prædictis eorum ęmulorũ: & inuidiis: ac etiam aliis ipsorum instigatione informantur eisdem. Et inde ęnormaliter molestare: Supplicãt vobis domino capitaneo & sapientibus mercatorum & paraticorum ciuitatis Plac. quatenus hominibus vestris in facto prædicto: & fructibus ipsius eorum indemniate & nostram seu comunis vtilitatem conseruandam & in bonum exemplum vt ipsi & alii mittentur ad circandum & faciendum bonum & vtilitatę comunis Pla. & spe

tialiter ſimiles venas inuenieo, taliter dignemini prouidere: ꝙ ipſi Obertinus & hꝫredes eorum ſecundum ſocietatem & fraternitatem prædictam & conuētionem poſſint poſſeſſionem & tenutam eorum partis quam habent ſeu tenent cum comuni quiete manutenere & poſſidere & ſpetialiter reformando per noſtrum conſilium: ꝙ ita perpetuo manuteneatur & defendatur in eorū dicta parte putei ſupraſcripti & terrę prędictę: quemadmodum comune Pla. in ſua parte & maxime capitulo ſeu ſtatuto non obſtante: & nō obſtantibus litibus ſupraſcriptis pendentibus ad dictam comunionem factam cum comuni & fratre prædicto quiete tenebant & poſſidebant dictam terram. Super quibus dictus dominus capitaneus conſilium poſtulauit in cuius conſilii ſapientum reformatione facto partito per dictum capitaneum placuit omnibus ꝙ petita ſupraſcripta admitterentur in totū & ſine firma: & ſi contingeret Obertinum bottum & nepotem; Iacobum aginum & fratrem ſupraſcriptos neceſſe habere pecuniam cauſa defendendi & manutenendi putheum quem inuenerunt: & de eo quod fuit pactum cum fratre ſupraſcripto Guielmo vel cauſa inueniendi alias venas pro vtilitate comunis Pla. & poſſint eorum ius obligare: dummtamen ius comunis ſit ſaluum: nec propter hoc iuri ſeu pacto comunis poſſit in aliquo derogari.

RVBRICA DE EODEM.

72 ITem ſtatutū & ordinatum eſt antiquitus ꝙ poteſtas teneatur infra duos menſes ab introitu ſui regiminis diligenter inquirere & curare ſi pacta & conuentiones fact. per dictum fratrem guielmum nomine comunis & dictos obertinū & ſocios firmiter & itegre fuerint obſeruat. per dictos obertinum & ſocios & eorum hꝫredes: & ſi inuenerint ꝙ ipſa non fuerint integre obſeruata procedatur contra eos ad pœnam ab eis auferendam in quantum poterit de iure ſecundum pacta & conuentiones initas ſeu factas in inſtrumento dictæ ſocietatis & fraternitatis.

RVBRICA DE EODEM.

73 ITem reperitur in dicto libro ſtatutorum ſtatutum infraſcriptum quod approbamus: cuius forma talis eſt. Item prouiderunt ꝙ nulla perſona ſeu vniuerſitas vel collegium poſſit nec debeat in epiſcopatu Placentiæ ſeu diſtrictu fodere ſeu fodi facere aliquem putheum ſalline ſine fouea. Et ꝙ poteſtas & rector & eorum familiæ teneantur illud prohibere ne fiat toto eorum poſſe: etiam de facto niſi illud fieri faceret vel fieret per comune Placentiæ vel de voluntate comunis.

RVBRICA DE EODEM.

74 IVdex ſalis vnaa cum camerario comunis & vicario poteſtatis ſingulis duobus menſibus examinare teneantur & videre diligenter menſuras ſalis: qui venditur per comitatē Placē. ad gabellam ſalis: & ſi inuenerint eas eſſe non rectas faciant eas retificari: & nihilominus puniantur vtentes

eis secundum iura & statuta comunis Placentiæ.

RVBRICA DE EODEM.

75 ITem reperitur in dicto libro statutorũ statutum infrascriptum:quod approbamus:cuius tenor talis est, Item statuerũt q̧ potestas seu iudex salis teneatur præcise & sine tenore infra duos menses ab introitu sui reginnis circare & inquirere illos qui detinent vel tenent seu tenuerunt puteos seu fontes salinarum de salso de castello & montarzolo vallis ciaane: & compellere & constringere illos qui inuenerint tenere & tenuisse a triginta annis citra ad soluendum comuni Plac. fictum seu reditum seu censum ad prædictam præscriptionem compellantur prout in dicto registro continetur. Et præsens statutum sit præcisum in qualibet parti sui actum. M. ccc. lxxviii.

RVBRICA DE EODEM.

76 NVlli liceat vti vel habere in ciuitate Placẽ. vel districtu aliquem salem quam de gabella seu gabellatoribus comunis Placen. Alioquin si probatum fuerit aliquem fecisse contra prædicta: soluat pro banno comuni Placen. xl. soldos pro quolibet stopello. Et quilibet possit accusare: medietas cuius banni sit accusatoris: & alia sit comunis.

RVBRICA DE EODEM.

77 NVllus sine licentia comunis deferat salem minutum ab aliquibus locis qui non sit de ciuitate Placen. vel episcopatu ad ipsam ciuitatem Plac. vel districtum in pœna centum soldorum Plac. si fuerit vna mina vel abinde infra: & si fuerit ab vna mina supra vsq; in vnum starium decem libras Placen. Et si ab vno stario supra vltra prædictam pœnam condemnetur in quolibet stopello salis quod fuerit vltra vnum starium. xx. soldos.

RVBRICA DE EODEM.

78 NEmo deferat vel deferri salem grossum vel minutum extra districtũ Placen. sine licentia ipsius communis in pœna. xxv. libra. & amittendi ipsum & bestias & res deferentes ipsum salem.

RVBRICA DE EODEM.

79 STatuimus q̧ nullus ex illis qui faciunt vel fieri faciunt salẽ in salso possint vẽdere donare vel mutuare salem alicui in fraudem gabellæ comunis Placen. Et nullus ibi accipiat salem quoquo modo nisi illis quibus est concessum: hoc in pœna. x. librarum Placen. pro qualibet vice.

RVBRICA DE INCIDENTIBVS LIGNA.

Quilibet

80 QVilibet possit incidere ligna in districtu Plac. causa vendendi & vendere & facere fassos lignorum ad suam volūtatem dummodo ligna quę vendentur sint longitudinis .iiii. brachiorum & dimidio ad minus & fassi lignorum debeant esse ad minus pro grossitudine de super versus calzum .ii. brachiorum in stroppa. Et versus cimas vnius brachii: & dimidii in stroppa. Et qui contrafecerit condemnetur pro quolibet fasso lignorum in sex denariis: & quilibet possit ducere & vendere arbores ad suā voluntatē.

RVBRICA DE VICTVALIBVS.

81 IVdex victualium eligat de consilio sapientū negotiis comunis Pla. præsidentium: quotiens opus fuerit sex bonos viros ciuitatis Pla. vnum videlicet pro qualibet porta: qui vna cum dicto iudicę examinent inquirant & ordinent & scribi faciant quicquid eis videbitur expedire circa ipsa victualia tam in constituendo pretium victualium & artibus & rebus prout eis videbitur quam in aliis quæ pro meliori secundum diuersitatem temporum fuerint opportuna: quorum officium dictorum sex bonorum virorum duret per duos menses inter quos sapiētes sex non sit aliquis furnarius: tabernarius: becharius: formagiarius: seu piscator: nec aliquis qui sit de aliqua arte.

RVBRICA DE GABELLATORIBVS.

82 STatuimus q; iudex qui est vel pro tempore fuerit deputatus ad officium gabellarū habeat iurisdictionem tam contra gabellatores si excederent modum in exigendo ipsas gabellas q̄ contra debitores seu soluere debentes ipsas gabellas & contra eos seu super rebus: quæ dicerentur incidisse in commissum: & etiam inter ipsos gabellatores de omnibus quæstionibus & controuersiis quæ verterentur seu verti possent inter ipsos gabellatores occasione ipsarum gabellarum: super quibus omnibus & singulis possit cognoscere & procedere summarie nulla iuris seu statutorum obseruata solennitate: corā quo iudice possint accedere & allegare aduocati & procuratores non obstantibus aliquibus statutis prouisionibus reformationibus seu pactis edictis vel edendis in contrarium loquentibus: a quibus dicti aduocati & procuratores sint & intelligantur libere absoluti.

RVBRICA DE EODEM.

83 ITem statuerunt q; nullus gabellator doanæ, conductor seu emptor gabellarum comunis Plac. post sex menses a die quo compleuerit dictam emptionem conditionem vel locationem seu concessionem dictarū gabellarum seu fructuum & redituum ipsarum non possit petere exigere vel habere aliquid occasione dictarū gabellarū seu fructuum & redituū ipsarum ab aliqua persona: nec aliquem accusare occasione siue pretextu dictarum gabellarum seu fructuum & redituum ipsarum in pœna & banno centum soldorū & quicquid factum fuerit non valeat nec teneat ipso iure. Saluo q; prædicti gabellatores possint inter se agere petere: & vnus alteri rationē reddere occa

sione dictarum gabellarum siue fructuum & redituum.

RVBRICA DE EODEM.

84 POtestas seu iudex victualium possit cognoscere & terminare contrafacientes contra statuta & prouisiones comunis Placentiae super victualibus per denunciationem accusationem vel inquisitionem summarie & de plano sine figura & strepitu iudicii quocunque tempore feriato: & non feriato.

RVBRICA DE VICTVALIBVS.

85 POtestas & iudex victualium & quilibet eorum teneatur obseruare & inuiolabiliter obseruari facere oia statuta & prouisiones comunis Plac. factas & fiendas super victualibus. Quod si non fecerint vel prædicta ommiserint condemnatus sit ipso facto pro qualibet vice in centū libris Pla. & iudex in .xxv. libris Plac. pro qualibet vice.

RVBRICA DE VENDENTIBVS VINVM AD MINVTVM.

86 OMnes vendentes vinum ad minutum teneantur habere rectam & iustam bozolam in pœna centum soldorum Plac. pro qualibet bozola non recta & mensurare recte vinum ad ipsam rectam bozolam. Et quicunq; non mensurauerit rectæ vinum ad rectam bozolam soluat pro ban no qualibet vice decem soldos posito: q bozola sit recta ex quo ipsa mensuratio est recta q̄ bozola debeat esse .xii. onz. ad minus.

RVBRICA DE BECCHARIIS.

87 QVicunq; beccharius vel mazellator in beccharia vendiderit carnes porchorum fœminarū pro masculis: & carnes multonis vel ouis pro castrato gramegnosis & morbosas: condemnetur pro qualibet vice in .lx. soldis Placen. & amissione ipsarum carnium: & a quolibet valeat accusari: & accusator habeat medietatem banni: & vt castrati facilius cognosci possint teneantur dimittere in beccharia testiculos ad carnes multonis. Et insuper cogantur omnes: & singuli beccharii & vendentes carnes singulis mensibus sex: per officialem super victualibus deputatum iurare prædicta omnia attendere & obseruare.

RVBRICA DE EODEM.

88 ALiqui beccharii non teneant carnes porchorum masculorum cū carnibus porcharū fœminarū super vno bacho: nec porcharū castratarū in vno bancho: nec super eodē bancho teneant vltra duas carnes seu vltra duo genera carniū. Et si habuerint carnes per bochonos vēdāt ipsis tanquam pecudinas carnes. Saluo q hoc nō intelligatur in carnibus porcinis

vel bouinis. Et si quis contra prædicta vel aliquod prædictorum fecerit puniatur: pro qualibet vice in .xx. soldis Placen. & quilibet possit accusare: & habeat medietatem banni.

RVBRICA DE EODEM.

89 TEneantur becharii vendere omnes carnes ad pondus fiẽdum per bal lantias: & non per pesarolum: & habeant libras de ferro: bullatas bullo comunis Plac. & in qualibet libra sit vnus annulus ferreus. E si pondus fuerit duarum librarum sint ibi duo annuli ferrei. Et si trium librarum sint tres annuli ferrei: & sic vltra per ordinem ascendendo vsq; in quindecim libris. In pœna viginti soldorum Plac. cuilibet bechario pro qualibet vice qua fuerit contrafactum.

RVBRICA DE EODEM.

90 POtestas & iudex victualium teneantur bis in anno cõuocare & habere duos sapientes pro qualibet porta: inter quos nõ sit aliquis becharius vel fornarius: videlicet post pascha resurrectionis domini ante lapsum .xv. dierũ qui examinent probationem factã: & calmerio per eos secundũ q̃ debeant vendi carnes per becharios pro qualibet libra a festo resurrectionis domini vsq; festum sancti Michaelis. Item cõuocare & habere totidẽ sapientes pro qualibet porta post festum sancti Michaelis ante lapsum quindecim dierũ qui examinent facta probatione & calmõ per eos qualiter debeant vẽdi carnes: & quo prætio pro qualibet libra per becharios a dicto festo sancti Michaelis vsq; ad introitum quadragesimæ. Et secundum q̃ dei sapientes ordinauerint dicti becharii teneantur vendere ipsas carnes ad pondus in pœna in statutis comunis Plac. compræhensa & facta dicta examinatione & taxatione: tunc hoc statutum præconizetur per ciuitatem Plac. ad hoc vt nullus valeat ignorare eodem modo: fiat conuocatio & examinatio: & probatio per dictos sapientes & taxatio: & dictis temporibus super statuendo prætio caseo: mascharpis: lardo: & carnibus salatis. Et hoc etiam eodem modo præconizetur.

RVBRICA DE PARATICIS.

91 NVlli paratici cõsules societatis collegia: vniuersitates vel singulares personę audeant facere manipolium vel ligã vel ordinationẽ vel statutũ prouisionẽ vel pręceptũ de aliquibus rebus certo pcio vẽdẽdis vel nõ vẽdẽdis: emendis vel non emendis: locandis vel non locandis: conducendis vel non conducendis: laborandis vel non laborandis: seu certo modo: vel forma: fiendis vel non fiendis. Sed cuilibet licitum sit: & possit quilibet liberæ emere vendere cõtrahere operari & facere prout & sic voluerit prædictis non obstantibus: Nihilominus pœna quinquaginta librarum Placentiæ paratici: societatis: collegii: vniuersitatis .xxv. librarum singulares personæ ipso facto incurrant: si secus duxerint faciendum vel aliqualiter ordinandum

seu impediendum. Et quilibet ad accusationem & denunciationem prędictorum admittatur: & habeat medietatem dictæ poenæ. Et nihilominus quicquid actum fuerit per eos contra prædicta: sit cassum & irritum ipso iure.

RVBRICA DE EODEM.

92 STatutum est q aliquis paraticus non possit nec debeat se coniungere vel ligam seu societatem facere cum alio: seu aliis paraticis cum iuramento vel sine iuramento. Et si contrafecerit condemnetur quilibet paraticus in .c. libris Pla. Et quilibet consul dictorum paraticorum in .x. libris Plac. Et quicquid factum fuerit super hoc sit cassum & irritum ipso iure: & nullius momenti. Et quilibet possit esse accusator & habeat medietatē banni.

RVBRICA DE EMENTIBVS PISCES.

93 NVllus emat pisces in ciuitate Plac. vel districtu non salatos cā reuēdendi in poena centum soldorum: & nihilominus pisces amittat. Et quilibet possit accusare: & habeat medietatē dictæ poenæ quā incurrat: qui vendiderit pisces alicui reuenditori dictorum piscium.

RVBRICA DE EODEM.

94 NEmo ciuis vel extraneus audeat vendere aliquos pisces recentes vel salatos in ciuitate Plac. vel suburbiis nisi in platea comunis Plac. in poena centum soldorum Plac. & amissionis ipsorum piscium & quilibet possit accusare: & detur ei medietas.

RVBRICA DE EODEM.

95 QVilibet piscator teneatur omnes pisces & gambaros quos ceperit in ciuitate Plac. vel districtu vendere in platea comunis Plac. infra tertiam diē in poena centum soldorum Plac. & possit a quolibet accusari: cuius poenæ medietas sit accusatoris.

RVBRICA DE PISCATORIBVS.

96 PIscatores pisces quos ceperint in ciuitate Placen. vel districtu non teneant in aliquo loco vel viuario vel in vase vbi sit aqua in poena .xx. soldorum & amittendi ipsos pisces.

RVBRICA DE EODEM.

97 NVllus piscator ciuis vel non ciuis Plac. vendens pisces recentes stet sub aliquo tecto in poena .xx. soldorum & amittendi pisces.

RVBRICA DE EODEM.

Nullus

98 NVllus audeat vel præsumat pischari in viuariis seu fossatis aliquorũ inuitis vel insciis his qui possident dicta fossata vel viuaria in pœna centum sold. Plac. & quilibet possit accusare & habeat medietatem banni. Et nihilominus contrafaciens teneatur emendare damnum passo: de quo damno credatur ipsi possessori vsq; in .x. sold. probanti ipsam piscationem contra prædicta esse factam.

RVBRICA DE EODEM.

99 NVllus ciuis vel forensis vendat in platea pisces viuos cũ mortuis: nec in eisdem conchis vel vasellis teneat simul dictos pisces in pœna .x. soldorum pro qualibet vice & amittat pisces mortuos.

RVBRICA DE EODEM.

100 NVllus forensis vendat pisces Placen. pro piscibus forensibus in pœna xxv. librarum & in amissione piscium.

RVBRICA DE EODEM.

101 TEneantur pischatores tam ciues quam forenses vendere pisces ad pondus cum balantiis & ponderibus iustis iuxta taxationem eis datam & dandam in pœna .xx. sold. & amissionis piscium contra prædicta venditorum: & quilibet possit accusare: & habeat medietatem pœnæ prædictæ.

RVBRICA DE EODEM.

102 TEneantur piscatores incidere caudas oĩbus piscibus: excedentibus põdus vnius libre: ita q sanguis ex inde exeat in pęna .xii. denar: pro quolibet pisce nõ inciso & nõ audeãt remouere de platea pisces quos portauerũt causa vẽdendi in pœna .xx. sold. pro q̃libet vice: & amissione piscium.

RVBRICA DE EODEM.

103 OMnes deferentes pisces recentes ex alieno districtu vendant pisces cũ balantiis ad pondus: videlicet vltra taxationem factã vel fiendã pischatoribus Placen. possint accipere vnum denariũ pro qualibet libra: vltra id quod accipiunt pischatores Placen. & non teneantur incidere caudas.

RVBRICA DE EODEM.

104 QVicunq; non obseruauerint statuta facta circa taxationes venditionum piscium & circa ipsos pisces puniatur in .xx. soldis qualibet vice: saluis pœnis in aliis statutis expressis circa prædicta.

RVBRICA DE EODEM.

150 VOlentes limitare ordinem quo per tempora diuersa totius anni pisces in ciuitate Placen. vendantur. Statuimus quod per totum tempus quadragesimæ omnes & singuli piscatores: & quelibet alia persona volens vendere pisces in ciuitate Placentiæ non salatos: vendant ad plus modis infrascriptis videlicet.

Omnē lutios de duabus libris: & a duabus lib. supra pro qualibet li. x. den.

Et ab inde infra pro qualibet libra viii denar.

Item omnes tenchas de duabus libris: & ab inde supra pro qualibet libra, viii. denar. & med.

Et ab inde infra pro qualibet li. vi. den. & med.

Item omnes cauedos barbiolos & agolatos de duabus libris: & ab inde supra pro qualibet li. vi. den. & med.

Itē carpanas de duabus lib. & ab inde supra pro qualibet li. v. den. & med.

Et ab inde infra pro qualibet libra iiii. den. & med.

Item anguillas a duabus libr. & ab inde supra pro qualibet li. ix. denar.

Et ab inde infra iiii. denar.

Item strigios & senetas pro qualibet libra. iiii. denar.

Item strigios a vino pro qualibet li. ii. denar.

Item sturionos & conutas pro qualibet li. xiiii. denar.

Item chipias de duabus li. & ab inde supra pro qualibet li. ix. denar.

Et ab inde infra vi. denar.

Item sgardenas pro qualibet li. iii. denar. & med.

Item pisces minutos botulos varonos gosengulas quæ appelantur museti gambarutii pro qualibet li. vi. denar.

Item lampredas pro qualibet li. sold. ii. vi. denar.

Item timuros pro qualibet libra. xv. denar.

Item gambaros grossos pro quolibet centenario xi. denar.

Item mediocres pro quolibet centenario vii. denar.

Item paruulos pro quolibet centenario iii. denar.

Itē quod exaiatio differentia & cognitio ipsorū gambarorum sit & esse debeat in arbitrio illius offic. qui super hoc fuerit deputatus vel iudicis victualiū.

A festo vero Paschæ resurrectionis domini vsque ad festum sancti Michaelis vendantur pisces in ciuitate Placē. modo & taxatione infrascriptis & non vltra videlicet.

Omnes lucii de duabus libr. & ab inde supra pro qualibet li. viii. denar.

Et ab inde infra pro qualibet libra. vi. denar.

Item omnes tenche de duabus libris & ab inde supra pro qualibet libra, vii. denar.

Et ab inde infra pro qualibet libra. iiii. denar.

Item cauedi barbioli & agolati de duabus li. & ab inde supra pro qualibet libra, vi. denar.

Et ab inde infra pro qualibet libra. iiii. denar.

Item carpani de duabus libris & ab inde supra pro qualibet li. v. denar.

Et ab inde infra pro qualibet libra iii. denar.

Item anguille de duabus libris: & ab inde supra pro qualibet li. x. denar.

Et ab inde infra pro qualibet libra vi. denar.

Item

Item strigli & fenete parue pro libra. iii.denar.
Item fenete de spana & pluri pro libra iiii.denar.
Item stregli a vino pro libra ii.denar.
Item sturioni & truitæ pro qualibet li. xii.denar.
Item chipie de duabus libris:& ab inde supra pro li. viii.denar.
Et ab inde infra pro libra. vi.denar.
Item scardane pro libra. iii.denar.
Item pisces minuti.s.botuli varoni & gosengule quæ appellantur musete & gambarutiis pro qualibet libra. v.denar.
Item lamprede pro qualibet libra sol.ii.denar.
Item gambari grossi pro centenario x.denar.
Item gambari medioceres pro centenario vi.denar.
Item parui pro centenario. iii.denar.

A festo sancti Michaelis vsq ad introitum quadragesimæ possint vendi pisces vno denario plus pro qualibet libra quam vendatur vel vendi possint tempore supradicto videlicet tempore quo dicitur a festo Paschæ resurrectionis domini vsq ad festum sancti Michaelis. Saluo q omnes pisces qui ducentur ex alieno districtu possint vendi plus vno denario pro qualibet libra vltra omnes taxationes prædictas prout in alieno statuto continetur & non incidatur cauda ipsis piscibus qui ducentur de alieno districtu.

RVBRICA DE BECHARIIS.

106 IN primis prouisum est q oẽs & singuli becharii:& quæcunq aliæ personæ vendentes siue vendere volentes carnes recentes teneantur & debeant vendere ipsas carnes recentes ad pensam seu ad libram modis infrascriptis videlicet.

Carnes de castrato pro libra vi denar.
Carnes ouinas pro qualibet libra iiii denar.& med.
Carnes de capra pro qualibet libra iiii denar.& med.
Carnes de porcha castrata pro qualibet libra iiii denar.& med.
Carnes de porcho masculo pro qualibet libra v denar.
Carnes de porcha non castrata pro libra iii denar.
Carnes de vitulo de lactæ:& de manzio de dente pro libra. v denar.
Carnes de boue seu vaccha pro libra iiii denar.
Carnes de agnella de dente pro libra iiii denar.
Carnes de biuma de dente pro libra iiii denar.
Carnes de agnello de lactæ pro libra v denar.
Carnes de capredo de lactæ pro libra vii denar.
Carnes de montono pro libra vii denar.
Libram sepi seu grasse ex quibus fiunt candele de sepo vi denar.

Et vltra prædictas taxationes nullo modo possint accipere in pœna in statutis comunis contenta:Saluo in prædictis taxationibus & circa prædicta omni eo quod prouideretur siue prouidebitur per sapientes victualium qui pro temporibus erunt.

DE FERRARIIS.

107 ITem prouisum est quod omnes ferrarii qui ferrant equos boues mulos & asinos non possint nec debeant accipere de ferris vltra quantitates infrascriptas: videlicet de quolibet ferro nouo cum clauis: & impositura cuilibet equo de duabus sellis de armis & cuilibet destrario vltra.x.dē.

Item de quolibet ferro nouo cum clauis & impositura cuilibet roncino vel roncinę mulo seu mulæ asino magno seu asinę magnæ vltra viii.denar.

Item de quolibet ferro nouo cum clauis & impositura cuilibet asino paruo vltra vi.denar.

Item de remittendo ferrum aliquod cum clauis alicui destrario siue equo de armis & cuilibet alii equo vel equæ mulo vel mulæ roncino vel roncinæ asino magno vel asinę magnę vltra iii.denar.

Item de remittendo aliquod ferrum cum clauis alicui asino paruo vltra ii.denar.

Item de ferratura bouum seu vaccharum in aliquo pede cum duabus piotis nouis & cum clauis & cum vna piota munitum:& cum clauis vltra. vi.denar.

Item de remittendo alicui boui seu vacche in aliquo pede cum duabus piotis & cum clauis vltra iiii.denar.

Item cum vna piota tantum cum clauis. ii.denar.

Saluo ꝙ in prædictis taxationibus & circa prædicta:omni eo ꝙ prouidebitur per sapientes victualium qui pro tempore erunt.

RVBRICA DE FERRARIIS.

108 ITem prouisum est ꝙ ferrarii grossi facientes ferra grossa non possint accipere de instrumentis vltra quantitates infrascriptas videlicet.

De ferramētis de rotis de carro & de fenestris & de cancharis & de mappis & dobionibus & de catenariis:& de massantio ferri a cochina:& de acutis pro libra vltra viii.denar.

Item de massa cum azzali ad eam opportuno pro li. xi.denar.

Saluo in in prædictis taxationibus & circa prædicta omni eo ꝙ prouideretur seu prouidebitur per sapientes victualium qui pro temporibus erunt.

RVBRICA DE SARTORIBVS.

109 ITem prouisum est ꝙ sartores de drapis non possint accipere de taliando & cusendo infrascripta vltra infrascriptas quantitates videlicet de aliquo gonello drappi integri siue schieti & siue de colore seu de medietate ab homine cum suo reppo sartoris albo & endego & cum factura pomellorum de drappo ad capitium & ad manichas vltra iii.sold.& vi.den.

Et sine pomellorum factura de ipso gonello vltra ii.sold.& vi.den.

Item de aliquo varnazono drappi integri siue schieti siue de colore siue de medietate ab homine inforrato de pelle cum suo reppo sartoris albo & endego & cum factura pomellorum de drapo ad capitiū vltra iii.sold.& vi.den.

Et si fuerit de cendali inforratus ipse guarnazonus vltra iiii.sold,

Et si fuerit sine fodra seu desfodratus ii.sold.& vi.den.

Item de

Itē de aliquo mantello siue tabbaro siue gamerro drappi integri siue schietti siue de colore siue de medietate ab homine inforrato de pelle cum suo reppo sartoris albo & endego vltra iii.sold.

Et si de cendali fuerit inforratus ipse mantellus siue tabarrus siue gammarra vltra iii.sold.& vi.den.

Et si fuerit sine fodra siue desfodratus ipse mantellus siue tabarrus seu gāmarra vltra. ii.sold.& vi.den.

Item de remittendo manichas in aliquo gonello drappi integri siue schietti siue de colore siue medietate ab omni cum suo reppo sartoris albo & endego & cum factura pomellorum de drappo ad illas manichas vltra xii.den.

Et sine factura pomellorum ad ipsas manichas vltra x.den.

Item de duabus caligis nouis ab homine cum reppo sartoris albo & endegho vltra iiii.den.

Item de repediatura duarum calligarum ab homine cum suo reppo sartoris albo & endego ii.den.

Item de aliquo guernimento de biseto vel de albasio ab homine cū suo reppo sartoris albo & endegho vltra. ii.sold.

Item de aliqua ex prædictis rebus supra diuisis seu nominatis alicui puero a duodecim annis infra vsq; ad.xii.annos vltra duas partes ex prædictis quantitatibus.

Item de aliqua ex prædictis rebus supra diuisis seu nominatis alicui puero a duodecim annis infra vsq; in octo annos vltra dimidiam ex prædictis quantitatibus.

Item de aliqua ex prædictis rebus supra nominatis seu diuisis alicui puero ab viii.annis infra vltra tertiam partem ex prædictis quantitatibus.

Item de aliquo guarnazono seu gonella drappi integri siue schietti siue de colore siue de medietate a fœmina: sine crispaturis cum suo reppo sartoris albo & endego dummodo ipse guarnazonus sit fodratus vltra iiii.sold.

Item de aliquo mantello drappi integri siue schietti siue de colore siue de medietate a fœmina fodrato cum suo reppo vel seda sartoris vltra iiii.sold.

Item de aliquo fustaneo a fœmina cum suo reppo sartoris vltra iii.sold.

Item de aliquo guarnazono vel gonella a domina de drappo de colore siue de medietate crispato siue crispata cum suo reppo sartoris albo & endego: dummodo ipse guarnazonus sit fodratus vltra viii.sold.

Item de aliquo guarnazono seu gonella a domina drappi liscati crispato seu crispata cum reppo sartoris albo & endego: dummodo guarnazonus sit fodratus. xi.sold.

Item de aliquo ex prædictis guarnimentis supra diuisis seu nominatis de domina alicui puellę ab octo annis infra vsq; in quattuor annis vltra dimidiā ex prædictis quantitatibus.

Item de aliquo ex prædictis guarnimentis supra diuisis seu nominatis de domina alicui puellæ a quattuor annis infra: tertiam partem ex prædictis quantitatibus.

Item de aliquo mantello zendalis seu zameloti seu panni de seda fodrato vltra vi.sold.

Item de aliqua zuppa ab homine cusita per longum siue trauersum cum

reppo x.fold.

Item de aliqua zuppa simili modo cusita vt supra alicui puero a xiiii. annis infra vsq; in octo annis cum suo reppo sartoris vltra vi.fold.

Item de aliqua zuppa simili modo cusita vt supra alicui puero ab octo annis infra cum suo reppo sartoris vltra iiii.fold.

Saluo in prædictis taxationibus & circa prædicta omni eo q; prouideretur seu prouidebitur per sapientes victual. qui pro temporibus fuerint.

RVBRICA DE MAGISTRIS MVRORVM ET LIGNAMINIS.

110 Item prouisum est q; magistri murorum lignaminis & cooperientes domos non possint accipere videlicet pro aliqua die qua laborauerint alicui si fuerit in ciuitate cum cibo & potu & sine cœna a calendis octobris vsq; ad calendas martii vltra ii.fold.

Et a calendis martii vsq; ad calendas octobris sine cœna ii.fold.viii.den.

Et si fuerit in episcopatu Placen. cum cibo & potu & cum cœna eodem modo habeant in æstate & in hyeme & si fuerint ad eorum pasturam habeant vltra prædictas quantitates pro quolibet die tam in estate quam in hieme x.den.

Saluo in prædictis taxacionibus & circa prædicta omni eo quod prouidebitur siue prouideretur per sapientes victualiu qui pro temporibus erunt.

RVBRICA DE FORMAGIARIIS.

111 Item prouisum est q; formagiarii & vendentes formagium & carnes sallatas non possint vendere videlicet libram formagii mazeghi & sto bienghi duri vltra. vii.den.& med.

Item libra formagii tonini seu tenerini vltra v.den.

Item libra lardi veteris vltra vi.denar.

Item libra carnium salatarum veterum vltra vi.denar.

Item libra lardi noui vltra vi.denar.

Item libra carnium misaltarum seu nouellarum vltra v.denar.

Saluo in prædictis taxationibus & circa prædicta omni eo quod prouideretur seu prouidebitur per sapientes victualium qui pro temporibus fuerint ad hoc deputati.

RVBRICA DE PORTATORIBVS.

112 Item prouisum est q; portatores non possint accipere ab aliquo de discargatura alicuius carri vini: videlicet si discargauerit de super terram & non in bora & non lauauerit vegietem vltra. vii.denar.

Item si discargauerit in bora & non lauauerit vegietem vltra viii.denar.

Item si descargauerit in bora & lauauerit vegietem vltra x.denar.

Et si trauasauerit in terra seu bora & vegetem lauauerit de carro viii.den.

Et si non lauauerit vegetem trauasando de carro vini vltra vi.denar.

Et debeant habere quotienscunq; mensurauerint vinum ad postul. alicuius

si de quo

si de quolibet carro vini a venditore seu ab illo qui faceret mensurare si illud vinum non esset emptum. ii.denar.

Et teneantur quotienscunque trauasauerint portare & habere vrnos eorum s.quattuor ad minus ad trauasandum ac etiam teneantur ipsi portatores præcisæ ire quotienscunque requisiti fuerint & non recusare facere prædicta.

Item q ipsi portatores de portando de platea in aliqua parte ciuitatis bladum seu legumina non possint accipere de tribus stariis vltra iiii.denar.
Et de duobus stariis vltra iii.denar.
Et de vno stario vltra i.denar.

Item q ipsi portatores & quicunque alii stringentes vegetes magnas & paruas & vegiolos non possint accipere videlicet pro ponere tres circhios alicui vegieti tractorie siue alicui vegiolo de modis ligando eos vltra i.denar.
Et abinde supra pro singulis tribus circhiis totidem & non vltra
Et pro ponendo duas circhias alicui vegeti de carro seu alicui vegeti de duobus carris & in ligando eas vltra i.denar.
Et abinde supra pro singulis duobus circhiis totidem & non vltra
Et pro ponendo alicui vegeti trium carrorum:seu alicui vegeti quattuor carrorum vnum circhium i.denar.
Et abinde supra de quolibet circhio totidem & non vltra habendo a facienti bus eas stringere circhios & salices.
Et q quilibet qui cargauerit aliquam robam ad hospitium non possint habere nec accipere ab illo qui hoc fieri fecerit vltra de soma. ii.denar.
Et qui descargauerit ad hospitium de soma vltra i.denar.
Et qui descargauerit ad portam ponendo in naui de soma vltra ii.denar.
Saluo q in prædictis taxationibus & circa prædicta in eo q prouideretur seu prouidebitur per sapientem victualium qui pro temporibus fuerint ad hoc deputati.

RVBRICA DE ZOCHOLARIIS.

113 Item prouisum est q zocholarii & facientes seu vendêtes zochulas nõ possint accipere videlicet de pari zochularum ab homine siue a fœmina vltra xx.denar.
Et si fuerint zochulæ magnę & altæ cum zipello quarro ab hominibus siue a fœminabus & cũ corollis largis non possint accipere de pari vltra. ii.sold.

Et pro recepelatura aliquarum zochularum ab homine vel fœmina non possint accipere de aliquo pari vltra xiiii.denar.

Item de quolibet pari zochularum pro aliquo puero masculo vel fœmina a.xx.annis vsque in xvi.annis non possint accipere de pari vltra xv.denar.
Et pro recepellatura eisdem pueris pro pari vltra vi.denar.

Item de quolibet pari zocularum alicuius pueri masculi vel fœminæ a.xii. annis infra non possint accipere de pari vltra x.denar.
Et pro recepellatura eisdem pueris vltra vi.denar.
Et q omnes zochulæ prædictę habeant corollos de cordoano vel manzolo.
Saluo q in pdcis taxationibus:& circa prædicta omni eo q prouideretur seu prouidebitur per sapientes victualiũ qui pro tpibus fuerint ad hoc deputati.

RVBRICA DE CALLIGARIIS.

114 Item prouisum est q̃ cordoanarii vel callegarii vel aliqui alii facientes vel vendentes scarpas vel calzarios non possint accipere: videlicet de pari scarparum ab homine quæ sint scarpæ subtiles integre vel intagiate vltra ii.sol.& ii.den.
Et de pari scarparum a dña qua sint subtiles integre vltra. i.sold.& viii.den.
Et de pari planellarum ab homine vltra iii.sold.
Et dictæ planellæ tam de homine q̃ de domina habeant corollos de manzolo vel cordoano sint prædicta omnia laude bonorum virorum.
Saluo in prædictis taxationibus & circa prædicta omni eo quod prouideretur seu prouidebitur per sapientes victualium qui pro temporibus fuerint.

DE FORNASARIIS.

115 Item prouisum est q̃ fornasarii vel facientes seu vendentes quadrellos cuppos & tauellas non possint accipere de illis qui de cætero fient vel coquentur videlicet de miliario quadrellorum cum conductura in ciuitate tantum vltra xxv.sold.
Et de miliario cupporum cum conductura in ciuitate tantum vltra xl.sold.
Et de miliario tauellarum cum conductura in ciuitate tantum vltra xx.sold.
Et in episcopatu Placen. ad fornaces non possint accipere videlicet de miliario quadrellorum vltra xx.sold.
Et de miliario cupporum vltra xl.sold.
Et de miliario tauellarum xvii.sold.
Et prædicti quadrelli cuppi & tauelle tã de ciuitate quam de episcopatu sint & esse debeant bene cocti & bene sasonati & ad mensuram & stampum vt hactenus consueuerunt esse. Saluo q̃ in prædictis taxationibus & circa prædicta omni eo quod prouideretur seu prouidebitur per sapientes victualium qui pro temporibus fuerint.

RVBRICA DE CIMATORIBVS.

116 Item prouisum est q̃ cimatores pannorum non possint accipere de cimatura pannorum videlicet de brachio panni francischi valor. a sold. xx. infra cimando bis vltra iii.denar.
Item de brachio panni francischi valor.a.xx.sold.supra vltra iiii.denar.
Item de bracchio panni Mediolanensis cuman.modoctiæ & floren. ciman do semel i.denar.
Item de brachio panni Mediolani cuman. Modoctiæ & Florentiæ cimando bis. ii.denar.
Itẽ de brachio panni valdemagni Med. lanæ agnelini & bisseti vltra i.dẽ.
Saluo in prædictis taxationibus & circa prædicta omni eo q̃ prouideretur seu prouidebitur per sapientes victualium qui pro temporibus fuerint.

R. DE PRAEBENDIS DANDIS PER HOSPITES.

117 ITem statutum est q per iudicem victualium & sapientes victualium qui pro temporibus fuerint ad hoc deputati prouideatur bis in anno de mense aprilis & octobris super taxatione præbendarum equorum: & aliarum bestiarum quæ præbende dantur per hospites ciuitatis: & districtus Placentiæ hospitantibus in eorum hospitiis. Et id quod prouisum fuerit per ipsos sapientes teneatur iudex victualium facere obseruari: & præconizari per ciuitatem.

RVBRICA DE CALDERARIIS.

118 ITem prouisum est q calderarii & alii facientes lebetes seu aliquos vasfellos de ramo non possint nec debeant per se vel alios vendere lebetes vel aliquos vassellos rami cum ferro siue cum manicis ferri: Sed ramū debeant vendere per se & ferrum per se.

Item de ferro non possint nec debeant accipere pro libra vltra		den.
Item de libra rami vltra	sold.	den.
Item de scudelariis rami vltra videlicet pro libra	sold.	den.

RVBRICA DE NOTAR. ET OFFICIAL. SALIS.

119 ITem statutum est q nullus notarius vel officialis alicuius iudicis alicuius gabelle vel aliquis alius audeat vel præsumat scribere vel mittere aliquas citationes vel defensiones vel denunciationes occasione alicuius gabelle vel occasione alicuius alterius debiti dati in scriptis per aliquos gabellatores tabernarios vel alias personas ad banchum & notarium ipsius iudicis alicui personæ habitanti in ciuitate Placentiæ vel eius episcopatu nisi ipsa talis persona esset accusata de fraudatione alicuius gabelle: Et accusa esset facta vel data in scriptis coram dicto domino iudice per dictos gabellatores vel aliquem ipsorum. In pœna & sub pœna decem floren. auri & notario: & illi qui miserint & scripserint dictas denunciationes citationes vel defensiones pro quolibet & qualibet vice: quam pœnam ipsi & quilibet ipsorum incurrant ipso facto: absq aliqua condemnatione fienda. Et quam pœnam domi nus potestas Placen. postquam fuerit sibi notificatum teneatur recuperare cū effectu sub pœna prædicta. Et eadem pœna puniatur quilibet currerius & famulus cuiuslibet iudicis vel officialis dictarum gabellarum. Qui dictas citationes denunciationes vel defensiones portauerit & dederit alicui personæ habitanti in dicta ciuitate & episcopatu Placen. & quæ pœna applicetur & exigatur vt supra: possint tñ & licitum sit dictis gabellatoribus & cuilibet ipsorum cum litteris domini iudicis gabellarum facere pignerari per currer. comunis Plac. eorum debitores: & eisdem gabellatoribus dare debentes occasione ipsarum gabellarum vel alterius eorum. Et q dict. currer. qui dictos debitores dictarum gabellarum pignerauerint ad postulationem ipsoꝝ gabellatorum nō possint nec nullo modo eis sit licitum aliquid accipere extorquere vel habere a dictis pigneratis. Sed q prædicti gabellatores qui prędcā pigneramenta fieri fecerint teneantur & debeant ipsis curreriis de labore suo secundū taxationē alias super solut. cur. fact. & q qlibet currerius qui contrafecerit ipso facto

incurrat pœnam .x. librarum Placentiæ pro qualibet vice exigenda vt supra Et tenantur nihilominus ad restitutionem damni eius quod habuisset accepisset & extorsisset ab ipso tali pignerato,

RVBRICA DE CVRRERIIS.

120 ITem q; nullus currerius possit portare aliquod pignus quod acceperit vel fecerit in aliqua villa loco vel castro episcopatus Placen. extra ipsam villam locum vel castrum in qua dictum pignus acceperit nec pignus aliquod alicui impignare aliqua occasione: sed ipsum pignus teneatur recomendare penes consulem dictæ villæ vel loci vel aliquem ex vicinis ipsius villæ loci vel castri. In pœna & sub pœna decem librarum Placentiæ pro quolibet & qualibet vice: quam pœnam incurrat ipso facto absq; aliqua condẽnatione fienda & exigenda. Qui consul siue ille cui dictum pignus fuerit rẽcommendatum: teneatur infra octo dies post recõmendationem dicti pigneris sibi factam præsentare expensis ipsius pigneris dictum pignus coram illo iudice vel officiale ex cuius mandato factum fuerit ipsum pignus vel pignoramentum. Alioquin dictus consul vel villæ cui fuerit recommendatum dictum pignus incurrat pœnam soldorum viginti Placentiæ pro quolibet & qualibet vice cuius pœnæ medietas sit comunis Placentiæ: & alia illius ad cuius postulationem factum fuerit pignoramentum.

RVBRICA DE EISDEM.

121 ITem q; quilibet currerius qui fuerit ad pignerandum aliquas personas in episcopatu Placen. quauis occasione de cætero teneatur & debeat dimittere in scriptis illi quem pignerauerit nomen & pronomen ipsius currerii & illius ad cuius postulationem fecerit dictum pigneramentum: absq; eo q; aliquid accipiat pro ipso scripto in pœna & sub pœna viginti soldorum Placentiæ: pro quolibet & qualibet vice exigendorum & applicandorum vt supra. Et nisi dimiserit ei dictum scriptũ: liceat illi qui debuerit pignerari prohibere pignus.

RVBRICA DE EODEM.

122 ITem q; dominus potestas Placentiæ vel eius vicarius teneatur & debeat & quilibet ipsorum si requisiti fuerint aut eis vel alteri ipsorum fuerit notificatum & denunciatum cuilibet conquerenti se de dictis curreriis facere ius summarium & expeditum contra dictum currerium: & statuta prædicta quæ mentionem faciunt de dictis curreriis notariis & officialibus obseruare & obseruari facere: & executioni mandare in pœna & sub pœna dicto potestati librarum quinquaginta Placentiæ & dicto eius vicario librarum vigintiquinq; Placen. applican. vt supra.

RVBRICA DE INFERENTIBVS INIVRIAS ADVOCATIS ET PROCVRATORIBVS.

Item

113 ITem conſiderantes iniurias quæ quotidiæ inferuntur tam aduocatis quam procuratoribus Placentiæ. per male agentes ad refrenandum audacias & temeritates talium iniuriantium & offendentium ipſos aduocatos & procuratores: prouiderunt & ordinauerunt quod non ſit aliqua perſona: q̄ audeat vel pręſumat minari vel aliq̄ verba iniurioſa dicere ſeu iniuriā vel offenſam aliquam facere ipſis aduocatis ſeu procuratoribus vel alicui eorum: & in eorum perſonam & ſi quis contrafecerit tunc dominus poteſtas Placentiæ & eius iudex maleficiorum cum hoc nouerint teneantur & debeant mittere pro dicto tali qui ipſas minas & verba iniurioſa ſeu iniuriam dixerit vel fecerit ipſi aduocati vel procuratori: & cogere dictum talem delinquentem ad præſtandum coram eis idoneam ſecuritatem de libris centum Placentiæ. Et ſecuritas non ſit de magnatibus dictæ ciuitatis qua ſecuritate præſtita teneatur ipſe dominus poteſtas & eius iudex maleficiorum ipſum talem repertum culpabilem de prædictis punire & condemnare in libris centum Placentiæ & plus & minus inſpecta facti & perſonarum qualitate applican. pro dimidia cameræ præfati domini noſtri & pro alia comuni Placentiæ. Et ſi dictus poteſtas & eius iudices maleficiorum fuerint negligentes in exigendo prædicta: ꝙ incurrat pœnam vigintiquinq; florennorum auri applican. ipſi cameræ præfati domini.

RVBRICA DE SCRIPTVRIS ET NOTARIIS.

114 ITem ſtatutum eſt ꝙ quilibet notarius qui ſcripſerit & receperit aliquas depoſitiones ſeu dicta aliquorum teſtium in quocunq; iudicio ſeu coram arbitro vel arbitratore teneantur conſcribere in quacunq; pagina libri ſeu quaterni vigintiduabus lineas ſeu rigas ad minus: & ꝙ quæcunq; riga ſeu linea contineat ad minus decem dictiones de quarum receptione & ſcriptura poſſit notarius habere & percipere pro qualibet carta decem denarium Placentiæ a parte producente & non vltra: & pro dando dicta ipſorum teſtium exēplata poſſit exigere recipere & habere notar. a parte dicta ipſorum teſtium exemplata requirente & habere volente ſex denar. pro qua qualibet carta modo prædicto conſcripta & non vltra. Et ſi aliqua partium voluerit habere aliquem notarium qui interſit examinationi ipſorum teſtium: poſſit ipſæ notarius percipere & habere a parte quæ ipſum proponere voluerit dictæ examinationi octo denarium pro qualibet carta modo prædicto conſcripta & non vltra: & ꝙ quilibet notarius qui fecerit vel ſcripſerit extraxerit ſeu exemplauerit aliqua acta ex libro aliquorum actorum in quocunq; iudicio factorum teneantur conſcribere in quacunq; pagina quaterni exemplature vigintiquattuor rigas ſiue lineas ad minus. Et ꝙ quælibet linea ſeu riga habeat ad minus quinq; dictiones: de quorum actorum exemplatura & ſcriptura: & dando ipſam cum gruppo: poſſit percipere & habere notarium pro qualibet carta modo prędicto conſcripta quinq; denarium Placentiæ & non vltra a parte quæ ipſa acta habere voluerit in pœna & ſub pœna .xx. ſoldorom Placentiæ & nihilominus per iudicem ad obſeruantiam huius ſtatuti compellatur.

RVBRICA DE CONSVLIBVS VILLARVM ET C.

125 ITem ſtatutum eſt q̃ conſules & homines villarum & locorum diſtrictus Plac. teneãtur & debeant ad requiſitionem cur. cõis Pla. dare ipſis curreriis auxilium conſilium & fauorem ad pignerandum quoſcunq; in eorũ villis & locis habitantes & conducen. ipſa pignera in Pla. coram iudice & officiali ex cuius parte tunc fuerint miſſi. In poena & ſub poena .c. ſoldorum Plac. pro qualibet vice qua fuerit cõtrafactum: cuius poenæ medietas ſit comunis & alia medietas partis ad cuius inſtantiam & poſtulationem prædicti currerii fuerint deſtinati. Et q̃ nullus currerius audeat vel præſumat aliqua pignera per eum pignerata de loco vel villa vbi ea pignerauerit exportare nec alicui quacunq; de cã ipſa pignera vendere diſtrahere ſeu pignori dare nec obligare abſq; licentia & mandato illius iudicis vel officialis. ex cuius parte factum fuerit dictum pigneramentum. Sed ipſa pignera teneatur & debeat dictus currerius recomendare penes idoneam perſonam in vicinia in qua habitauerit ille qui fuerit pigneratus: & hoc in pœna & ſub poena centum ſoldorum Placen. pro qualibet vice: qua fuerit contrafactum & in amiſſione ſalarii quod dictus currerius habere debeat occaſione prædicti pigneramenti fiendi ab eo qui eum miſit.

RVBRICA DE CAMPSORIBVS.

126 ITem ſtatutum eſt q̃ omnes & ſinguli campſores: & qui volunt & intẽdunt eſſe campſores: & tenere banchũ campſoriæ in ciuitate Pla. in primo menſe regis cuiuſlibet pṫãtis Plac. requiſiti teneantur & debeãt in poena libr. c. Plac. promittere & ſe obligare ſolenniter cum capitulis ſolẽnibus & oportunis cautelis: & bonos & idoneos fideiuſſores ciues Pla. dare & præſtare de libris mille Pla. pro quolibet dicto pṫãti Pla. vel eius vicario & not. & officiali ipſorũ pṫãtis & vicarii dictat. cõis vtpote publice perſonæ ſtip. & recipien. noie & vice cuiuſlibet perſonæ cuius intereſt vel intereſſe poſſet ſoluere dare reddere & reſtituere in pecunia numerata ſine alia exceptione oppoſitione cauillatione vel cõpenſatione quibuſlibet perſonis vel hñtibus cãm ab eis ſeu ea oẽm pecuniæ q̃titatem q̃ ipſæ perſonæ vel perſona deponent vel acomẽdarẽt penes ipſos campſores ac etiam dare ſcripturã ſcriptã de manu eoꝝ illi pſonæ ſeu pſonis: q̃ pecuniã depoſuerit vel accomẽdauerit ipſis cãpſoribus cõtinentẽ ſe cãpſores recipiſſe illam pecuniã: q̃ penes eos deponeret vel accomendaretur & q̃ ille ſcripturæ ac ẽt ſcripturæ libroꝝ ipſoꝝ cãpſorũ credatur & debeat credi q̃rum eſt cõtra ipſos cãpſores & in fauorem creditoꝝ & plena fides dari ſicut crederet & fides daret ſi dicta ſcriptura & dci libri eſſent ſolemne publicũ inſtrm. Et teneãtur dicti cãpſores & cõpellantur oſtendere quotienſcũq; & q̃cũq; fuerint req̃ſiti librũ ipſoꝝ cuilibet pertinenti. Et ſi q̃õ oriretur inter ipſos cãpſores & accomẽdantes ſeu deponẽtes q̃ cognoſcat & terminetur p vicariũ dñi pṫãtis ſummarie: & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicii diebus feriatis & non feriatis: & ſine aliqua petitione ſeu libello: ſeu memoriali ſcribendo in actis abſq; aliqua inſtantia obſeruanda. Et q̃ q̃libet pṫãs Pl. qui pro tpibus fuerit teneatur & debeat infra .xv. dies ab introitu ſui regiminis

requirere seu requiri facere dictos campsores seu eis præcipi facere: & ipsos compellere ad faciendum prædicta; in hoc statuto contenta, in pœna & sub pœna prædicta.

RVBRICA DE MODVLIS LAPIDVM CVPPORVM ET TAVELLARVM.

227 ITem statutum est q̄ moduli lapidum copporum & tauellarum de terra ferrentur & bollentur bolletino comunis Placentiæ & ponantur ad cameram comunis Placen. & q̄ sculpentur & signentur in lapide marmoreo vbi est sestarius lapideus bladi subtus palacium comunis Placen.

RVBRICA DE FORNASARIIS.

228 ITem q̄ omnes fornasarii habeant & habere debeant modulos suos lapidis cupporum & tauellarum bonos & legales sine aliqua frustatura ad stampum & modum prædictorum modulorum comunis prædicti: si repertus fuerit habere stampum & modulum non legalem ad modum prædictorum: condemnetur in soldis sexaginta Placen. & intelligantur esse legales si reperirentur esse maiores quam moduli comunis.

RVBRICA DE EODEM.

229 ITem q̄ prædicti moduli fornasarii debeant facere & laborare lapides cuppos & tauellas bene fideliter & legaliter bene coctos sine aliqua caua & aliqua diminutione. Et si quis contrafecerit puniatur pro quolibet lapide cuppo, & tauella non sic laboratis & bene coctis in denar. duobus pro quolibet lapide cuppo & tauella.

RVBRICA DE EODEM.

230 ITem q̄ omnes fornasarii omnes eorum modullos lapidum copporum & tauellarum teneantur sigillari & bullari facere omni anno bullero comunis Plac. de mense martii vel aprilis. Et si quis repertus fuerit habere modullos non sic signatos & bullatos puniatur in decem soldis pro quolibet modullo.

RVBRICA DE EODEM.

231 ITem q̄ prædicti fornasarii non possint facere lapides cuppos & tauellas: nisi ad modulos signatos & bullatos prout superius dictum est: & si quis contrafecerit puniatur in soldis viginti Placentiæ; pro quolibet modullo.

RVBRICA DE EODEM.

132 ITem q in omnibus prædictis casibus: & quolibet prędictorum de quibus fieret aliqua condemnatio fornasarius dominus teneatur pro laboratore.

RVBRICA DE EODEM.

133 ITem q quelibet persona possit & valeat prædictos fornasarios facientes & laborantes contra prædicta vel aliquod prædictorum denunciare & accusare & credatur dicto accusatori cum vno teste:& habeat medietatem suprascriptorum bannorum:& alia medietas sit comunis: & credatur inuentionibus in prædictis casibus quæ fierent de prædictis fornasariis per iudicem & officialem victualium domini potestatis Placen.

RVBRICA DE DONIS.

134 ITem statutum est q nullus ciuitatis Placen. cuiuscunq conditioni existat audeat nec præsumat nec debeat donare mittere vel dare aliquod donum siue dona palam vel priuatim ad aliqua sponsalitia siue nuptias alicui ducenti vxorem vel danti mulierem aliq alicui in vxorem in poena.x. libr. Pla.& teneatur pater pro filio & filius pro patre:& quilibet possit esse accusator habeat tertiam partem poenę:& teneatur secretus. & hoc non habeat locum de fratre ad fratrem:nec de cognato ad cognatum. Super quibus omnibus iudex maleficiorum possit & debeat procedere per inquisitionem: & etiam per notificationem sibi factam ab eo:siue illis qui tertiam partem poenæ ob hoc lucrari voluerint.

RVBRICA DE EODEM.

135 ITem q nullus ciuitatis Placen.audeat vel præsumat mittere aliqua dona vel insenia alicuius defuncti publice vel priuatim sub poena centum soldorum Placen. cuius poenæ medietas sit accusatoris & alia medietas perueniat in comune qui accusator teneatur secretus.

RVBRICA DE DOMIBVS NON DEVASTANDIS ET CAETERA.

136 AD publicum aspectum reformandum & reformatum conseruandũ: & ad sedãda scandala & odia quæ ex destructionibus seu deuastationibus domorum hactenus in ciuitate Plac. peruenerint pro euidenti vtilitate cõis Plac.statuimus & ordinamus q de cętero nulla psona cuiuscũq cõditionis existat:audeat vel præsumat destruere domos vel deuastare seu deuastari facere aliquam domum in ciuitate Pl. vel burgis vel suburbiis:nec etiã in districtu occasione alicuius ptialitatis vel alicuius maleficii seu malexardie nec etiam occasione alicuius maleficii publici vel priuati:vel cã vẽdẽdi vel alienãdi cuppos lapides lignaia vel alia q̃cũq rõne cã vel modo q dici vel excogitari posset vt domus destructa & dirupta remanere debeat: sed tales domus q̃

alias ex

alias ex maleficio vel delicto: partialitate vel malexardia vel debito publico deuastari deberent illese deueniant in cōe Plac. vsibus & cōis ipsius cōis perseuere alias debuissent: tales domus deuastari vel destrui de facto vel de iure. Et siquis contrafecerit in aliquo prædictorum incurrat ipso iure sine facto pœnā librarum mille Plac. quæ deueniant in comune Pla. & nihilominus ad emendam damni teneantur damnum passo. Et hoc statutum perpetuo sit firmum: & præcise debeat obseruari: & non possit tolli cassari vel ammoueri seu arrogari vel ipsi aliqualiter derogari: & ꝙ nulla persona audeat vel præsumat allegare seu arengare vel aliquibus aliqualiter suadere contra prædicta vel aliquod prædictorum: in pœna & sub pœna prædicta nisi procederet de speciali mandato & licentia dominorum nostrorum.

RVBRICA QVOD DEBEAT PRIVS CONVENIRI PRINCIPALIS QVAM FIDEIVSSOR.

137 ITem prouiderunt & ordinauerunt ꝙ siquis fideiusserit vel secundario nomine pro aliquo se obligauerit seu obligabit. primo principalis pro quo obligatus sit vel erit debeat conueniri antequam fideiussor vel secundarius.

138 ITem statuerunt ꝙ quæcunque bona habent vel habebunt homines & personas iurisdictionis Plac. perpetuo sint obligata & obnoxia comuni Plac. & oneribus comunis Plac. adeo ꝙ etiam propria auctoritate ad ipsa semper possit haberi recursus quicunque sit possessor pro oneribus eorum quorum fuissent. Saluo si possidentes ea sustinerent onera comunis Placentiæ & essent suppositi iurisdictioni domini potestatis Placentiæ quo casu sufficiat eos possidentes sustinere nec cogi possint pro oneribus eorum: quorum ipsa bona fuissent.

139 ITem quilibet ciuitatis & districtus Placen. qui in aliquem non subditum iurisdictioni domini potestatis Placen. aliquam rem immobilem quoquo modo alienare voluerit soluat de vera æstimatione rei quā alienat vel in alium non suppositum iurisdictioni ptātis Pla. transferre de qualibet libra tertiolorum sold. x. & omnes res immobiles quę possident vel possidebuntur in posterum per suppositos iurisdictioni comunis Pla. quas in futurū in non suppositos contigerit alienare sine solutione prædictorum soldos decem pro qualibet libra ipso iure: ex nunc prout ex tunc cadant & cecidisse intelligantur in ius & dominium comunis Pla. & siquis huic pulsioni aliquo modo vel ingenio fraudem fecerit maxime de persona ad personam condemnetur in vera rei æstimatione: & nihilominus soluat: vt supra.

RVBRICA DE NOTARIIS.

140 NOtarii qui scienter instrm̄ tradent vel scribēt alicuius contractus p quē contra prędicta vel in fraudem creditorū aliquo modo aliquid fieret puniatur in lib. c. tertiolorū & contractus ipso iure sit nullus.

141 ET si contigerit personam quæ non sit de iurisdictione potestatis & communis Plac. possidere ammodo rē q̃ fuerit supposita iurisdictioni communis Pla. pro plena probatione hēatur qui contra hanc prouisionem seu in eius fraudem alienatio facta sit & ꝙ potestas Placen. qui est vel pro temporibus fuerit teneatur & debeat de prædictis & quolibet prędictorum cum ad eorum notitiam peruenerit inquirere cognoscere & cōdemnare in aliquibus vel in aliquo eorum si negligens fuerit poena librarum quingentarum incurrat: & de prædictis & quolibet prędictorum quilibet possit accusare & habeat accusator medietatem prædictarum poenarum: & hæ prouisiones sint derogatorię omnium statutorum prouisionum & reformationum: etiam si in eis essent verba derogatoria: de quibus oporteret specialem fieri mentionem: quibus omnibus & singulis in quantum præmissis obuiarent vel aliter disponerent sit penitus derogatum.

ITem statuerunt ꝙ si quis bannitus de aliquo maleficio consignauerit in fortiam communis Placentiæ aliquem bannitum de simili maleficio: ꝙ talis consignans eximatur de banno suo.

142 ITem statuerunt & ordinauerunt ꝙ per præcedentia statuta nec per confirmationem de eis factam nec fiendam non derogetur nec derogatum esse intelligatur in toto nec in parte alicui decreto nec ordinamento præfati magnifici domini seu eius mandato facto seu confirmato edito nec edendo.

DOMINVS MEDIOLANI ET C. COMES VIRTVTVM IMPERIALIS VICARIVS GENERALIS.

FEcimus videri & examinari omnia & singula statuta communis nostræ ciuitatis Plac. præsentibus alligata per certos quos ad hoc faciendum duximus deputandos. Quare statuta prædicta sic visa & examinata atꝗ correcta quę sunt numero quinquecentum & .xlvi. quorum primum incipit. In primis statutum & ordinatum est ꝙ idem dominus Galeaz vicecomes comes virtutum Mediolani & c. Dominus generalis sit & intelligatur esse per se hæredesꝗ suos in perpetuum &c. Vltimum vero incipit. Item statuerunt & ordinauerunt ꝙ per præcedentia statuta nec per confirmationem de eis factam nec fiendam non derogetur & c. Laudamus approbamus & confirmamus volentes ꝙ de cætero praticentur & obseruentur in omnibus & per omnia sicut iacent: nobis tamen reseruat. auctoritate arbitrio & bailia addendi & diminuendi: mutandi: corrigendi prout & quotiensncunꝗ nobis visum fuerit & placuerit. Hoc præterea declarando quæ intentionis nostræ non est: nec volumus ꝙ prædictorum occasione nostris decretis factis vel fiendis præiudicium aliquod generetur. Dat. Mediolani .xix. Augusti. M. ccc. xci.
Gasparinus. A tergo nobili viro potestati necnon sapientibus ciuitatis nostræ Placentiæ.

EXPLICIVNT STATVTA. 1391

INCIPIVNT DECRETA

M. CCC. LXIII. DIE. XIIII. NOVEMBRIS.



CONVOCATIS ET CONGREGAtis infrascriptis antianis & sapientibus ciuitatis Placentiæ de mandato domini potestatis Placentiæ more solito in capella noua dicti comunis sono campanæ & curreriorum requisitione in qua interfuerunt infrascriptus dominus vicarius dominus Aezinus Stampa referenda. domini nostri & cæteras necnon domini,

Petrus de ottabellis — Bertolonus de angusollis — Ioannes zucholinus.
Augustinus d rustigasio — Gerardinus de ziliano — Philipponus radinus
Bartholomeus succarolla — Michael moiolarius — Obertinus de rizolo
Ioannes rainus — Boniocanninus de lanizola.

Omnes ex antianis & sapientibus negotiis comunis Placē. præsidentibus necnon domini adiuncti & electi vna cum suprascriptis ancianis & sapientibus occasione infrascriptæ prouisionis,

Corradus de laudo — Guielmonus de cogno — Iannes dulzanus
Pasinus de remollis — Bertholomeus ficamilica — Bertholomeus bagarot,
Guielmus rubeus, — Franciscus.xx.ān.de lādo — Guielmus de valtidono
D. Andreas de arcel. iurp it. — Antonius fulgosius.
Raphael surdus — Nicholaus brachifortis.

1 SVprascripti antiani & sapiētes cū aliis sapiētibus eis adiunctis vigore bailię eis attribute p cōsiliū generale ciuitatis Pla.oēs in cōcordia nēie discrepāte pro bono & euidēti vtilitate cōis & hoium Pla.prouiderūt statuerūt & ordinauerūt q nullus massarius laborator colonus & socidanus siue ciuis siue districtualis Pl.vel forēsis audeat vel psumat se absentare vel recedere de epatu Pla, vel domibus dñi in qbus staret vel de villa in q̄ hitaret nisi satisfecerit dño de q̄ satisfactione appareat pub. instrm vel p ii. testes sub poena carceris vsq ad.x.annos: & nihiloius soluēdi duplū dcō dño eiusq̄ḋ tenerēt ei cū carta & sine carta vel qḋ probare poterit p.ii.testes vel p confessionē dci debitoris fcā i pñtia.ii.testiū & q nullus nauta vel molinarius vel alius qlibet audeat ipsos tales passare vel trāsfretare seu cōducer̄ illos tales sine bulleta officialiū bulletarū Pla.cui officiali inhibet̄ ne pdictā bulletā faciat sine licētia dci dñi talis dictā bulletā regrētis & cuius dñi nomē & pronomē scribat̄ in libro cū vno teste noto sub poena soluēda dicto dño creditori id quod sibi debitū est vel erit ad q̄ poenā ēt tenerētur illi q dictos nautas vel mulinarios vel alios tenerēt vel deputassent ad dictas naues:& si aliqs circa hoc committeret fraudē de psona ad psonā eādē poenā icurrat:itē q qlibet ipunæ & sua auctoritate possit dictos tales fugiētes & eius bona & familiā capere sine nūcio cōis Pla. & intelligatur fugiēs si bulletā vt pmittitur nō ostēdat.. Itē q hoies villaę p quorū territoriū trāsibūt dicti tales fugitiui teneātur dare auxiliū & fauorē cuilibet requirēti ad prædictos oēs & singulos & eorum familiā & bo

na capien. & detinendū sub pœna soluēdi debitū dicto domino de quo debi tó dicto casu credatur instrumento vel duobus testibus vt supra. Itē q appel latione familiæ talium personarum intelligantur & contineantur fratres fra trum vxor & filii fratrū. Itē filii & abiatici nepotes & priuigni:& cum eis sta rent vel stetissent ad.i.panē &.i.vinū in eadem domo p duos menses ante. Itē q prædicti oēs massarii coloni:& socidarii ciues siue districtuales & forenses etiam eorū familiæ intelligen:familiam vtsupra q ab hinc retro contraxerint possint capi & personalr detineri nec relaxari nisi satisfecerit dicto creditori: & q si tale debitū sit contractū occasione laboreriorū vel socidarum credatur ēt facto dicti creditoris sine aliq probatione dūmō probetur ipsum talem esse. vel fuisse massarium colonū vel socidanum dicti creditoris: q probatio possit fieri p duos testes ēt pte absēte. itē q nullus cuiuscūq cōditionis existat aude at vel psumat receptare vel receptari facere d bonis & rebus taliū fugitiuorū i pœna soluēdi totū debitū ad qd tenerēt ipsi tales fugitiui & pro ipsis debitis possint ipsi receptatores cogi & conueniri ad soluen. realiter & personaliter sine aliquo libello vel litigio. Saluo q ipsi receptatores ad contēta in hoc capi tulo teneantur si infra octo dies:& postq ipse talis fugitiuus recesserit de villa vbi hitare cōsueuit manifestauerit receptata dño creditori suo. & idē itelliga tur de hiis q receptauerūt de bonis taliū fugitiuorū qui ab hic retro fugā fece rit nisi recitata reddiderint dño creditori infra octo dies postq reqsitum fue rit ipsis receptatoribus:dē q requisitiōe probari possit p duos testes sine alio litigio:Et q prædicta oia & singula capitula & quodlibet eoru ad effectū mā detur non obstātibus aliquibus legibus statutis prouisionibus & reformatio nibus in cōtrariū facientibus:qbus oibus qtum ad hoc sit & totaliter intelliga tur derogatum:ac si de ipsis de verbo ad verbum facta esset mentio specialis.

2 Itē prouiderūt q suprascriptæ prouisiones valeāt robur obtineāt vige āt & executioni mādēt p quoscūq iudices & officiales cōis Pla. hō hita diferētia portarū vel discretionis iurisdictionis ad petitionē cuiuslibet requirentis incōtinēti post publicationē de ipsis fien. per tubatores comunis Pla. & q quilibet iudex vel officialis cōs Plac. sit iudex cōpetens ad prædicta.

Luchinus vicecomes & cætera.

3 CVm in ciuitate nr̄a Med. statutū vigeat q si q decima possessa vel quasi detēta p aliquē annis. xl. fuerit continuato tpe suo cum tēpore datorū seu antecessorū suorū præsumatur sua:& si quis eū impedierit q ptās & cōe Medi. teneatur eū adiuuare & defendere modis oibus ad voluntatē illius qui dictā decimā possederit vt supra:& credamus honori nostro conuenire. Idem in nostra ciuitate Plac. obseruari mandamus vobis quatenus tales qui sic possederint & possidēt decimas episcopat. eiusdē vt præmittitur indēnes: cōseruetis in eisdem & molestari non permittatis in earū possessione:sed oēm nouitatē & molestiā illarū contra tales reuocari faciatis & singula ablata pro pterea libere relaxari:insuper volumus & vobis mandamus: quatenus statu tum prædictum quod mittimus vobis introclusum inseri faciatis & poni in volumine statutorum comunis Placen. nostri:& in totum sicut iacet obserua ri. Dat. Med. die. xxvii. decembris in suprascriptione vero dictarum littera rum continetur nobilibus viris potestati & sapientibus nostris Placen.

Exemplum

EXEMPLVM STATVTI INTROCLVSVM IN DICTIS LITTERIS.

Reperitur in statutis comunis Mediolani factis. M.ccc.xxx. de mense martii hoc modo.

4 NVlla persona possit opponere vel allegare: quin ius reddatur de decimis & fructibus earũ per dñm pñtatem & eius iudices: & alios reddentes ius in ciuitate Med. & siquis contrafecerit aduocando procurando litigando vel alio modo sit extra protectionem comunis Med.

5 SI qua decima possessa vel quasi seu detẽpta per aliquẽ per annos.xl.fuerit cõtinuato tpe suo cũ tpe datorũ seu antecessorũ suorũ præsumatur sua: & siquis eũ impedierit quocunq; modo q̃ ptãs & comune Medi. teneantur eũ adiuuare & defendere omnibus modis ad voluntatẽ illius qui illã decimã possederit vtsupra sub pœna librar.ducentũ tertiolorũ: & impediẽs eximatur de protectione comunis Mediolani & ius dicens de prædictis teneatur procedere ad petitionem actoris sub pœna librarum.x.tertiolorum qualibet vice: & de hoc possit sindicari ẽt pendente officio nõ obstãte aliqua lege vel statuto vel reformatione vel prouisione in contrariũ loquentibus.

Dominus Med.&c. comes virtutũ imperialis vicar. generalis fieri fecimus certa capitula de modis tenẽdis ne laici sub ecclesiasticis magistratibus frustẽtur indebitis laboribus & ẽconuerso ne clerici possint conqueri q̃ libertate ecclesiæ præuentur tenoꝛ his inclusi: quare ipsa capitula mittimus vobis vt in agendis sitis amodo auisati.dat.Med.die.xviii.augusti.M.ccc.lxxxix.Gasparinus signauit a tergo egregio & sapienti viro domino potestati nostro Plac.

TENOR CAPITVLORVM TALIS EST VIDELICET.

VT libertas ecclesiastica debitæ conseruet & honor illustris principis & excelsi dñi dñi Medi.&c. comitis virtutũ impialis vicar. generalis nõ maculet in aliquo nec lędat nec laici subditi pfati dñi corã ecclesiasticis iudicibus indebitæ non grauẽtur videtur infrascripto ordine prouidendum circa decretum factũ q̃ laicus ad forũ ecclesiasticum non trahatur.

6 PRimo intendit præfatus dominus illustris princeps & excelsus dñs in q̃onibus inter clericũ & clericũ vertẽtibus q̃ aliquis iudex laicus se aliq̃tenus nõ intromittat: sed relinq̃tur iudici ecclesiastico ad cuius iurisdictionẽ spectabit nisi imploretur auxilium bracchii secularis in casibus in quibus de iure pstari debet quo casu illud præstetur & aliter & alio modo iudices seculares se non impediãt in prędictis q̃onibus inter clericum & clericum.

7 ITem si laicus clericũ conueniat sequtur forũ iudicis ecclesiastici cui clericus est subiectus nisi in cã feodi qđ procedit a laico de quo secundũ iura canonica iudex laicus debet & potest cognoscere. Si autem feodatarius procedat a clerico: iudex ecclesiasticus cognoscat & contra clericum & contra laicum feodatarium quatenus feodum cõcernit in aliis vero dictus feodatarius laicus permaneat sub iurisdictione iudicis secularis.

8 Item in casu quo clericus ē actualiter & realiter degredatus iudicis laici iurisdictioni subiaceat cum sit priuatus omni priuilegio clericali vbi vero vult laicus clericū conuenire vel laicus laicū cum generale sit: cum actor sequi debeat forū rei corā iudice laico solū trahatur laicus nisi in casibus inferius exceptatis quo casu trahi possit laicus corā iudice ecclesiastico.

9 PRimo in casu quo iurisdictio tpalis spectet ad iudicē ecclesiasticum iudex ecclesiasticus inter laicos sibi subditos illam iurisdictionem exerceat & iudex laicus de illa se nō intromittat ēt cōtra laicos in eo i quo iurisdictioni tpali clerici subiecti sunt nisi iurisdictio tpalis clerico fuerit cōcessa p laicū sibi supioritate seruata quo casu possit p subditū iurisdictiōi tpali ipsius clerici laicus supior p appnē vel qrelā de iniustitia denegata vel facta adiri.

10 ITē in casibus in qbus ē iurisdictio spiritualis vel crimē ecclesiasticū tale in qbus iudex secularis cognitionē nō hēat cognoscat iudex ecclesiasticus ad cuius cognitionē spectat: nec iudex laicus se quōlibet intromittat sicut in casibus fidei hęresis vel in cis sacrorꝫ ecclesiæ vel matrimonialibus vel simoniæ vel similibus de qbus iudex laicus de iure cognoscere nō possit.

11 ITem in crimine sacrilegii possit cognoscere contra laicum iudex ecclesiasticus: possit ēt hoc casu iudex laicus in eo quod sibi de iure competit cognoscere, & punire.

ITem si contingat de cætero per aliquem secularem ecclesiam aliquam notoriæ vel manifeste violenter spoliari seu iura vel possessiones ecclesiarum violenter inuadi iudex ecclesiasticus possit cognoscere & iudex laicus nisi ad petitionem clerici se non debeat impedire.

ITEM IVDEX ECCLESIASTICVS AD QVEM SPECTAT POSSIT COGNOSCERE IN RELICTIS AD PIAS CAVSAS.

12 ITem iudex ecclesiasticus ad quem spectat possit cognoscere contra emphith. liuelarios massarios & fictabiles ecclesiarū ēt laicos quo ad id ad quod tenerētur ecclesiæ ex dictis contractibus in aliis remaneāt subditi iudici seculari in locis aūt in qbus sit cōsuetudo cōtraria antiquitus obseruata ꝙ pro sibi debitis in prædictis casibus clericus laicum conueniat corā iudice seculari. eo casu consuetudo ipsa seruetur videlicet ꝙ laicus in præmissis casibus coram iudice seculari conueniatur non coram ecclesiastico.

13 ITem in causis decimarū laicus ad forum ecclesiasticum trahi possit nisi in locis vbi de consuetudine contrarium obseruatur: quo casu consuetudo ipsa antiquitus obseruata vt præmittitur obseruetur.

14 ITem iudex ecclesiasticus ad quem spectat possit cognoscere contra vsurarios tenentes mensam seu altare paratū ad prauā vsurat. voraginem exercendam & realiter: & de facto exerceat p se vel per alios eum eo casu sit notoriū eos esse vsurarios adeo ꝙ non possit aliqua trāsgressione celari.

15 ITē contra vsurarios manifestos de quibus notorū est de iure: qa sūt de vsurarū crimine condēnati & sunt confessi se esse vsurarios de qua confessione constet per publicū instrumentū seu per acta facta corā iudice competenti vel per famā publicā q̄ contra vsurariū laboret in ciuitate in q̄ degit. de q̄ probet corā iudice seculari q̄ probatione facta. si actor voluerit teneaf iudex secularis ipsū vsurariū cū oībus actis remittere ad ecclesiasticū iu-

dicē corā quo acta facta corā iudice seculari fidē faciant & iudex ecclesiasticus deteriet ipsā cām:& isto casu & pcedentibus fit actoris electio vtrū velit pro vsurarū restitutione corā iudice ecclesiastico vel seculari vsurarium cōuenire.

16 Item in casu mortis iudex ecclesiasticus possit contra vsurarios procedere ad denegandum ecclesiasticā sepulturā & ad cogendum ipsos ad restituen. vsuras vel ad præstandū de ipsis restituen. idoneā cautionē: & ad exhibēdum libros vsurariæ prauitatis: prout canonicæ sanctiones declarant: non autem ad quæstum pecuniarum aliquem proinde facien.

17 Itē possint iudices ecclesiastici post mortē vsurariorum exercere iurisdictionē cōtra heredes vsurariorum & ipsos cōpellere ad libros vsurariæ prauitatis exhibēdos: & ad restituen. illis a quibus sunt extorte vsuræ vel ipsorum hæredibus vel successoribus prout disponūt canonicæ sanctiones: & iudex laicus in exercenda iurisdictione contra dictos hæredes secundū formā canonicarū sanctionū non debeat iudicem ecclesiasticū aliquatenus impedire. in aliis vero casibus quā supra expressis pp multas fraudes q̄ committuntur ēt p laicos volentes suos creditores deludere & variis & exquisitis fraudibus contractus q celebrantur infringere ortentur iudices ecclesiastici q̄ relinquāt laicos iudicibus secularibus. & de ipsis laicis se non intromittāt trahēdo eos vel volendo eos trahere ad forum ecclesiasticum audientiam tribuendo.

18 Itē pp magnū abusum q fit p habētes conseruatorias p ipsos conseruatores quādoq̄ prout magistra rerum experiētia: & præsertim his nouissimis tpibus docuit ortētur prædicti ex pte pfati illustris domini q̄ tam habentes conseruatorias q̄ ipsi conseruatores ipsis conseruatoriis vtantur solū contra clericos contra laicos vero tā habētes conseruatorias q̄ ipsi conseruatores non vtantur nisi in illis casibus in qbus est expressum supra quā iudex ecclesiasticus contra laicū suā iurisdictionē valeat exercere. Ita tamen q̄ laicum non trahat extra territorium cuius iurisdictioni laicus est subiectus.

Dux Med. &c. Papiæ angleriæq̄ comes ac Cremonæ dominus.

19 Dilecti nostri nihil acuratius diligētiusq̄ aio reuoluentes q̄ oī studio prouidere vt pupillorum & minorū bona atq iura tali aliqn: & tā bono sub protectore siue tutore vel curatore directa & custodita sint qd qñcunq̄ minores ipsos cōtingat pfatā etatē cōtigisse sua q̄ melius & integrius fieri possit seruata cōpiāt: & nō ipsorum suorū tut. siue curatorū facilitate aut fortassis malitia vel negligentia distracta dilaniata vel exinanita circa modū dandorū deinceps tutorū vel curatorū huiusmodi ac fideiussorum & cautionum eorū ipsis pupillis & minoribus qbus hactenus adeo ībecilles tā seu sū q̄ facultatibus dari solitos esse audiuimus vt quotiēscunq̄ de eis memoria nobis fiat stupor quidē maximus & displicentia nos surripiat decretū edidimus his inserti tenoris qd a kalē. ianuarii proximæ futuri in antea inuiolabiliter obseruari disponimus mādamus igit vobis q̄tenus illud stari in locis publicis & cōsuetis illius vrbis ciuitatis diligēter: iuxta solitū horisq̄ cōsuetis: ita vt ad hominū notitiā peruenire queat publicari faciatis atq̄ in volumine aliorū decretorū eiusdē nostræ ciuitatis proprio a dictis kalen. inclusiuæ ianuarii anni proximæ vēturi. M.cccc.lvi. in antea obseruādū seriose describi volētes insup q̄ vos ipse copiā huiusmodi nostrarū litterarū & decreti bene cū his cōcordatū

ſtati ſingulis & poteſtatibus quarūcūq; terrarum diocefis illius ſępe dictæ noſtræ ciuitatis tranſmittatis pariter in conſuetis locis earūdem terrarum publicari. ac ibidem in voluminibus aliorum decretorum ac ordinum ipſarum terrarum conſcribendū voſq; nobis aut ſpectabilibus de conſilio noſtro iuſtitiæ ſtatim ſcribatis de huiuſmodi lrarū noſtrarum & decreti publicatione aſcribēdo diē q̄ ipſam publicationē fieri feceritis ac ſimiliter ipſis ſingulis & ptātibus iniungēdo vt & ipſi pariter cū diei clarificatione factę de dcā publicatione vt ſupra reſcribāt dat. Med. die. xxiiii. nouembris. M. cccc. lv. ſignat Franciſchus.

A tergo continetur egregio militi dilecto poteſtati noſtro Pla.

TENOR DECRETI.

20 ABuſum q̄ndam nō minus q̄ fraudulentū & deteſtabilē adeo in illa ciuitate nr̄a Pla. inualuiſſe pcepimus vt tanq̄ lis cōfirmata praticeť allegeť & a iur. dicētibus indifferēter obſerueť & qd profecto iurādū ē licet oībus diſpliceat ab oībus tñ freq̄ntať: quo aūt clipeo qbuſue latebris eius auctores fautoreſq; pōdus cōſcie poſſint euitare nō poſſumus aiaduertere cū nāq; quiſquam moritur relictis liberis tutore aut curatore indigētibus tū & ſi adſint legitimi vel alii attinentes datur pro tutore aut curatore aliquis pauperrimus qſiq; ēt morum nō cōuenientiū qui nec ſe nec ſua ſi hēret tueri aut curare ullo mō ſufficeret & vt legē videāť implere quæ in talibus requirit ſatiſdationem alius quiſpiā q pro fideiuſſore intercedat præcio quodā emitur quoꝝ vterq; multotiēs tot tutelis aut curis totq; fideiuſſoribus eoꝝ ſuppoſitus reperiť vt eas ipſemet numerare neſciret cæteꝝ cū lex cōis ſcā & cunctis bene prouidens ſtatuerit in tutelis & curis decernēdis per magiſtratum hr̄i debere diligentē cāæ cognitionem adeunt conſules quoſdā qui ſatis hac abunde ſe cām cognouiſſe iudicant cū de mercede ſua vt eoꝝ vtamur vocabulo pro interpoſitione auctoritatis & decreti cōuēnerint qbus ne conueniri poſſint in ſubſidiū inopia efficacē tribuit ſecuritatē vtq; pleniorē viam efficiant ad deuorandum minorum facultates & iura ſimulāt repertoriū conficere: in quo quędam paucula cōſcribi faciunt proteſtātes ſe: ſi de aliis inuenerint addituros ſibi ex hoc ſuadentes legi plenum & integrum repertorium exigenti ſatisfeciſſe. Quæ quidem ſi in iudicium deducta fuerunt tum & ſi debuiſſent exigente iuſtitia reuocari; fuerunt tamen per patientiā tollerata quo fit vt multi minores: quorum ab initio erant amplæ facultates eodem tempore ſe reperierint inopes: & maiores. Hi vero qui bonorum ſuorum adminiſtrationi ſe ingeſſerunt ex inopibus effecti ſint opulenti. Hanc igitur labem peſtiferam virus hoc acutiſſimum quibus orphani deuorantur & eorum abſorbentur diuitiæ ab illa ciuitate noſtra: & toto dominio noſtro prorſus diſponentes exulare hoc præſenti decreto in perpetuum deo propitio valituro; & quod pro lege generali obſeruari decreuimus ſtatuimus volumus & iubemus. Quod ſi contingat aliquem decedere relictis liberis maſculis vel fœminis vno vel pluribus in eius poteſtate conſtitutis pupillis vel adultis: nō dato vel nominato per eum in eius vltima voluntate tutore vel curatore: & quibus prouiden. fit de tutore vel curatore ſuperſtite ipſorum pupillorum vel pupilli ſeu adultorum vel adultę matre vel auia viduis: teneātur ille vel illa cui ſeu quibus tutela ipſa tanquam legitimo; ſeu legitimis deferretur de iure ſi dictæ mater vel auia non forent

in rerũ natura: infra menses, iiii. post mortem talis defuncti denunciare dictis
matri vel auiæ congrua relatione habita: an velint tutelam acceptare: & si in/
fra mensem vnum post talem denunciationẽ dicta mater: vel auia responde/
rit: ꝙ sic: tunc eam acceptet præstito idoneo fideiussore qui sit idoneus facul/
tatibus habito respectu ad facultates dicti pupilli & alia faciant & obseruent:
quæ secundum formam & dispositionẽ iuris requiruntur: & si fideiussor non
sit idoneus remaneat obligatus magistratus qui dictum fideiussorẽ acceptaue
rit & mulierũ ipsam in tutela confirmauerit: & si ipse magistratus non sit sol/
uen. vel sit absens a ciuitate & episcopatu illius ciuitatis teneatur agnatus: qui
consensum præstiterit ipsi mulieri in confirmatione tutelæ. *Si* vero dicta mu/
lier infra ipsum mensem non responderit vel responderit non velle dictam tu
telã acceptare vel responderit obscure vel rationabiliter siue suspensiue respõ
derit hẽatur perinde: ae si responderit non velle acceptare & eo casu: ac ẽt eo
casu quo antea acceptasset: & deinde per transitũ ad secunda vota per mortẽ
vel alio modo desierit esse tutrix: ẽt per renũciationẽ factã in manibus iudicis
vel etiã eo: etiã quando mater nec auia non adessent: & nunc & eis casibus: &
quolibet eorũ locus sit legitimo: & non datiuo: & ad eã suscipiendã tutelã: cõ/
pellatur ille legitimus: qui de iure comuni cõpelli posset in casibus in quibus
est tutori legitimo: qui legittimus teneatur promittere obligare & iurare se/
cundum iuris dispositionem ae idoneæ satisdare taliter, saltem quod iunctis
facultatibus tutoris & fideiussoris bene cautum reperiatur ipsi pupillo vel pu
pillis. Et si ille cuius prius tutela deferretur non esset idoneus facultatibus nec
reperiret fideiussores idoneos respectu facultatum pupilli vel pupillorũ vel
legitimæ se excusaret: tunc tutela decernatur alii propinquiori secundum iu/
ris dispositionẽ qui idoneus sit & satisdet & faciat vt supra: & licet in casibus
suprascriptis tutela de facto non decernetur tali legitimo vt supra dictũ est: ta
men proinde teneatur & obligatus sit & eius bona obligata dicto pupillo vel
pupillis ac si eis expresse tutela decreta esset & se & eius bona pro rõne redden
da & residuis seu reliquis restituendis: & aliis pro quibus solent obligari tuto
res obligasset: & si nullus reperitur tune procedatur ad datiuum qui detur cũ
legitima inquisitione: & satisdatione nec sufficiat interuẽtus cõsulis iustitię ni
si fuerit ex iuristis collegii illius ciuitatis sed necessaria sit auctoritas vicarii &
prãtis: & saltem quatuor ex. xii. prouisionum illius ciuitatis & eorum inquisi/
tio: Et quæ dicta sunt in tutoribus & eorum & fideiussoribus locum etiam ha
beant in curatoribus adultorum furiosorum mente captorum hæreditatum
vicantium bonorum absentium ventris & similium quibus prouideri debet
de curatoribus mutatis mutandis & cum sano & curiali intellectu.

81 TEneantur tñ etiam suprascripti tutores & cura. inuentarium seu reper
toriũ facere & alia solẽnitates obseruare secundũ ꝙ iura disponũt sin/
gula singulis congrue referendo in eoq; inuentario seu repertorio iu/
rare teneãtur se oia de qbus notitiã hñt in ipso repertorio describi fecisse: nec
secũdũ eorũ scire vel credere aliud fore in bonis vel iuribus ipsius minoris vl
tra descripta in ipso repertorio. Decernẽtes insuper oẽs tutelas & curas oiaq;
repertoria q̃ de cætero fiẽt p̃dictis non obseruatis p tutores vel curatores da
tos vel ordinatos nõ seruatis p̃missis seu aliter q̃ supra dispositũ est vel cum eo
rũ auctoritate gesta aut facta fuerint nullus & nulla fore: & nullius effectus ac

momenti tã in iudicio quã extra:& illos tenere ad indemnitatẽ taliũ minorũ eorũq; bona proinde fore obligata qui tenerentur ex iuris diſpõne ſi ipſi tales dati aut decreti tutores vel curatores nullatenus extitiſſent, In quorũ teſtimo niũ præſentes fieri iuſſimus:& infraſcripti ſecretarii noſtri nomine proprio ſi gnati, Dat. Mediol, die .iii, nouembris. M, cccc. lv. Signat. Franciſcus.

Reperitur in libro regiſtri litterarum comunitatis Pla. tranſmiſſarum tem pore regiminis S. D. Maſini de Tebaldis:tunc honorabilis poteſtatis ciuita tis & epiſcopatus Plac. pro illuſtriſs, & excel. domino domino noſtro: domi no Franciſco Sfortia tunc comitę Papię & c. & nunc Duce Med. & c. Papię an glerięq; comitę ac Placen. & Cremonæ &c. domino anno ab incarnatione do mini currente. M.cccc.xlviii. & ſcript. & regiſt. per condam Mertinum Gal lum not. & tunc dictat. dicti comunis in dicto libro in fol. lxxvi.

22 ILluſtriſſ. & excel. dñationi vſæ humiliter & cũ oi reuerentia ſupponiẽ propte vſæ fideliſſimę cõitatis Pla. q dũ ipſa cõitas cõſideraret q mul tas expenſas & innumerabiles hẽt in anno proxime futuro ad faciẽ. qui bus ſatisfacere non poſſet nec poterit niſi debita interueniẽte prouiſione:ma turæ deliberauit prouidit & ordinauit q oẽs creditores eiuſdẽ cõitatis q̃uis occaſione cõtracti a die felicis introitus dictæ ciuitatis per eadem dñationem facti in retro:patientiã eorũ ſatisfactioni hẽre debeant pro talibus eorũ crediti tis & differri poſſit & debeat taliũ creditoꝝ ſatisfactio per vnũ annũ inceptũ die primo ianuarii proxime futuri. M.cccc.xl. ſecũdũ curſum eiuſdẽ ciuitatis: Quodq; ẽt attentis erroribus & incõueniẽtiis q̃ comittũtur per perſonas dedi catas eccleſiis & hoſpitalibus ſcoꝝ Antonii & Lazari Pl. cũ in pluribus ſub ve lamine dcãꝝ dedicationũ ſeſe tueantur & tueri ſoliti ſint tam oneꝝ reſpectu q̃ damnoꝝ cũ beſtiis q̃ aliis in campis faciunt cũ cõueniri non poſſunt ſub tpa li iuriſdictione:prouiderint & ordinauerint eiuſdẽ cõitatis præſidẽtes. q oẽs ſiue ciues ſiue vilici qui dedicauerũt ſeſe & eoꝝ bona hactenus ſupraſcriptis eccleſiis & hoſpitalibus ſeu alteri eoꝝ ſeu de cætero dedicabunt poſſint in fu tuꝝ conueniri corã & ſub officialibus laicis:& ſub tpali iuriſdictione:niſi cõti nuã hitationem & reſidentiam fecerint in dcis locis cũ ipſoꝝ dedicatoꝝ fami liis bonis & rebus dignetur præfata vſa celſitudo mãdare quo ad primã prẽ de creditis prædictis q oẽs creditores pręfate cõitatis q̃uis occaſione cõtracti a dicta die vſi felicis introitus p̃noiati ſci patientiã eorum ſatisfactioni hẽre de beant:& q diferri poſſit & debeat taliũ creditorũ ſatisfactio per vnũ annũ in ceptum vt ſupra, Et quo ad ſecundã partẽ dedicatis q oẽs ſiue ciues ſiue vilici qui dedicauerunt ſeſe & eorũ bona hactenus ſupraſcriptis eccleſiis & hoſpita libus ſeu alteri eorũ poſſint de cętero cõueniri corã:& ſub officialibus veſtris laicis:& temporali iuriſdictione niſi continuam habitationẽ & reſidentiã fece rint in dictis locis vt ſupra, Et hæc omnia attentis rõnibus antedictis: Aliter enim quo ad dictam primam partẽ dicta veſtra cõitas impotens ſatisfactioni dictorũ creditorum ſuorum:& aliarum expenſarũ fiendarũ vt ſupra in dicto proxime futuro anno deficeret & non poſſet quarte parti ſatisfacere. Et quo ad ſecundam partem multa enormia & inconuenientia reſultarent quod non credit eadem veſtra cõitas fore iuſtæ & pię intentionis ante latæ veſtræ celſi tudinis quam altiſſimus augere & conſeruare dignetur ad vota feliciter.

Franci

Franciscus sfortia vicecomes:comes.& c.dilationem dictæ cõitati ad debi/ta sua soluendum attentis iacturis suis ad beneplacitum nostrum duraturā statuimus mandantes interim non inquietari. Dictos dedicatos conueniri posse sub nostris iudicibus laicis pro dictis dãnis & q̃relis:qui ex eis non cohitãt cũ familiis suis volumus si habitare comode possint. Ex cerminate die.xvii.decẽbris.M.cccc.xlviii.signat.Ioannes de amelia iur.vtriusq; doctor auditor.

Dux Med.& c.Papiæ angleriæq; comes & ianuæ dominus.

QVoddã decretũ per nos nuper edictũ pro tollendis quibusdã ab vsu & corruptela quorũdã ex officialibus nr̃is q pro scriptione vel delegatione vllius sumẽde informationis vel iustitiæ cupiã ministrande aut alicuius negotii explicandi salariũ priuatũ velle atq; percipere non videretur vobis per copiam mittimus introclusam volentes & vobis mãdantes: quatenus decretum ipsum inseri & scribi faciatis in volumine aliorum decretorũ nostrorum:ac pro lege de cætero obseruari dat. Med.die.xxii. maii. M.cccc.xxiii.Ioannes Franciscus atergo continetur egregio militi prãti nostro Plac.

Dux Med.& c.Papiæ angleriæq; comes ac ianuæ dominus.

23 SCientes hoc abusum & corruptelam vigere & praticari inter nonnul/los ex officialibus nostris videlicet q; dum per nos eis vel aliquibus eorum scribitur vel delegatur pro villa informatione sumẽda: & vel pro iustitia cuipiam ministranda:aut pro aliquo alio negotio explicando salarium priuatum seu a partibus in litteris nostris noiatis pro tali commissione vel delegatione informatione vel negotio volũt aut percipiunt:qd displicet summe nobis:ac absonum & irrationabile satis est cum vnicuiq; horum nostrorũ officialium bene sufficere debeat taxatum sibi salarium publicũ pro resecatione huiusmodi abusus & corruptelæ decernimus per p̃ntes ex certa sciã ac presenti nostro decreto statuimus & sancimus q; quiuis potestates capitanei: vicarii rectores: & officiales nostri p̃ntes & futuri quibus uis noibus censeantur non audeãt nec præsumãt de cætero pro aliquibus talibus comissionibus vel delegationibus in posterũ eis fiẽdis. Salarium vllũ priuatũ seu a partibus vt supra petere nec percipere directæ vel per indirectũ sub irremissibili pena pro vno den.quatuor nostræ cameræ applicãdis cuilibet cõtrafacienti: & tonẽs & quotiens fuerit contrafactum mandãtes sindicatoribus nostris vt de prædictis inquirant tempore sindicatus officialium prædictorum:in quorum testimoniũ præsentes fieri & registrari iussimus nostriq; sigilli impressione muniri.

Dux Mediol.& cætera comes virtutum imperialis Vicarius generalis.

24 QVoniã exigua sępe scintilla magnũ:& inextinguibile plerũq; succẽdit incẽdiũ ad euitan.miser.& cãs ex quibus tumultus aliqs possit insurgere decernimus volumus & mãdamus q; in qbuscũq; locis publ.& consuetis terrarũ & ciuitatũ nostrarũ fiãt proclamationes q̃tenus nõ sit aliq̃ persona cuiuscũq; status gradus & cõditionis existat quæ audeat vel præsumat ali/qua rõe vel cã facere congregationẽ aliquam gentium cũ armis super territorio nr̃o. Quodq; nullus subditus noster audeat vel præsumat ad suasionẽ seu requisitionẽ aliquorũ nobiliũ seu alterius cuiuscũq; personæ gentiũ coaduna/tiones facere nec ad aliquas si quas quẽpiam facere sentiret se trãsferre palam

vel occultæ:abſq; licentia nſa ſeu officialiũ noſtroꝵ cõmiſſionem a nobis hñ/
tium ſuper hoc ſub pœna haueris & pſonæ ad arbitriũ noſtrum:his aũt litte
ras noſtras quas in poſterũ pro lege & decreto noſtro iubemus inuiolabiliter
obſeruari in volumine ſtatut.& decret.noſtrorum ciuitatum locorum & ter/
rarum noſtrarum inſeri & regiſtrari de verbo ad verbum prout iacent volu/
mus & mãdamus dat.Med.die.viii.Ianuarii.M.ccc.lxxxvi.ſignat.Paſquinus.

Nos dominus Med.&c.Comes virtutũ imperialias vicarius generalis re/
latu fide dignoꝵ percipimus ꝙ nonnulli ciues & ſubditi noſtri deliberatæ iu/
ſtitiæ non confixi ſed potius eoꝵ prauis cogitationibus inherẽtes ligas vnio/
nes confederationes ſectas & couenticulas nec non coniurationes & conſpira
tiones diuerſimodas ad inuicem facere procurarũt & procurãt vt exinde præ
cipue potẽtiores fiant & ob hoc eorum aduerſarios & æmulos:ac ẽt eiſdem a
ſiſtere non volentes opprimere poſſint & facilius ſuperare ex quibus ſuſpitio
nes inſurgunt pullulãt inimicitiæ & partialitates creſcere ꝗ plures dignoſcun
tur multaq; diſcrimina & alia deteriora poſſent faciliter euenire intendentes
itaq; futuris periculis prouidere & obſtare minãtibus tanta mala ex certa ſciã
& de noſtræ ptãtis plenitudine ſancimus decernimus edicimus & mãdamus
ꝙ huiuſmodi ligas vniones confederationes ſectas cõuenticulas cõiurationes
& conſpirationes vniuerſas quõlibet & cuiuſuis manerici noĩs & tituli cẽnſe
antur:aut nuncupentur hinc retro incohatas vel contractas quouis modo fõ/
re & eſſe debeat irritas & inanes nulliuſq; valoris & momenti eaſq; improba/
mus:velut illicitas & inhoneſtas & cõtra bonos mores celebratas & factas mã
dan.expreſſe eas nullatenus obſeruari debẽre ſed diſſolui penitus infrigi & re
uocari per eos qui eas fecerunt:necnon de ipſis earumq; diſſolutionibus noti
tiam nobis faciant infra vnũ menſem a die publicationis pñtis decreti in anẽa
computan.ſub pœna haueris & perſonaꝵ cuilibet cõtrafacienti nſo arbitrio
imponen.reuocantes vero & notifican.vt præfertur pœnã pro aliqbus hinc
retro factis de prædictis nullatenus patiantur & ꝙ ẽt conſcii ad prædcã tene
antur ſimiliter decernimus inſuper ſtatuimus volumus & mandamus ꝙ aliq
noſtri ciues vel ſubditi cuiuſcũq; conditionis ſtatus & gradus exiſtãt nullate/
nus audeant vel præſumant de cætero palam vel ſecretę directæ vel indirectę
vel aliquo ꝗſito colore inire contrahere vel firmare nec modo aliquo celebra
re ad inuicem aliꝗ ligam vnionem confederationem ſectam vel conuenticulã
nec vllam coniurationem vel cõſpirationem cuiuſuis manerici & quocũq; no
mine & titulo vel vocabulo nuncupetur ſub pœna prædcã ꝗ pœnam incurrãt
oẽs & ſinguli fautores & participes nec non præſtan.auxilium cõſilium & fa/
uorem in prædictis quouis modo.Similiq; pœna puniri volumus & mãda/
mus quoſcũq; ſocios:& ad quoꝵ aures & notitiam peruenerit aliquid ex præ
miſſis fore commiſſum contra præſens noſtrum decretum niſi infra.iii.diem
a die ſcientiæ cõputan.illud manifeſtauerint nobis aut officiis nſis ſub quorũ
iuriſdictione fuerint conſtituti mãdãtes vniuerſis & ſingulis rectoribus offi/
cialibus iuſdicen.noſtris cæteriſq; qbus ſpectet quatenus ſub pœna noſtræ in
dignationis hãnc nſam intentioné pro lege & decreto noſtris debeant inuio
labiliter obſeruare & executioni mandare:nec non facere publice diuulgari
& in voluminibus aliorum decretorum necnon ſtatutorum noſtrorum & or
di.ciuitatum & terrarum noſtrarum inſeri & deſcribi in quorum & cætera.

M.ccc.

M.ccc.lxxxvi.die lunæ.xvi. Aprilis pub. fuit supraſcriptum decretum.

QVOD IVDICES PLA. NON POSSINT RECVSARI NISI IVRATA ET COMPROBATA SVSPITIONE CVM VNO TESTE, ET CAETERA.

Dux Med. & c. Papiæ anglerięq; comes ac Cremonæ dominus.

25 Nobis parte collegii iudicum ciuitatis noſtrę Pla. exhibita fuit petitio tenore ſubſequentis videlicet illuſtr. Princeps: Quoniam ſæpe contingit in ciuitate veſtra Pla. q cum agitur de cōittendo aliq̃ cauſam vel articulū vni de collegio iudicū ciuitatis Plac. partes ipſe ſeu cauſidici agentes pro eis ſine aliqua legitima cauſa recuſant vt ſuſpectos malitioſæ ac calumnioſæ quos volūt de dcō collegio: & ex hoc cāæ ipſe ſeu articuli comittuntur extra ciuitatem Pla. qđ cedit in maximū damnum & diſpendiū litigātiū & dicti collegii dedecus quia cū cāæ extra ciuitatem comittūtur exiſtimari quodāmodo pōt in ipſa ciuitate Pla. non adeſſe tantam q̃titatem aut peritorum copiam q cāæ in ea vertentes poſſint per ipſos de collegio decidi. Vnde dictum collegium cupiens indemnitati litigantium & honori ſuo prouidere & viam calūniis præcidere decreuit ad excelſiſſ. dñationē veſtram recurſum hr̃e ac eā exorare vt de oportuno huic rei remedio recurrere dignetur ſupplicando eidem vt per litteras ſuas patentes inuiolabiliter obſeruan. tāq̃ perpetuum decretum edicere & mandare dignetur q iudices collegii dictæ ciuitatis Plac. in aliqua cauſa ſiue principali ſiue appñis ſiue ſup aliqbus articulis nequeāt neq; pro ſuſpectis recuſari ſed cāæ ipſe & articuli in ipſa ciuitate comittātur prout decens eſt niſi fuerit cā legitima ſoſpitionis cōprobata vno teſte fide digno & sacrō eiuſmodi ſuſpitionē allegantis q quidem oī ex parte honeſtū eſt & ſperāce intētionis prælibatæ dñationis veſtræ: cui ſe dictum collegiū deuotę recomendat. Cū itaq; nos libenter ſupraſcriptoꝝ doctoꝝ reqſitionibus annuamus nobis ſuadentes eos nō aliud poſtulaturos niſi qđ honori nr̃o conuenit & comodū illius ciuitatis fit ceſſurum videriq; fecerimus reqſitione de qua in ſuppoſitione pdcā fit mētio: harū ſeriæ decernimus & mandamus q ſupraſcripti iudices ſeu iuriſperiti collegii prædictæ ciuitatis nr̃æ Pla. in comiſſionibus cāſarum ſiue principalium ſiue appellationū ſiue etiam ſuper aliquibus articulis nequeant pro ſuſpectis dari neq; recuſari: ſed cauſæ ipſe & articuli in dicta ciuitate vertentes: & quæ de cætero vertentur comittantur ipſis de dicto collegio ſeu alicui eorū prout decens eſt niſi fuerit cauſa legitima ſuſpitionis allegata & comprobata ſaltem vno teſte fide digno & ſacramēto eiuſmodi ſuſpitionem allegantis ac mandatis poteſtati & cæteris de dicta ciuitate officialibus nr̃is præſentibus & futuris necnon præſiden. negotiis dictæ ciuitatis q̃tenus præſentes nr̃as litteras & eaꝝ tenorem obſeruent & faciant inuiolabiliter obſeruari: in quoꝝ teſtimonium & c. Dat. Med. die. v. Iulii. M.cccc.lviiii.

Publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ litterę die ... menſis Iulii prædicti.

DECRETVM QVOD QVANDO DELICTVM INCIPIT A CONTRACTV NON POSSIT PROCEDI CRIMINALITER.

DVX MEDIOLANI ET VERONAE ET C. PAPIAE ANGLERIAEQVE COMES.

26 POlutantibus crebro querimoniis nonnullorū contra quos criminaliter processum est & proceditur tam per te q̄ diuersos alios iusdicētes & officiales nostros siue per accusam aut querelā vel denuntiā: ex quo q̄ assertum delictū pro quo processum est & proceditur sumatur ex negocio q̄ originem habuerit a contractu q̄ fuit & est penitus alienum ab intentione nostra disposuimus legem imponere sub qua quisq̄ oratus ammodo sit qualiter in talibus se habere ne nostri subditi exasperante malitia opprobriosæ vexentur fatigenturq̄ plusquā patiatur debitū rationis ppea hoc ædicto & decreto nostro q̄ pro lege haberi & inconcusse seruari perpetuo volumus & in volumine aliorum decretorum ciuitatis nostræ Mediolani volumus scribi & inseri ad contextum & litteram prout iacet edicimus decernimus & mādamus q̄ per te nec per aliquem ex iudicibus curię tuę: nec etiam per offm̄ alicuius executoris & vicarii nostri etiam capitanei iusdicentis & officialis nostri in ciuitate & Ducatu nostris Mediolani quicunq̄ sit & pro tempore erit circumscriptus: etiam omni bailia & arbitrio q̄ & quæ haberet vltra dispositioné iuris: de cætero nō possit nec debeat sub pœna indignationis nr̄æ criminaliter procedi per querelā denunciā vel accusam nec quouis modo contra quāuis personā pro aliq̄ re vel cā seu asserto delicto: quæ vel qđ sumi possit ex negocio qđ originem habuerit a contractu & sapiat naturā contractus & quantūcūq̄ processum foret eiusmodi processus pro nullo habeatur: & nullius efficatiæ sit valoris & momenti faciendo decretū id sono tubę premisso ad scalas palatii broleti noui cōis nr̄i Med. & in aliis locis consuetis publice diuulgari ita q̄ ad omniū notitiā similiter valeat deuenire: & de ipsiusq̄ receptione & prout feceritis nobis illico scribendo. Dat. Med. die. xi. mar. M.cccc.xiii. innocentius a tergo quat. sigillat. sigillo præfati dñi continetur spectabili viro prāti nostro Med. M.cccc.xiii. die Lunæ. xiii. martii. Iacobinus de Rolandis publicus præco comunis Med. retulit se cridasse suprascriptum dec. ad scalas pallatii Med. sono tubæ præmisso.

Quod sacramentum in facto proprio deferatur si petitur vel referatur: & delictum non possit dici falsum.

NOs dn̄s Med. & c. Comes virtutum imperialis vicarius generalis: seriæ p̄ntium edicimus decernimus & mandamus. Quod in qualibet causa ciuili in qua aperte parti iusiurandū deferat siue ante siue post libellum anteq̄ quæstio: lis aut cōtrouersia committatur tribus bonis viris teneatur pars illa cui defertur sacr̄m iurare ad terminum per iusdicen. statuen. ad iuram. qui terminus non sit minor tribus diebus vel iuramētū referre: dumtamen dictum sacr̄m deferratur in facto proprio eius cui defertur & stetur sacramento eius cui defertur in omnibus & per omnia tam super quibuslibet aliis dependentibus vel facien. ad negotium de quo quæritur: & in sacramento fit mentio quam quo ad excluden. vel defen. intentionem deferentis sacramentum: & si ille cui delatum est sacramentum ipsum non præstiterit in dicto termino habeatur ipso iure pro relato: qui deferens sacramentum: &

cui fue

rit relatum vel pro relato habitum vt supra. iurare possit super ea forma infra terminum similem quo prius iurare vel referre debeat: Et si iurauerit ad dictum terminum stetur eius sacramento tam pro se quam contra se: & si non iurauerit vt supra habeatur illud sacramentum pro non delato & pro non relato: Nec possit post hæc dari forma sacramentum super his de quibus alias delatum fuerit sacramentum. Et hoc decretum seruetur ac seruari debeat pręcisæ per quẽlibet iusdicen. Non obstante statuto de sapien. dandis nec aliqua alia exceptione vel oppositione. Et quod præstito dicto sacramento vt præmittitur dictum sacramentũ nõ possit dici falsum vel non verum nec alio modo iurari possit nec præstans iuramentum prædictum possit accusari nec de sacramento falso vel non vero possit eius causa vel occasione quoquomodo inquietari nec molestari: sed in omnibus & per omnia præstitum dictum tale sacramentum obseruetur & habeat roboris firmitatem: in quorum testimoniũ præsentes fieri iussimus & registrari ac sigilli nostri impressione muniri. Dat Mediolani die. vi. februarii. M. ccc. lxxxvi. indictione. ix. signat. Gasparinus Ambrosinus Grimoldus pręco maleficii publicauit. &c.

A tergo egregio viro ptãti nostro Mediolani & cætera.

R. CONTRA ACCVSATORES PERGAMINORVM.

27 DOminus Med. &c. imperialis vicarius generalis: Audiuimus quod egre ferrimus nonnullos pergamenses & alios forenses ex his qui cum armentis & gregibus bestiarum veniunt ad habitandum sup districtu nostro Plac. accusationibus indebitis pro damno dato adeo per tempora retroacta fuisse vexatos, & intollerabiliter aggrauatos per ciues & districtuales nostros Plac. q inde recedere & ad partes alienas se transferre: necio sint coacti; quo circa sic prouidere volentes q ipsi forenses cãm nõ hẽant per huiusmodi iniurias & molestias illatas nostra territoria destruendi. Harũ tenore edicimus decernimus & iubemus q aliquis ciuis seu districtualis noster Placentinus: non possit de damno dato per aliquem forensem nisi damnũ datũ probauerit per duos testes fide dignos accusare. Et si damnũ datum vt pręfertur probatum fuerit tunc damnum illud per duos bonos viros illius contractæ ex comissione sibi fienda per iudicem ad quem cognitio huius spectauerit iustæ debeat ęstimari: vt extorsiones & expẽse tollantur & ne aliter quã modo prædicto quisquã ex forensibus accusari possit de damno dato seu contra ipsum procedi pœnitus iubemus dat. in castro nostro zoioso die. xviii. nouembris. M. ccc. lxxvii. hoc enim edictum & decretum nostrum volumus & mandamus pro lege seruari & præconia voce diuulgari: vt omnibus innotescat: ac in volumine statutorum nostræ ciuitatis Placen. registrari. Signat. Pasquinus. A tergo continetur nobili viro potestati Placentiæ.

Bona & Ioannes Galeaz Maria Sforcia vicecomites Duces Med. &c.

Dilectæ noster. intellecta serie his inuolute supplicationis leonis de arcellis ciuis istius nostrę ciuitatis. Quia ex factis istic & alibi nomine nostro proclamationibus & litteris nostris omnes ad cameram tam nostram quã comunitatis criminales condẽnationes sublatę sunt: pariter & processus pendentes

excepta capitali pœna:& cā ad statū nr̃m pertinēte exceptoq; dāno p offensos passo & legitime probato vel probādo. Idro volumus vt si de veritate narratoꝝ vobis cōstat vel cōstiterit respectu damni illati quod per supplicātem legitime probatum fuerit ius faciatis:seruatis in reliquis eiusmodi proclamationibus & lr̃is nostris.dat.Med.die.xvi.apr.M.cccc..lxxvii.signat.Cristoforus.

A tergo continetur nobil. ac sapien.viris potestati nostro Placen. doctori & iudici suo maleficiorum.

28 IOānes Galiaz maria sforcia vicecomes Dux Med.&c.Papię anglerięq; comes ac ianuę & Cremonæ dn̄s. Cum nihil magis cupiamus quā subditorum nostrorum commodis & vtilitatibus prospicere:ac malitiis & fraudibus litigantium obuiare:quibus ipsi subditi nostri per litigia variasq; impensas atq; dispendia deducuntur.Nobisq; innotuerit sæpe numero eos litigantes in medio vel in fine litis tacita veritate & expresso mendatio rescripta a nobis vel a reueren.& spectabilibus de vtroq; consilio nostro secreto:& iustitiæ impetrare in maximum quippe damnum incommodum & dispendiū alterius partis:& ob id aliquā do huiusmodi lites fieri immortales : cupientes his malitiis abusionibus & fraudibus occurere & prouidere hoc pręsenti decreto nostro perpetuo valituro decernimus sancimus & statuimus q̄ de cætero a die eius publicationis nemo litigantiū audeat vel præsumat quicq̄ nobis vel p̄fatis cōsiliis nr̄is aut alteri eorū supplicare vel petere : nisi in ea suppositione vel petitione expresse narretur q̄ ipse supplicās vel alius pro eo seu eius noīe pro eadē met cā fuerit & cōparuerit corā nobis vel p̄fatis consiliis nr̄is: aut alteri eorū corā qbus cōparuisset aut suo noīe fuisset supplicatū. Et qeqd super inde concessum fuerit : ac quas reportauerit seu impetrauerit litteras expresserit vel si repulsa eis data fuerit q̄ si prædicta in eius suppositione seu petitione conticuerit vel cōtrarium dixerit quicquid per eum seu eos hoc modo fuerit impetratū & concessum id irritū & inane:ac omnia inde secuta inualida pœnitus & irrita:& nulla nulliusq; roboris & momenti esse decernimus: & statuimus. Et vlterius ipsum impetrantē qui dictis litteris vsus fuerit condemnan. fore ac condemnari deberi in expensis per partem aduersam occasione prædicta verisimiliter factis censemus arbitrio magistratus corā quo talia ventilata & agitata fuissent taxandis ab eoq; irremissibiliter auferen. mandantes deniq; præfatis consiliariis nostris magistratibus commissariis:potestatibus & officialibus quibuscunq; nostris præsentibus & futuris : vt huiusmodi decretū nostrum vim perpetue legis habiturum firmiter seruent & seruari faciant atq; diuulgari & publicari vbiq; per dominium nostrum:necnon in volumine aliorum decretorum nostrorum registrari sub nostræ indignat. pœna in quorum & cætera.dat.Medio.die.xv.iunii.M.cccc.lxxxi.

Dux Mediolani & cætera.

63 VErũ tamen nisi fuerit de partium voluntate ordo præsentis decreti dispofita in eo non vendicent sibi locum in quæstionibus datiorum sed in eis pacta datiariorum & decreta nostra nec non statuta super ipsis edita volumus inuiolabiliter obseruari: nec ẽt in causis quæstionibus seu cõtrouersiis motis vel mouendis occasione proclamationũ q fient pro bonis vendendis ad cridas vel ad accipiẽdũ in solutũ: sed in ipsis seruari volumus prouisiones super ipsis specialiter editas: & terminos statutos in eis: nec ẽt in causis mercatorũ: quæ vertuntur corã consulibus merchatorũ inter merchatores: & ex causa merchandiæ: sed in ipsis seruentur statuta ipsorũ merchatorũ per nos cõfirmata: nec ẽt in causis in quibus procedi põt breuiori via q via prius decreti tpibus appñũ minimæ cõputatis p formã aliquorũ nrorũ decretorũ aut statutorũ illius ciuitatis vel terræ in q huiusmi cãæ agitabunt sed seruẽtur in eis statuta & decreta pdcã vt breuius terminẽtur ne partes expẽsis & protelationibus litiũ nimiũ prograuẽtur nec ẽt in cõpromissis factis & fiẽdis i amicos cões de partiũ volũtate: aut ex dispositione alicuius nri decreti.

64 PRæterea edicimus & ordinamus q si de cætero contingat aliquã litem qõnẽ causam seu cõtrouersiã moueri contra absentẽ in longinquis partibus vel extra territoriũ ciuitatis Pla. vel terræ in qua qõ agitatur ius dicens teneatur dare & assignare tali absenti vt supra citato vel citando facta prius fide sumatim prout iusdicẽti videbitur de tali absentia terminũ cõpetẽtem ad cõparẽdũ per se vel legitimũ procuratorẽ: videlicet singulos dies.xx. miliaribus pro eũdo & totidẽ pro redeũdo: & vltra arbitrio iudicis dũmodo arbitrium iusdicentis non excedat vel terminum vnius mensis continui: quo termino elapso & non ante incipiant currere tẽpore præsentis nostri decreti.

65 ITem si aliq partiũ voluerit producere in cã aliquos testes absentes vel instrã quæ essent extra territorium iusdicẽtis: tũc noiatis prius dictis testibus & instris quibus semel noiatis nihil addi possit & fcã fide summa

tim de huiusmodi absentia & carētia instrorū extra territorium existentia. Iudex litis prout sibi videbitur:& parte iurante ad sancta dei euangelia corpor. tactis scripturis ꝙ hoc non facit nec fieri petit dolo nec calūnia vel in fraudē nec aio protelandi litem sed putantis ipsis testibus & instris indigere ad probationē iuris sui eo casu assignetur sibi per iudicē litis terius cōpetēs secundū distinctionē locorū & negocii qualitatē infra quē dicti testes recipi & exaiari possint debita forma iura eorū dictus iudex litis solēniter psitari & instra ipsa produci:& in eo terio assignādo vt su. possit ēt altera pars ostēdere & probare de iure suo quicquid voluerit:quo terio pēdēte nō currāt tpa huius nostri decreti nisi termini statuti ad probādū quo ad testes & alias probatōes psites

66 ITem ꝙ si deinceps contingat vllam litē quæstionē causam seu controuersiam moueri alicui pupillo vel minori furioso vel mte capto aut simili personę tutore vel curatore carenti:ne talis persona remaneat indefensa: ne ius suum peat propter carentiam legitimi defensoris teneatur & debeat agere volēs cōtra aliquos ex prædictis prius citari & moneri facere aliquos ex proximioribus amicis & vicinis eiusdē:& vna cum eis vel saltem eis præsentibus aut legitimæ citatis instare & reqrere corā iudice cōpetenti ꝙ cōtra quē ipsam litē mouere voluerit detur & decernatur per iudicem prædictū cum solemnitatibus opportunis:tutor & curator idoneus secundū conditionē personæ: cui decernendus erit generalis vel saltem spetialis ad litē prædictam:cū quo possit iudiciū incohari: qui iura illius cui dabitur defendere debeat. Qui iudex teneatur infra.xxx.dies continuos a die reqsitionis sibi factę computandos prouidere eidem de idoneo tutore vel curatore vt supra. Et ad dictam tutelam seu curam seu defensionem subeundam teneatur compellere illos agnatos cognatos vel affines prout ipsi iudici videbitur cū cautionibus obligationibus sacramentis decreto & iure solemnitatibus opportunis sub pęna librarum quinquaginta tertiolorum cameræ nostræ applican.

67 SIquis aūt iusdicens vel assessor a seipso absq̃ consilio protulerit aliquam sniam iniquam & iniustam in totū vel in parte quæ iniquitas & iniustitia cōstet ex actis & productis in cā super qua dcā snia lata fuerit vel dictum consilium datum vel legitime detegatur si scienter & dolosę hoc fecerit incurrat poenam pro vno denario:quattuor quantitatis seu æstimationis rei: de qua fuerit quæstio applicanda pro medietate camerę:& pro alia medietate damnum passo. Et vlterius priuetur oi officio & beneficio aduocandi iudicandi & consulendi ꝙ quolibet priuilegio & beneficio sui collegii in perpetuū. Si vero propter imperitiam vel ignoratiā tūc teneatur reficere parti ex hoc lęso damnū cū expensis per ipsam partē passis secundū ꝙ iudici æquū & iustū videbitur:quaꝝ quidē poenaꝝ de quibus supra fit mentio: necnon poenaꝝ imposit. nō terminatis quæstionibus in terminis limitatis cognitores & executores esse debeāt illi quos super hoc duxerimus deputādos corā quibus quilibet volēs quærelari de prædictis teneatur suā quærelam in scriptis producere infra.lx.dies immediate sequentes: post dcm̄ terminum .lxxxv. dierum vtilium omnibus instantiis limitatum quo termino elapso non audiantur.

QVi cognitores & executores tam circa cognitionem & executionem dictaꝝ poenarum & cuiuslibet earū procedere teneantur summarie: & de plano sinę strepitu & figura iudicii:solaq̃ veritate inspecta:om-

nibus

nibus iuris remediis prout expediens fuerit: & eis videbitur conueniens. Et nihilominus ſiquis conqueri voluerit de aliquo iudice vel commiſſario q ſententiā iniquam vel iniuſtam dederit: hoc etiam in ſcriptis ſignificare poſſit inſra terminum antedictum: quia bene ſibi ius fieri faciemus contra prædictos.

68 VOlumus inſuper q in omni cauſa omnes & ſinguli teſtes producendi per aliquam partium cogātur indilate per iudices litis realiter & perſonaliter & omnibus iuris remediis ad iurādum & veritatis teſtimonium perhibendum in dictā cā ſub pœna cuilibet teſti inobedienti librar. I. tertiolorum: & plus & minus arbitrio ius dicentis inſpecta qualitate facti: & conditione perſonarum: cuius quidem pœnæ medietas cameræ noſtræ applicetur & alia medietas parti ipſum teſtem producere volenti: quæ pœna ſtatim per iudicem litis exigatur.

69 NOtarii autem deputati ad examinandum & recipiendum teſtes ſtatim poſtquā electi fuerint teneantur & debeant coram iuſdicente corā quo cauſa agitabitur ad ſancta dei euangelia tactis ſcripturis q teſtes producendos bene & legaliter examinabunt & interrogabunt eorumq dicta: ac teſtimonia fideliter recipient & ſcribent vel ſcribi facient pro vtraq parte bona fide & ſine fraude omni dolo ceſſante: eruendo ab ipſis teſtibus veritatem eius quod ſciuerint de negocio ſuper quo producti fuerint cum interrogationibus debitis & non ſuperfluis nec cauilloſis: & nō deuiando vllo modo a tramite veritatis & iuſtitiæ & q ſeruabunt ſtatuta ſuper hoc edita. Et quod non propallabunt nec maniſeſtabunt vllo modo directe vel indirectæ verbo nutu vel oſtēſione dicta teſtium alicui partium nec alteri perſonæ: ſed ea tenebunt & teneri facient ſecreta donec fuerint publicata: ſub pœna floren. xxv. auri cameræ noſtræ applican. vltra pœnas a iure limitatas.

70 ITem q quelibet partium quæ in iudicio produxerit aliqua inſtrumenta acta vel ſcripturas: teneatur & debeat non obſtante productione ſemel facta quandocunq ad inſtantiam partis: & cuius intereſt eas vel ea reprobare volentis & iurantis ſe non dolo nec calumniæ cauſa hoc petere ipſa inſtrumenta acta vel ſcripturas quibus alias vſa fuerit item: & de nouo producere: & in actis dimittere: & etiam parti requirenti vt ſupra copiam facere & ad hoc cogatur & cogi poſſit per quecunq iuſdicentem omnibus iuris remediis etiam per perſonalem detentionem.

71 DEcernentes & mandantes prædicta omnia & ſingula debere ſane intelligi ſecundum bonam & rectam intentionem noſtram quibuſcunq cauillationibus circunſpectis: & pro lege & decreto noſtro inuiolabiliter obſeruari & publice diuulgari: & in volumine aliorum noſtrorū decretorum & ſtatutorum ciuitatis & terrarum noſtrarum inſeri & deſcribi non obſtantibus aliquibus legibus decretis: ordinibus ſeu prouiſionibus noſtris vel ciuitatum & terrarum noſtro dominio ſubiectarum vel alicuius earum nec aliquibus ſtatutis vel iuribus communibus vel municipalibus huic noſtro decreto obuiantibus vel derogantibus quoquo modo quibus in quantū obuient vel derogent dumtaxat expreſſum & ex certa ſcientia derogamus: nobis tamen reſeruata poteſtate ad arbitrium noſtri mutandi addendi declarandi interpretandi & minuendi & quolibet alio modo diſponendi prout melius videbitur expedire. In quorum teſtimonium &c.

Dux Med. &c. comes virtutum imperialis vicarius generalis.

DEcretum nostrum de iudicibus constituendis in causis appellationum & cæt. mittimus tibi præsentibus inclusum: volentes & tibi mandantes: quatenus ipsum nostrũ decretũ pro lege & statuto obseruando & inuiolabiliter obseruari faciendo in locis publicis & consuetis iurisdictionis tibi per nos commisse illud facias publice diuulgari & in statutis cõis nostri Plac. ad perpetuam rei memoriã inseri & describi. Dat. Med. die iiii. nouem. M. ccc. lxxxvi. A tergo continetur nobili viro pr̃ati nostro Plac.

TENOR DECRETI INTROCLVSI TALIS EST.

72 NOs D. Med. &c. comes virtu. imp. vicar. generalis volentes in causis appellationum iudices constituere præsenti decreto. Statuimus q̃ appellans a quacũq; sententia cuiusuis iudicis vel iusdicentis ciuitatis vel terrę nostræ teneatur petere iudicem appellationis a potestate vel alio superiori magistratu ciuitatis vel terrę illius loci vbi primo quæstio sit commissa seu teriata. Qui potestas vel magistratus statim teneatur & debeat omnibus iuris remedijs partes cogere inter quas dicta causa agitatur ad dãdum confidentes eorũ in qõne prædicta: & reperto partium confidente iuridico: teneatur non tanquam potestas vel iusdicens: sed tanquam delegatus noster in hac parte specialiter constitutus cãm ipsius appellationis & nullitatis cõmittere audiendam examinandam & fine debito terminandam. Et si aliqua partium non comparuerit ad dandum confidentes suos in scriptis infra tempus a iudice statutum vel comparuerit & similiter non dederit: tunc liceat suprascripto potestati vel magistratui committere quęstionem prædictam alteri ex cõfidentibus partis comparentis dantes confidenti prædicto auctoritatẽ & omnimodam iurisdictionem quam haberet si foret a nobis spetialiter delegatus

Quod decretum nostrum in appellationibus tam impositis q̃ imponendis locum habere decernimus.

Quod decretum publicatum fuit ad arengheriam nouam comunis die nono mensis nouembris decima indictione.

Dominus Medi. & cætera. comes virtutum imperialis vicarius generalis.

73 REceptis litteris vestrum duodecim sapientum comunis nostri Plac. quarum litterarum copiam vobis mittimus pręsentibus introclusam & attendẽtes quod iustum est obseruare priuilegia & consuetudines dicti collegii: volumus & ex certa sciẽtia decernimus & mandamus quatenus de cætero non possit nec debeat assumi ad consulendum nec ad iudicandum in aliqua lite causa quæstione seu controuersia vertente: seu que verti contingeret coram aliquo iusdicente vel magistratu ciuitatis nostræ Placen. aliquis qui non sit de collegio iudicũ dictæ nostræ ciuitatis absq; nostra expressa licẽtia & speciali mandato. Et hoc non obstante decreto nostro nuper emanato super ordine causarum ciuilium abbreuian. nec de aliquo alio decreto statuto vel ordine facto vel fiendo in contrarium. Quibus per præsens nostrum decretum & ex certa scientia derogamus: mandantes vobis: quatenus præsens nostrum decretum & declarationem nostræ voluntatis inseri faciatis in volu-

mine statutorum & decretorum dictæ nostræ ciuitatis. Dat. Papiæ die vigesimo quinto mensis octobris. M.ccc.lxxxvi. Pasquinus a tergo.

TENOR LITTERARVM SAPIENTVM.

74 Illustris princeps ac magnificæ & excelsæ domine domine: ex debito officii nrĩ notificamus pro vtilitate & honore vestris & cõis vestri Pla. ꝙ licet magnas expensas fieri faciatis pro salariis dictoꝝ forẽsiũ nuper augmentatis: tamen studiũ quotidiæ diminuitur hoc autẽ cõtinget qui ipsos doctores nõ possunt insistere ad lecturã & ad quæstiones & litigia in quibus pro maiori parte insistunt cum satis eis esset dictæ lecturæ insistere. Nã fertur ꝙ non legunt pro medietate illud quod legi cõsueuit in bonis studiis nec operãtur ea quæ requirũtur ad augmentationẽ studii. Sentiamus ꝙ decretũ a vestra magnificẽtia in proximo emanandũ circa ordinem cãrum. Sitꝙ semper obseruatum in ciuitate Placen. & obseruatur in Med. & aliis ciuitatibus: maxime vbi viget studium: & hoc obseruabatur tempore quõdã bonæ memoriæ domini genitoris vestri: ꝙ qõnes committãtur ciuibus de collegio iudicum ciuitatis qui onera supportãt: & quæ magis congruunt ipsis ciuibus quã forensibus. Vnde dignetur vestra celsitudo ordinare in decreto fiendo ꝙ obseruentur statuta dictorum ciuium: & cõsuetudines in cõmissionibus fiendis in causis videlicet ꝙ qõnes cõmmitti non possint nisi ipsis iudicibus de collegio destituantur eorum priuilegiis: & causam habeant vagare ad alienas partes: talem etiam ordinẽ apponendo ꝙ dicti doctores non intendant ad causam sed ad lecturam sicut est eorum debitum. Dat. Papiæ die xxviii. septembris.

QVOD NVLLVS A SENTENTIIS CRIMINALIBVS POSSIT APPELLARE.

Dominus Med. &c. comes virtutum imperialis vicarius generalis.

75 Mandamus vobis q̃tenus decretũ nrm his introclusum ꝙ nullus a sẽtẽtiis crialibus latis valeat appellar̃ pro lege & decreto nrõ obseruãdo & seruari de cætero faciẽdo faciatis in locis cõsuetis iurisdictionis vobis comisse publice diuulgari & i voluĩe alioꝝ nroꝝ decretoꝝ ad ppetuã rei memoriã iseri & describi. Dat Me. die xxi. febr. M.ccc.lxxxvii. Gaspar.

TENOR SVPRASCRIPTI DECRETI.

76 Nos dominus Med. &c. comes virtutũ imperialis vicarius generalis cum propter appñes quas sæpius a sentẽtiis latis in causis criminalibus interponi cõtingat delinquentiũ pœnę calumniosis machinãtibus suspẽdãtur & plurimũ lædãtur iura phiscalia præsẽtiũ tenore de nræ plenitudine ptãtis: statuimus & ordinamus ac mãdamus ꝙ a nulla sentẽtia lata in causa criminali criminaliter mota possit per aliquẽ appellari: aut appellatio aliqua ad nos quouis modo interponi: quã appñem si fuerit interposita ex nunc decernimus irritam & inanem volentes dictam sentẽtiam ita per omnia executioni mandari: ac si prælibata appellatio interposita non fuisset aliquibus legibus statutis & prouisionibus vel decretis in contrarium latis non obstantibus: & si de eis fieri debuisset mentio spãlis. In quorum & cætera.

QVOD A SENTENTIIS LATIS ET FERENDIS PER ARBITROS NON LICEAT APPELLARE.

77 NOs D. Med. &c. comes virt. imp. vicar. generalis extinguere cupientes proplexitatē & materias inter nonnullos ex subditis nostris pullulātes, vtrum videlicet a sententiis ferendis per arbitros vel arbitratores seu amicabiles compositores seu amicabiles per partes volūtarie & amicabiliter assumptos liceat appellare secundū formā decreti nostri editi super ordinibus causarum, M.ccc.lxxxvi. die .xi. mensis aprilis, an non liceat appellari secundum formam & tenorem dicti decreti: sed solummodo circa dictorū arbitramentorum obseruationem vel infirmitatem debeant iura municipalia ciuitatum & terrarum nostro dominio subiectarum: & ipsis deficientibus forma & ordo iuris comunis obseruari. Et propter huiusmodi dubiū tollere volentes, Sancimus decernimus & mandamus quatenus a sententiis: & arbitramentis ferendis per arbitros vel arbitratores seu amicabiles compositores nō liceat aliter appellari prouocari infringi vel aliter contraire nisi eatenus quatenus & eis modo & forma quibus concessum esse reperiatur a iuribus municipalibus illius ciuitatis terræ vel iurisdictionis in quibus seu quorum territorio ipsa præcepta & arbitramenta facta fuerint & in eorum defectum quatenus & quomodo iura comunia concedunt. Idemq; obseruetur in oībus & per oīa in sententiis & arbitramentis latis ante tempus vltimi decreti per nos editi super ordine cirum & publicati in Mediolan. M.ccc.lxxxvi. die .iiii. Octobr. in quibus non extiterit appellatum formam & tenorem dicti decreti editi, M.ccc.lxxxvi. die .xi. apri. decreto nostro de quo supra fit mentio cui in hac parte ex certa scientia & de nostræ ptātis plenitud ine derogamus aliqualiter nō obstante. In quorū testimoniū præsentes fieri fecimus & registrari nostriq; sigilli munimine roborari. Dat. Med. die .x. maii. M.ccc.lxxxvii. Francischolus. Suprasciptum decretum præsentatum & publicatum fuit die. xiiii. Maii.

QVOD IN OMNIBVS QVAESTIONIBVS FIAT IVS SAMMARIVM ET EXPEDITVM.

78 DOminus Medio. &c. comes virtutum imperialis vicarius generalis. Decretum vnum fecimus nuper condi: quod vobis per exemplum mittimus præsentibus introclusum: mandantes vobis quatenus obseruātes hanc nostram intentionem & obseruari ab aliis facientes de dicto nostro decreto in locis oportunis proclamationem fieri debitam faciatis, ac illud inseri & describi in volumine statutorum ciuitatis nostræ Plac. ad perpetuam rei memoriam. Dat. Med. die .xix. februarii. M.ccc.lxxxviii. Gasparinus. A tergo. Egregio potestati nostro Placen.

TENOR SVPRASCRIPTI DECRETI.

79 NOs D. Med. &c. comes virtutum imp. vica. generalis. Quia nostra semper fuit & est præcipua & vniuersalis intentio nostrorum subditorum vtilitates & commoda summo studio procurare. Inde est q; pro ipsorum subditorum nostrorum abbreuiandis dānis laboribus & expen

& expēsis harū serie:& præsentiū tenore edicimus decernimus & mádamus quatenus in oibus & singulis qōnibus causis litibus & cōtrouersiis ciuilibus: ac etiá criminalibus ciuiliter motis & quæ mouētur seu de cætero moueri cōtigerit inter aliquas personas ciuitatis & districtus Pla. per quoscunq; iusdicētes magistratus & assessores fiat & fieri debeat ius summariū & expeditū cessátibus cauillationibus quibuscūq; & friuolis exceptionibus quanto magis fieri poterit cū honore nostri. Hoc tamē addito vel adiecto q per nostrū decretū nostræ intentionis non est q statutis merchatorū dictæ nostræ ciuitatis aliquid innouetur in quorū testimoniū præsentes fieri iussimus & registrari nostriq; sigilli munimine roborari. Suprascriptū decre. lectū & publicatū fuit.

QVOD LAICI NON POSSINT CONVENIRI EXTRA SVAM IVRISDICTIONEM AD INSTANTIAM ALICVIVS ECCLESIASTICAE PERSONAE ET ECONVERSO.

80 DOminus Med. &c. comes virtutū imperialis vicarius generalis. Mittimus vobis his inclusam copiá cuiusdá decreti: qd cōdi fecimus: ne subditi nostri extra eorū iurisdictioné trahátur per ecclesiasticas personas ad litigandum: volentes & vobis mádantes quatenus illud decretū pro lege & statuto obseruádo & obseruari faciédo faciatis p loca consueta iurisdictionis nostræ publice diuulgari & i volumine aliorū decretorū & statutorū ciuitatis nostræ Plac. ad perpetuá rei memoriá inseri & describi. Dat. Med. die. xv. apri. M. ccc. lxxxviii. Gasparinus. A tergo Egregio ptá: i nro Plac.

TENOR DECRETI.

81 NOs D. Med. &c. comes virtutū imp. vicarius generalis prouidere volētes q subditi nostri laici: ex eo q extra iurisdictioné eorū trahátur per ecclesiasticas personas ad litigádū nō frustent laboribus & expēsis: prout iá vt sensimus sunt frustati: per præsentes decernimus edicimus & mádamus: q̄tenus ipsi subditi nostri laici nō valeát cōueniri nisi sub eorū iudicibus laicis: q q non q̄ant ad aliud forū trahi: Et econuerso clerici dñi nostri nō possint nisi sub eorū clericis iudicibus conueniri neq; ad aliud trahi forū: in quorū testimoniū fieri præsentes iussimus & registrari nostriq; sigilli munimine roborari. Suprascriptum decretum lectum & publicatum fuit.

PROROGATIO TERMINI DVORVM MENSIVM ILLIS: QVI ALIAS IN TERMINO CORAM COMMISSARIIS DOMINI SVPER RESTITVTIONIBVS POSSESSIONVM RESTITVTIONEM PETENTES COMPARVERVNT.

DOminus Med. &c. comes virtutum imp. vicarius generalis: Fecimus nuper condi quoddá decretū præsentibus introclusum per qd prorogamus terminū. ii. mensiū illis qui alias in termino corá cōmissariis nris super restitutionibus possessionū petētes restitutioné cōparuerūt &c. volētes & tibi mádátes q̄tenus illud decretū faciatis i locis cōsuetis iurisdictionis vestræ publice diuulgari: & in voluie statutorū & decretorū ciuitatis nræ

Plac. ad perpetuam rei memoriā inferi & defcribi. Dat. Med. die .ii. iulii. M.ccc.lxxxix. Gafparinus. A tergo. Egregio poteftati noftro Placentiæ.

TENOR DECRETI.

NOs Dominus Med.&c.comes virtutū imperialis vicarius generalis cordi nobis femp fuit & eft vt ēt in caufis litibus qōnibus & cōtrouerfiis nobis & cameræ nſæ qūolibet ptinētibus tā cōtra nos & eādē camerā noftrā quā ēt pro vobis iuftitia miniftretur:q̄ fuū ius vnicuiq; tribuit vt noftræ & claræ memoriæ prædecefforū noftrorum aiarū faluti falubrius prouideatur: ea propter recolentes nos quoddam decretum condidiffe noftrum:anno domini. M.ccc.lxxxvi. die .iii. feptembris infrafcripti tenoris.

82 NOs dominus Med.&c.comes virtutū imperialis vicarius generalis.
Tenore pſentiū ex certa fcia & de nſæ plenitudine ptātis: volumus
decernimus edicimus & mādamus q̄ fi eft aliq̄ pſona cōe collegiū
vel vniuerfitas cuiufuis ftatus cōditionis vel pēminētie exiftat volēs dicere fe
hēre aut habēs vel habere prætēdens aliqđ ius dñii vel quafi fiue ius hypote 02
ce vel aliud ius quocūq; noie cenfeatur in aut fup aliqbus bonis vel rebus im/
mobilibus quæ teneātur feu tēta fint p camerā noftrā feu noie noftro feu per
aliquā aliā perfonā hēntē datū vel cām a nobis:vel camera noftra teneatur cō
patere & cōpareat infra tres mēfes cōtinuos proxime futuros a die publicatio
nis pñtis decreti in antea cōputādos fi pręfens fuerit videlicet in territorio no
ftræ doiationi fuppofito.Si vero abfens fuerit extra territoriū noftrū aut mu
lier vidua pupillus minor .xx. annis vel alia perfona fub alterius cura exiftens
vel indignēs curatore tūc teneatur & debeat cōparere ac cōpareat infra .vi. mē
fes continuos a die præfentis decreti in antea cōputādos coram cōmiffariis no
ftris fuper reftitutionibus deputatis feu deputandis:& ibidē corā eis teneatur 18
& debeat dare in fcriptis ius quod habet vel habere prætendit in aut fuper ip
fis bonis & rebus notū cuilibet facientes:q̄ fi infra terminos prædictos pñti/
bus & abfentibus & aliis vt pmittif noiatis præfixos fingula fingulis cōgrue
referēdo nō cōparuerit & in fcriptis non dederit vt fupra ipfi tali nō cōparen
ti & in fcriptis non dāti vt prefertur nulla de inceps audiētia præbef & eidē p
petuum filētium imponetur:Decernētes exnūc prout extunc ex certa fciā: &
de noftræ plenitudine poteftatis etiam abfolute ipfos nō cōparētes & in fcri
ptis nō dantes vt fupra nullū ius habere nec prętēdere poffe in & fuper bonis
& rebus prædictis.Si vero aliq̄ perfona cōe collegiū vel vniuerfitas infra di/
ctos terminos fingula fingulis congrue referendo cōparuerit & in fcriptis dē
derit vt prædcm̄ eft teneatur & debeat talis cōparēs & in fcriptis dans: vt fu/
pra oftēdiffe probaffe & docuiffe per oē genus probationū de oī fuo iure corā
dictis cōmiffariis infra .ii. mēfes poft dictos primos immediate feq̄ntes & cōti
nuos.Quo terio elapfo alique probationes q̄lefuis fuerint: nullatenus admit/
tāf nec admitti poffunt quouis mō. Ad ipfas tñ probatiōes audiēdas nec nō ad
totū proceffum proide fiēdū citari volumus & reqri officiales nſos vel eoꝝ a
liquē fup. nñis poffeffionibus deputatos:q iura nſa & cameræ nſæ legitime de
fēdāt allegēt & allegari faciāt prout fuerit opportunū hoc decernimus & pro
lege & decreto nſo itēdimus iuiolabiliter obferuari ne huiufmi cāe reftitutio
nū in infinitū extēdanf:& vt ius fuū vnicuiq; tribuaf in quoꝝ teftimoniū &c.

Atten

Attendẽtes ꝙ plurimas personas infra ipsos terminos ex forma dicti nostri decreti ad cõparẽdũ & iura sua in scriptis dãdũ praefixos vt ꝑfertur sua iura produxisse & in scriptis dedisse: sed infra dm̃ terium .ij. mẽsiũ ad ostẽdendũ probãdũ & docẽdũ de oĩ suo iure virtute dicti nr̃i decreti statutũ minime ostẽdere probare & docere de suo iure potuisse cũ ad eas ostẽsiones probationes & documenta recipienda nullum habuerint auditorẽ: & sic eis seu alicui eorum nõ potest de lapsu huiusmodi secundi termini aliquid imputari: quia per eos non stetit: & volẽtes ipsas restitutionũ cãs mediãte iustitia vt praemissum est cũ oĩ debita celeritate sopiri debere: oĩ auctoritate bailia & ptãte quibus melius possumus & debemus: edicimus decernimus & mãdamus. Quatenus quęcunq; collegia vniuersitates seu singulares personae: quae secundum formam dicti decreti nostri comparuerũt seu comparuerint infra ipsos terĩos coram cõmissariis nr̃is nũc ad eã deputatis ad dãdũ in scriptis de iuribus suis & q nõ potuerint infra duos mẽses statutos pro secũdo terĩo i primo nostro decreto ꝑdicto ostẽdisse probasse & docuisse de iuribus suis pp defectũ auditorũ vel auditoris nõ deputati ad illud vt praemittitur debeãt ostendisse & produxisse ac probasse docuisse & productũ & ostẽsũ doctũ & probatum habuisse: etiam per oẽ genus probat. & hoc pro vltimo & peremptorio termino corã venerabilibus & sapiẽtibus viris dño vicario Reueren. pr̃is. D. Archiepiscopi. fratre Ioanne de petra scã ordinis praedicatorꝝ sacrę pagine professore: professo de sarratico vicario nostro generali Aduardo de curadis legũ doctore cõmissariis nostris: super restitutionibus deputatis in ciuitate nostra Med. cõmorãtibus de oĩbus suis iuribus q̃ volũt dicere aut hẽnt vel ꝑtendũt se hr̃e in vel sup aliq̃bus bonis: de q̃bus in dcõ nr̃o decreto fit mẽtio infra duos mẽses cõtinuos a die publicationis huius nr̃i decreti futur. quẽ terium eisdẽ etiã tenore ꝑsentiũ perẽptorie statuimus: volẽtes ꝙ ꝑdci nostri cõmissarii ipsas oẽs productiones & iuriũ ostẽsiones ac probationes recipiãt & ipsis receptis tã de iuribus nostris & camerae nostrae q̃ etiã ipsorꝝ cõparẽtiũ bene & diligẽter cognoscãt: & audiãt: & cãs lites qõnes & cõtrouersias ipsas cũ oĩbus icidẽtibus depẽdẽtibus emergentibus & cõnexis decidãt & terient faciẽdo vnicuiq; iustitiae cõplemẽtũ citatis & vocatis aduocatis & procuratoribus & negociorũ gestoribus nostris: q iura nostra & camerae nostrę legitimę defẽdere teneãtur & allegẽt & allegari faciãt prout fuerit opportunũ: volumus tñ: ꝙ nulla bona ex bonis prędictis q̃ restitutioni subiacere reperiẽtur relaxẽtur sine nostri speciali licẽtia. Decernẽtes exnunc etiã de nostrę absoluta plenitudine ptãtis: ꝙ elapso termino suprascriptorũ .ij. menshũ continuorũ ex forma huiusmodi decreti statuto vt supra aliquae probationes qualescũs fuerunt nullatenus admittantur nec admitti possint quouis modo immo eis & eorum cuilibet dicto termino duorũ mensiũ continuorũ elapso nulla eis seu eorũ alicui audiẽtia praebeatur & eis & eorũ cuilibet perpetuũ silentiũ imponatur. Saluis tamen manentibus omnibus aliis in dicto nostro decreto contentis singula singulis cõgrue referendo: & vt nullus valeat ignorãtiã praetendere vel allegare volumus ꝙ praesens nostrũ decretũ ponatur & affigatur in valuis palatii cuiuslibet ciuitatis & terrę castri seu villę nostro subiectis dominio: in quibus pr̃ãs capitaneus rector seu officialis existat teneatur eorum quilibet per singulas terras: & loca suę iurisdictioni supposita ꝑsens nostrũ decretũ publice diuulgari: volumus 18

etiã terminũ duorũ mẽsiũ continuare & incohari a die publicationis factæ in quãlibet ciuitate terra castro vel villa in qbus potestas capitaneus vicarius rector seu officialis faciat de publicatione facere fieri duo instrumenta quorum vnũ penes se retineat aliud infra .xv. dies a dies publicationis numerãdos faciat sub pœna nostro arbitrio applican. corã dictis nostris negociorũ gestoribus in Medi. & in nostra camera cõseruet facere presentari & ita vt clare cõstare possit de lapsu termini duorũ mẽsiũ prædictorum. Hoc ãt nostrum decretũ ad ciuitates nostras Veronæ Vincẽtiæ & Paduæ earũq; territoria & districtus per nos nouiter acqsitas & acqsita nolumus destinari quia in illis nõ vẽdicat sibi locũ. Mãdantes quoq; vniuersis & singulis potestatibus: capitaneis: Vicariis: rectoribus ac officialibus nostris præsentibus & futuris qtenus huiusmodi nostrũ decretũ obseruẽt & faciãt inuiolabiliter obseruari pro lege perpetua et nõ obstãtibus aliquibus legibus statutis aut iuribus in contrariũ editis qbus i quãtũ præsentibus aliqualiter obuiarẽt ex certa scia & de nostra ptãte prædicta tenore præsentiũ derogamus: In quorũ certitudine nostras litteras pntes fieri iussimus & registrari & in voluminibus statutorũ quarũlibet ciuitatũ & terrarũ nostro dominio suppositarũ inseri nostriq; sigilli munimine roborari. Dat. &c.

Suprascriptum decretum lectum & publicatum fuit.

REVOGATIO DECRETI DE LAICIS NON CONVENIENDIS NISI SVB EORVM IVDICIBVS ET E CONVERSO.

Dominus Medio. &c. comes Virtutum imperialis vicarius generalis.

83 QVia decretũ alias cõditũ de laicis nõ conueniẽdis nisi sub eorũ secularibus magistratibus: & de clericis non conueniẽdis nisi sub eorũ clericis iudicibus vice versa ex certa sciẽtia duximus reuocãdũ: Mãdamus vobis quatenus de huiusmodi reuocationis decreti in locis opportunis iurisdictionis vestræ fieri faciatis debitas proclamationes sic q istud ad notitiã veniat quorũcunq;. volumus quoq; q has nostras litteras reuocatorias in volumine statutorũ & ordinamentorũ ciuitatis nostræ Plac. ad perpetuã rei memoriã faciatis inseri & describi. Dat. Med. die x viii. aug. Gasparinus.

A tergo. Egregio potestati nostro Placentiæ.

Suprascriptæ litteræ sigillo præfati dñi sigillate in cera alba pntate fuerunt.

DE COMPROMISSIS FIENDIS CVM PLVRIBVS CAPITVLIS IN FORMA STATVTORVM.

Dominus Med. &c. comes virtutum imperialis vicarius generalis.

ANnuere volentes requisitioni nobis factæ per duodecim sapientes nostræ ciuitatis Placentiæ: mandamus vobis quatenus decretum de cogendis ad compromittendum cuius copiam per exemplum vobis mittimus his inclusam inseri & describi faciatis in volumine statutorũ ciuitatis nostræ prædictæ: volentes q de cætero ibi pro statuto & municipali lege seruetur. Dat. Mediol. die xxvi. septembris. M. ccc. xc. Gasparinus.

A tergo. Egregio potestati nostro Placentiæ.

Si de

84 SI de cętero fuerit cã lis q̃stio cõtrouersia vel discordiá inter ascẽdẽtẽ vel descẽdẽtem vel inter agnatos vel cognatos vel affines affinitate pręsenti vel præterita vel inter vicinos eiusdẽ pochiæ teneatur & debeat quilibet iusdicens: postquã ei denũciatũ fuerit per aliq̃ partiũ cogerę eos ad cõpromittẽdũ in amicũ seu amicos cões per partẽ eligendũ seu eligendos: qd statutũ non habeat locũ pendẽte commissione principali seu diffinite quæstionis.

QVOD A SENTENTIIS ARBITRVM NON POSSIT APPELLARI NEC SVPPLICARI.

85 POstquam facta fuerint præcepta arbitria vel arbitramenta inter ascendentes vel descendentes vel cognatos vel affines affinitate pręsenti vel præterita vel vicinos eiusdem parochiæ vlterius non possint dici iniqua nec possit appellari q̃relari seu supplicari: sed elapso terso vel terminis cõtẽtis in pręceptis arbitriis vel arbitramẽtis vel elapsis .xxx. diebus si terius nõ fuerit in eis appositus debeant executioni mandari omnibus iuris remediis.

QVAE ARBITRAMENTA MANDENTVR EXECVTIONI.

IN omnibus præceptis arbitriis & arbitramentis quæ dicta fuerint iniqua vel iniusta infra tp̃s cõpromissum in statutis cõis Plac. super quibus pronunciatũ fuerit pro ipsis arbitriis vel arbitramentis ab ea pronũciatione seu sentẽtia nõ possit appellari quærelari supplicari nec de nullitate agi nec modo aliquo excipi: sed fiat executio prout in statutis cõis Pla. cõtinetur.

DE PRAECEPTIS ARBITRIIS SEV ARBITRAMENTIS EXECVTIONI MANDANDIS ET VLTRA QVOD TEMPVS POSSINT ANNVLLARI ET DICI INIQVA.

86 QVilibet iusdicens teneatur & debeat executioni mandare omnibus iuris remediis omnia arbitria præcepta & arbitramẽta per quoscũq; arbitrũ & arbitros: vel arbitratorẽ vel arbitratores facta vel quæ fierẽt & quæ seruata nõ fuerint & si aliquis voluerit dicere vel allegare præcepta arbitria vel arbitramẽta arbitri vel arbitratoris esse iniqua vel iniusta debeat infra .xxx. dies vtiles a die pręceptorũ arbitratorũ & sciẽtię eoꝝ docere vel ostẽdere tã agẽdo q̃ excipiẽdo de grauaie & iniquitate & de oibus suis iuribus: & hoc casu possit procedi cõtra ordinẽ ẽt nulla iuris vel statutoꝝ solẽnitate seruata quo tpe elapso executio fieri debeat per iusdicẽtẽ de ipsis arbitriis vel arbitramẽtis nisi doctũ fuerit infra dictos dies .xxx. vtiles de grauaie & iniquitate ipsoꝝ & siqs ex cõpromittentibus inciderit poenã cõpromissi: poena prædicta petatur p viãm actionis: & tũc in totũ in ptẽ agentẽ perueniat. Quod tempus præceptorum & arbitrãmentorum non currant nisi scienti de tempore.

87 COmpromissa quæ fuerint & fient sine termino durẽt sex menses tm̃: & si terminus fuerit appositus in cõpromisso & actum sit ꝙ arbiter possit terium cõpromissi prorogare: etiã si dictũ sit semel & plurie: & totiens quotiens placuerit ipsi arbitro terminus nõ possit prorogari vltra sex menses

nisi fuerit expressa & noua partiũ voluntas & prædcã locũ habeãt siue cõpromissum fiat in personã subditã iurisdictioni domini potestatis & comunis Placen. siue in aliam personã vel personas cuiuscunq; cõditionis & status existat.

Suprascriptum decretum præsentatum & publicatũ fuit die.iiii. octobris.

REVOCATIO DECRETI SVPER LITTERIS CONCESSIS CONTRA IVS.

NOs dominus Med.&c.comes virtutũ imperialis vicarius generalis. Recolimus alias fecisse quoddã decretũ tenoris & cõsequentie subsequẽtis:videlicet. Nos dominus Med.&c.comes virtutum imperialis vicarius generalis. Quia accidit aliquãdo vt nõ spõte sed importunitate petentium quoq; multus est numerus:moueamur ad concedendũ lr̃as quæ iuri derogãt nonnulloꝶ. Ea propter cum sit humanũ peccare & angelicum emẽdare huic errori duximus in præsenti:& futuro salubre fore per nos remediũ apponẽdũ. Volentes decernẽtes & mandantes q̃ si in ciuitatibus & terris nostro dominio suppositis:parte nostra aliquæ litteræ hactenus emanarũt quæ iuri derogent alicuius in casibus pn̄tibus nõ decisis in futuris: dumtaxat eo ipso sint irrite & nullæ & pro nullis & irritis habeantur:ac per rectores & officiales nostros tam pñtes quã futuros vel alios quoscũq; quoquo noie censeantur minime obseruentur:nec obseruari debeant. Et illud idem dicimus & volumus fieri de litteris quæ nostri parte de cætero emanabũt derogãtibus iuribus aliquorũ vt præmittitur:non intẽdẽtes propterea pñtes litteras aliqualiter derogari decreto nostro generali:quas quidẽ litteras ad perpetuã rei memoriã & inuiolabilem obseruationẽ registrari volumus & inseri in voluie statutorũ & decretorũ nr̃orũ ac ciuitatum & terrarũ nostrarũ. In quorũ testimonium præsentes fieri iussimus & registrari nostriq; sigilli munimine roborari. Dat Papiæ die.xx.decẽb.M.ccc.lxxxiii.Indictione septima. Et quia nostræ intentionis nõ fuit nec ex aliquo qđ vnq̃ fecerimus & ordinauerimus nobis accepisse ptãtem arbitrium & bailiam possendi ordinare & concedere litteras tã secũdũ formã iuris quã aliter quoquo mõ prout nobis placuerit & placebit declarantes sup facto dci nostri decreti nr̃æ m̃tis cõceptũ pñtiũ serie & ex certe scia edicimus decern. & mandamus q̃ oẽs lr̃e & gr̃æ per nos hactenus fcẽ ordinate & cõcesse & quas nos in futurũ p tpa facere cõcedere & ordinare cõtingat tã secũdũ formã iuris q̃ aliter quouis modo:nõ obstãte præscripto nostro decreto in oĩbus & per oĩa inuiolabiliter obseruẽtur ac plenã obtineãt roboris firmitatẽ. In quorũ testimoniũ præsentes fieri iussimus & registrari nr̃iq; sigilli munimine roborari. Dat, Papiæ die.xiii.apr.M.ccc.lxxxv. octaua indictione. Andriolus. Suprascriptũ decretũ præsentatũ & pub.fuit.

PRO BONIS IMMOBILIBVS IN SOLVTVM ACCIPIENDIS.

88 NOs dominus Med.&c.comes virtutũ imperialis vicarius generalis: qm̃ per sæpe cõtingat q̃ aliqui ciues & districtuales alicuius nostræ ciuitatis sibi hñtes ex ciuibus districtualibus alterius ciuitatis nr̃æ

aliquos

aliquos obligator diu priuati debitis suis remanēt: eo quia nō sit debitoribus in pecunia soluēdi facultas: nec possint creditores accipere debitoꝝ de bonis immobilibus in solutū tanq̄ nō subditi iurisdictioni: de qua debitores existāt: hoc inhibētibus vestris decretis & statutis & aliis ordinamētis disposuimus de remedio prouidere p qđ ipsi nostri ciues & districtuales ab eoꝝ debitoribus eoꝝ solutionē consequi possint. Quo circa tenore præsentiū ex certa scia: volumus statuimus decernimus & mādamus ꝙ cuicūq; ciui & districtuali cuiusuis ciuitatis nostræ liceat ammodo iuridice in solutū accipere de bonis immobilibus cuiuscūq; debitoris sui ciuis & districtualis alicuius alterius ciuitatis nostræ vsq; ad quātitatē crediti & ecōuerso possit debitor creditori eadē bona in solutū dare vsq; ad quātitatē debiti tute & ipunæ intēdētes tñ & volētes ꝙ ipse talis creditor seu creditores q de p̄dictis bonis in solutū acceperit seu acceperint vt prefert. teneat & debeat seu teneāt & debeāt ipsa bona p eū seu eos in solutū accepta infra vnū annū a die qua prædicta bona in solutum accepisset seu accepissent in antea computandum vendidisse & alienasse alicui ciui vel districtuali illius ciuitatis in qua vel super cuius territorio situata essent bona prædicta. & hoc non obstantibus aliquibus decretis statutis prouisionibus & ordinamentis in contrariū: quibus quo ad præmissa præsentium seriæ derogamus. In quorum testimonium præsentes fieri iussimus, & registrari nostriq; sigilli muniie roborari. Dat. Med. die. iii. iulii. M.ccc. lxxxvi. nona indictione. Suprascriptum decretum præsentatum & publicat. fuit.

QVOD DECRETVM SVPER CAVSIS CIVILIBVS CONDITVM OBSERVETVR ETIAM IN QVAESTIONIBVS DELEGATIS ET DELEGANDIS.

89 Dominus Med. &c. comes virtutū imp. vica. gnālis. quęrelāter nōnulloꝝ relatione pcepimus ꝙ decretū nřm editū occasione ciuiliū cāꝝ versaf in dubiū vꝝ seruari debeat ī q̄onibus delegatis ac delegādis ēt a nobis an nō: & sic inuolutio prolixitatis huiusmi q̄ōes multipliciter dilatāt cōtra mētē nřam in expēsas maximūq; dispendiū subditoꝝ nřoꝝ. cātenus materiā prolixitatis antedcē tollere cupiētes vt subditi nostri p cauillosas oppōnes ammō nō ducāt: declaramus vob nřæ intētionis eē ꝙ in q̄onibus de cętero inchoādis & pēdētibus ī qbus nō sit lis cōtest. vel hita pro cōtestata quouismō delegatis vel delegādis ēt a nobis locū hēat & seruef decretū nřm ciuiliū cāꝝ. de quo supra fit mētio in oibus sicut iacet: mādātes iccirco vobis q̄tenus de p̄dcis proclamationes publicas in locis cōsuetis fieri faciatis sic ꝙ puenias ad notitiā quorūcūq; faciatisq; has nřas lřas inseri & describi in voluie statutoꝝ ciuitatis nostræ Plac. ad perpetuā rei memoriā & pro lege inuiolabiliter obseruari. Dat. Med. die. iii. martii. M.ccc. lxxxvi. Gasparinus.

Supr. lřæ sigillate sigillo præfati dñi in cera alba pňtate fuerunt & publi.

QVOD POTESTAS SEV RECTORES NON POSSINT ASTRINGI ASSVMERE CONSILIVM SAPIENTIS IN QVAESTIONIBVS CRIMINALIBVS.

90 Dominus Med.&c.comes vir.imp.vic.gen.copiā decreti per nos nu- per edicti dispōnētis q̄ statuta prouisiones decreta seu ordinamenta quoq; vigore in cāsę & q̄onū crialiū exaīatione seu diffinitione ptā- tes seu iusdicētes vrgētur seu astringi possint ad assumēdū cōsiliū alterius sa- pietis cassa & irrita sint quo ad cās & q̄ones crīales intētatas seu intētādas &c. tibi mittimus itroclusam:volētes q̄ ipsum decretū:q̄d pro lege & decreto no- stro praticari & seruari iubemus ad lrā:sicut iacet in volumine alioq; decreto- rū nostrorū & statutorū cōis nostri Pl.facias registrari. Dat.Med.die primo octobr.M.ccc.xciiii.Iacobinus. A tergo egregio viro ptāti nostro Placen.

TENOR DECRETI.

Nos D.Med.&c.comes vir.imp.vic.gen.ad notitiam nostrā peruenit q̄ in nōnullis ciuitatibus terris & locis dn̄io nostro subiectis vigēt statuta seu prouisiones decreta vel ordinamēta quoq; vigore in cāsę & q̄onū crialiū examinatione seu diffinitione ptātes seu iusdicentes vrgēt seu astrigi possint ad assumēdū cōsiliū alterius sapiētis vel sapiētū q̄d vehemēter extitit:& est nobis tediosum & molestū maxime quia nobis cōstat abinde re- sultat & resultare pōt impedimētū iustitię cōtra intētionē nostrā:Idcirco de- cernimus edicimus & ex certa sciā mandamus q̄ statuta decreta prouisiones & huiusmodi ordinamēta sint quo ad cās & q̄ones criminaliter intētatas ipso iure & facto cassa irrita & nullius valoris & momēti. Eaq; de plenitudine ptā- tis nostrae cassamus irritamus & annullamus & eoq; effectū & vigorem:ita q̄ de caeterō mō quo supra duximus locū nō hēant nec seruētur. In quorum &c.

Suprascriptae litterę cū suprascripto decreto eis incluso praesentatę fuerūt.

QVOD PER STATVTA NON DEROGETVR DECRETIS.

Dominus Med.&c.comes virtutum imperialis vicarius generalis.

91 Vdiētes p vos seu curiā vrā in dubiū prouocari:vtrū decreta nostra sup delatione & bonis rebelliū & homicidarū cōfiscādis cameręq; no- strae vēdicēt sibi locū:an nē maxime pp statuta illius nostrae ciuitatis Plac.& cōfirmatione ipsorū p nos nouiter fcā q̄ vobis & vestrę curie apperet quodāmō derogare ipsis de quo miramur valde cū si bene ppēdatis & cōside- retis inter alia statuta adsit vnū effectualiter religēs vos neq̄q̄ intēdere q̄ per statuta ipsa nec p cōfirmationē p nos eis factam decretis nostris factis nec fiē- dis aliq̄tenus derogetur:sed in sui firmitate perdurēt q̄d neq̄ tacetur in litteris cōfirmationis praedictae:volumus & expresse mandamus & declaramus q̄te- nus ipsa decreta nostra edita & edenda obseruetis & exequamini & obserua- ri & exequi faciatis sicut iacent dictis statutis nec cōfirmatione ipsorū nequa- quam obstantibus. Dat.Med.die primo augusti.M.ccc.lxxxiiii. Andreas Barozinus. A tergo egregio potestati nostro Placen.

DECRETVM SI CONTINGAT ALIQVEM POSTVLARE ALI QVAS CAVSAS TERMINARI EXTRA IVRISDICTIO NEM PROPRIAM QVOD TENEATVR EX- PENSAS FACERE PARTI ADVERSE.

Dominus Medio.&c.comes virtutum imperialis vicarius generalis.
COpiam cuiusdā decreti p nos nup ordinati:mittimus tibi pñtibus in/
clusam volētes & tibi mādātes q̄tenus ipm in locis cōsuetis iurisdictio
nis tuę publice diuulgari faciastsic ꝙ ad notitiā quorumcūq; puenire
possit.Dat.Papię.die.xxi.maii.M.ccc.xciiii.Tho.A tergo egregio viro ptāti.

TENOR DECRETI.

92 NOs dominus Med.&c.comes virtutū imperialis vicarius generalis.
moti plerūq; pręcibus subditoꝶ nřoꝶ super hoc nos infestātiū cōce
dimus ꝙ qōnes q̄ teriari debent in ciuitatibus & terris nostris illinc
reuocari debeāt:& in curia nostra seu alibi agi:& teriari de quo multe q̄rimo
nie subsequūtur asserētibus illis q cogūtur cāri extra ciuitatē vel terrā in qua
qōnes debent decidi & terminari se cōsumi in hospitiis qđ quidē graue vide/
tur cupiētesq; itaq; sicut est nostri honoris & debiti super hoc de opportuno
remedio prouidere vt quanto plus fieri possit in hoc equalitas obseruetur.Te
nore pñtium edicimus decernimus & mādamus ꝙ in oibus qōnibus pēdēti/
bus & de cætero incursuris:in qbus cōtingat nos ad instātiā aliquorum q ve/
lint qōnes aliquas de iurisdictione propria vbi iuridice teriari debent: remo/
uisse vel deinceps remouere:infrascriptus ordo debeat obseruari:videlicet ꝙ
ille vel illi ad cuius vel quoꝶ instātiā seu reqsitionē hoc factū fuerit primo:&
ante oīa debeat idoneę satisdare corā illis iusdicētibus qbus dcē qōnes cōmis/
se fuerint per nos de soluēdo oēs expēsas quas aduersarii facient in litigādo &
stando extra domos suas.Et hoc in casu quo ipsi q hoc postulauerit succūbāt
in cā.Et ꝙ ipsi iusdicētes qbus per nos ipse qōnes commisse fuerint teneantur
& debeant ipsas expēsas taxare secūdū ꝙ circūspectioni sue videbitur non ex
pectato alio mandato a nobis:& nō obstante ꝙ requirentes ipsas qōnes mo/
ueri de iurisdictione propria allegent se habuisse iustam cām litigandi. Iuben
tes hoc generale decretum nostrum obseruari:& in volumine aliorum decre/
torum nostrorum inseri & describi. In quorum testimonium & c.
Suprascripte litteræ cum suprascripto decreto eis incluso sigillate sigillo
proprio præfati domini in cera alba præsentate fuerunt die.

DECRETVM PRO MVLIERIBVS INHONESTIS NON DV/CENDIS AD PROSTIBVLVM CONTRA EA/RVM VOLVNTATEM ETC.

Galeaz vicecomes comes virtutum Med.&c.imperialis vicarius generalis.
93 CVpiētes ciuitates & terras nostras oī vndiq; honestate pollere:& vt ne
p impudicos forsan bonoꝶ mores deturpent impunire.Tenore pñtiū
mādamus vobis atq; volumus & edicimus ꝙ statutū p totā ciuitatē no
strā Pla.publice proclamari faciatis ꝙ nemo audeat nec præsumat aliquā mu
lierem cuiusuis status cōditionis vel etatis fuerit cōtra ipsius mulieris volunta
tē ad prostibulū seu burdellū:nec ad aliū inhonestū locū ducere nec duci face
re nec ibidē ductā tenere inuitam:& cōtra ipsius volūtatē sub poena vitæ nec
aliā mulierē præcio vllo pecunia vel alia re siue promissione vēdere nec aliter
alienare cā prostibulādi seu prostituendi ipsam vt præfertur sub poena pdcā.

94 ET item q nulla persona cuiusuis conditionis existat nullam recipiat pecuniam per se nec per aliũ ab aliqua muliere nec aliquid aliud causa aliqua vel prętextu adulterii fornicationis vel lenocinii contra ipsius mulieris voluntatem: intendentes q stetur in hoc dicto talis mulieris cum ipsius sacramento sub poena vnius floreni pro quolibet soldo recepto vt prefertur a dicta muliere per quemcũq; contrafacientem per soluẽda totiẽs quotiẽs cõtrafactum fuerit: praeterea volumus q si in aliqua vicinantia vel cõtrata habitauerit aliqua mulier inhonestae vitae vel famae: ita q de ipsi vicini propter eius inhonestatem male contententur talem excomiari facere debeatis: sic q recedat de contrata & habitatione in quibus erit infra terminum sibi per vos statuendum. Dat. Papiae die.xxiiii.octobris.M.ccc.lxxviii. Antoniolus.

A tergo egregio viro potestati nostro Placen.

Suprascripte litterae sigillate sigillo praelibati domini praesentate fuerunt.

DECRETVM QVOD NVLLVS DE NOCTE VADAT CVM LVMINE VEL SINE LVMINE NEC FERAT ARMA.

95 NOs Galeaz vicecomes comes virtutum Med. &c. imperialis vicarius generalis: decernimus ordinamus & mandamus q de caetero infrascripta statuta ordinamenta & decreta facta & ordinata contra euntes de noctae in nostra ciuitate Placen. debeant cum penis in ipsa contentis inuiolabiliter obseruari; & pro statutis debeant in volumine statutorũ comunis Placen. describi & per tubatorem dicti nostri comunis in pallatio: & aliis locis consuetis debeant proclamari & omnibus publicari.

Primo q nulla persona tam terrigena quam forensis: cuiuscũq; cõditionis status seu dignitatis existat: audeat seu praesumat ire de noctae per dictam ciuitatem Pla. post sonum schille cum armis vel sine armis sine lumine in poena & sub poena libr. v. si iuerit sine armis & si cum lumine vel sine lumine cum armis librarum decem & in banno armorum prout inferius continetur.

96 ITem q si aliquis fuerit inuentus ire sine lumine per officiales dñi ptãtis vel alios officiales ad hoc deputatos statim debeat in carceribus duci. Et si ea noctae aliquod maleficiũ furtũ incẽdiũ robariã: dãnũ adulteriũ seu aliqd aliud delictũ cuiuscũq; cõditionis existat fuerit in dcã ciuitate cõmissum cõtra illũ vel illos qui ea noctae fuerint reperti procedat procedi possit: ac si essent de dcõ crĩe inculpati. Item q quando aliquis de noctae fuerit inuentus vt supra dñs ptãs teneatur & debeat summo mane facere publice proclamari: q si aliqua persona vult cõq̃ri q ea noctae sit facta iniuria adulteriũ incẽdiũ furtũ violẽtia vel rapina vel successerit aliquod aliud delictũ fore cũmissum: debeat corã dicto dño ptãte cõpere p totã illã diẽ: & teneat ẽt ad canzellariã prefati dñi denũciare q̃liter talis psona ẽ capta ipsam nominando cũ noĩe & pronomine & ĩ carceribus posita. Et si ea die nulli cõparuerũt conq̃rẽtes habita licentia in curia & solutis cõdẽnationibus & bãno debeãt relaxari.

Item q curiales famuli & officiales curie: & eorum familiares qui dabunt in scriptis possint ire licite sine aliqua poena cum lumine cum vno ense & vno cutello a galono tantum ad curiam: & inde reuerti domum non offendendo aliquam personam.

POENA SEV BANNVM ARMORVM EST HAEC VIDELICET.

Primo pro vna lancea siue gieuerina seu lanzono lib. l.
Item pro vno ronchono lib. quinquaginta.
Item pro vno balisto lib. quinquaginta.
Quas pœnas si nō soluerint infra .x. dies dēt ei .v. squassus siue botte cordi (vel turturę.
Item pro vno ense lib. x.
Item pro vno cutello a galono lib. v.
Item pro vna corazina lib. v.
Item pro vno panzerono lib. quinq; si non habuerit alia arma offensibilia: & si habuerit poena duplicetur.
Itē pro oībus aliis armis si fuerint ad offendendū lib. x. si nō habuerit alia arma vt supra: in quoꝝ testimoniū pñtes fieri iussimus & registrari nostriq; sigilli munimine roborari. Dat. Papiæ die .xxviii. ianuarii. M.ccclxix. secunda indictione Andriolus. Suprascriptæ litteræ patētes seu decretū sigillitū interius sigillo præfati domini in cera alba præsentatę fuerunt die .xxix. ianuarii.

DEC. DE NON EVNDO DE NOCTAE.

97 NOs D. Med. &c. comes virt. imp. vic. gener. ad tollendum materias maiorū quæ contra mentem nostram committi possent in ciuitate nostra Pla. tā de die quā de noctæ: Attendentes præsertim q̄ illi q̄ sunt male dispositi tenebris gaudēt: & odio lucē hñt: harū tenore ordinamus decernimus & mandamus: & seruari volumus inuiolabiliter vt infra vz.
142 NVllus colonus ptiarius fictabilis vel molinarius poſſit terram cõductam vel ad maſſaritiũ acceptam dimittere vel relinquere etiam termino elapſo niſi prius dño ſeu locatori ſatisfecerit de oĩ eo ĩ quo eſſet dicto dño vel locatori obligat. occaſione dictæ terræ cõductę vel ad maſſaritiũ accepte. Et ſi dcũs colonus ptiarius fictabilis vel molinarius cõtrafecerit nõ poſſit nec debeat aliquis de ciuitate vel diſtr. Med. eidem colono partiario fictabili vel molinario locare ſuam terrã molẽdinum vel poſſeſſionem vel ad maſſaritiũ dare nec eum cũ aliquo de eius familia aliter recipere tenere vel receptare ſuper ſuo. Et ſiquis ciuitatis vel diſtr. Med. contrafecerit: & eidem denunciatum fuerit per publ. inſtrm per olim dñm ſeu locatorem ꝙ ipſum conductorem vel maſſarium partiarium fictabilem vel molinarium non expulerit vt ſupra: infra menſem vnũ a tpe dictæ denũciationis teneatur dictus alius locator ſeu dominus ſatisfacere dicto olim domino ſeu locatori de oĩ eo ĩ quo dictus colonus partiarius fictabilis vel molinarius reperiretur obligatus eſſe ipſi olim domino ſeu locatori. Item per oĩa locũ hẽat ſi dictus colonus partiarius fictabilis: vel molinarius excomiatus vel expulſus fuerit p dñm extra coloniã & ſi contingat dcm̃ colonum partiarium fictabilem vel molinarium deuenire maſſariũ ptiariũ fictabilem: vel molinariũ alicuius non ſubditi iuriſdictioni cõis Med. vel aliquẽ nõ ſubditum ſuo receptari vt ſupra teneatur eodẽ mõ idem colonus ptiarius fictabilis vel molinarius ſatisfacere olim dño ſuo locator. Alioqn colonus ptiarius fictabilis vel molinarius cõtrafaciens: & quilibet de eius familia maſchulus maior annis. xviii. ad petitionem olim domini ſeu locatoris perſonaliter capi: & in carceribus comunis Medi. detineri poſſit donec ſatisfecerit ipſi olim domino ſeu locatori de eo qd̃ habere debebit vt ſupra: nõ obſtante coloratione captionum facta vel in futurum fienda: nec poſſit idem colonus partiarius fictabilis vel molinarius vel aliquis de familia ſua taliter captus vel detentus petere ipſi olim domino ſuo ſeu locatori ſoldos. ii. tertiolorum in die qui peti poſſunt per alios carceratos: & etiã liceat ipſi olim domino ſeu locatori capere vel robari facere tali colono partiario fictabili vel molinario boues: & plauſtrum & omnia alia bona quæ reperirentur in cuſto

dia vel in habitatione talis coloni partiarii fictabilis vel mulinarii eius nõ sup positi: quæ bona quo ad hoc eẽ p̃sumatur ipsius debitoris: nec possit fieri pro clamatio in contrarium per ipsum non suppositum: & quilibet nõ suppositus iurisdictioni comunis Med. qui cõmiserit contra prædicta vel aliquod prędictorum: ipso iure intelligatur esse: & sit exemptus & alienus a protectione & defensione comunis Med. si non soluerit vel examinauerit ꝙ statutum locũ habeat tam in debitis præteritis quam præsentibus & futuris.

Dominus Med. comes virtutum imperialis vicarius generalis.

143 Ecepta supplicatione pro parte sindicorum cõis & hominum ciuitatis nostræ Placen. tenoris his inclusi declaramus tibi nostræ esse intentionis: & velle ꝙ decretum nostrum de quo facit ipsa supplicatio mẽtionem ad præterita trahi debeat & trahatur & volentes & declarantes ꝙ hęc nostra declaratio ponatur & inseratur in volumine statutorũ cõis nostri Plac. & pro lege municipali seruetur. Dat. Med. die. xv. decembris. M. ccc. xcii. Gasparinus. A tergo. nobili viro potestati nostro Placen.

Illustri magnificentiæ vestræ cum omni reuerẽtia supplicatur per vestros fidelissimos sindicos comuneq; & homines vestræ ciuitatis Plac. ꝙ placeat vestræ dominationi mandare in dicta vestra ciuitate quoddam decretum super detentione massariorum colonorum emphi heotarum focidaqorum fictabilium & molinariorum partiariorum & certarum aliarum personarum in dicto decreto contentorum: & aliqui cauillatores ponant in dubium ꝙ dictum decretum habeat locum tantum pro futuro: & satis manifeste patet ꝙ se extendat tam ad præterita quam ad præsentia & futura: Verum cũ asserent fuisse declaratum in ciuitate Med. per magnificentiam vestram ꝙ dictum decretum se extendat ad præterita præsentia & futura: Dignetur prefata dominatio vestra prædictam similem declarationem mandare in ciuitate vestra Plac. vt tales cauillatores in totum remoueantur.

In libro registri litterarom comunis Placen. transmissarum per illustrem ac magnificum & excelsum principem. D. no. D. Galeaz vicecomitem virtutum comitem Med. Plac. imper. vica. generalem tempore regiminis egregii & potentis militis. d. Iacobi de pius de carpo honor. potestatis ciuitatis Placẽ. & districtus pro præfato excel. domino nostro infrascripte litteræ reperiuntur an no ab incarnatione domini currente. M. ccc. xciii. indict. ii. die. xv. ianuarii.

144 Ominus Med. &c. comes virtutum imperialis vicarius generalis. Recolentes alias nostri parte emanasse decretum tenoris huiusmodi videlicet. Nos dominus Med. &c. comes virt. imp. vic. gen. Quia in his quæ subditi nostri: & eorum coloni partiarii massarii seu mazadri fictabiles focidaui emphitheotæ pensionarii & molinarii habeant insimul facere satis agitur de interesse dictoꝝ subditoꝝ nostroꝝ multipliciter aium mentemq; versantes & cupientes super eoꝝ indẽnitate quantũ sit nobis possibile prouidere. Tenore præsentium declaramus nostræ intentionis esse decretum nostrum editũ bono motu anno domini. M. ccc. lxxix. die. xxii. martii indictione. ii. in effectu disponens ꝙ nemo possit pro aliquibus priuatis debitis p̃sonaliter detineri quo ad dictos colonos partiarios massarios seu massa

rios mezadros fictabiles emphitheotæ focidauos pẽsionarios & molinarios locum de cætero non hẽre: immo volumus & pñtium tenore decreuimus ꝙ prædicti coloni ptiarii massarii seu mezadri fictabiles emph. socidaui pensionarii & molinarii p illos quoꝝ apparent veri debitores conueniri possint præuia iustitia: & pro eoꝝ debitis personaliter detineri non obstante prædcõ decreto nostro: cui in hac pte ex certa sñia derogamus volentes hãc declaratione nostrã inseri in volūie alioꝝ decretoꝝ nostroꝝ & statut. ciuitatis & terrarũ nñaꝝ & de cætero inuiolabiliter obseruari debere. In quoꝝ testimoniũ fieri iussimus pñtes & registrari nostriꝗ sigilli munie roborari. Dat. Papiæ die. xxv. maii. M. ccc. xcii. indict. de quo quidẽ multiplices q̃relas habuimus a quã pluribus hoĩbus ciuitatis & terraꝝ nostrarũ hñtibus merũ & mixtum imperiũ qui vigore ipsius decreti personaliter detinẽtur: volumus edicimus & mãdamus: ꝙ decretũ nñm prædcm locũ non hẽat quo ad capitulum & detẽtionẽ personalẽ dũtaxat in aliqbus fictabilibus inquilinis emp. seu aliis quouis modo pẽsionariis aliquarũ rerũ existentiũ in aliq̃ ex ciuitate fortilitiis locis siue terris nñis merum & mixtũ imperiũ hñtibus nec etiã in aliquibus vẽdẽtibus seu alio quouis mõ alienationibus rem siue res aliq̃s rusticas vel vrbanas cum promissione vẽdẽdi siue cum cessione incõtinẽti ex interuallo appofit. possendi redimere seu recuperare rẽ seu res prædcãs a pdictis emptoribus siue acquisitoribus recipere ad fictum tpale vel perpetuũ: nec etiam aliquibus fideiussoribus talium personarum. Et hoc locum habere volumus tam in præteritis pendẽtibus quam futuris. In terris vero ipsum decretum sicut iacet volumus obseruari. Dat. Papię. xv. Ianuarii. M. ccc. lxxxiiii. indictione. ii.

In libro registri litterarum transmissarũ per magnifi. & excel. d. D. no. dominum Galeaz vicecomitem ciuitatum & districtuum Med. &c. Placen. domi num generalem tẽpore regiminis nobilis & egregii viri D. Alberti marchionis incise honor. potestatis Placen. & districtus pro pręfato magnifico domino nostro infrascriptę litteræ repeniuntur vt infra.

145 NOs Galeaz vicecomes ciuitatum Med. Plac. &c. dominus generalis audientes quamplurimorum fide dignorum relat. inter ciues & habitatores ciuitatis Pla. & distr. graues seditiones: nec non grauia scandala & contentiones hinc retro ortas & orta esse: & timeri ne in futurum oriantur occasione conditionis aquarum ciuitatis & districtus nostri Plac. ad terras & possessiones quorũdam asserentiũ se ius habere in detrimentũ aquarum prædictarum & propterea volentes ad obuiãdũ præmissis de opportuno remedio prouidere: ac de fidelitate discretione & industria sapientis & discreti viri D. Bozolini de bozolinis de Mantua iurisperiti plurimum confidẽtes oĩ auctoritate qua fungimur: ac omni iure modo & forma: quibus melius possumus eundem dominum Bozolinum eligimus & facimus & creamus nostrum officialem aquarum prædictarum ab hodierna die in antea vsꝗ ad beneplacitum nostrum: Cũ salario libr. cc. in anno Placen. sibi de mense in mensem pro rata soluendo pro se & illa familia quæ sibi pro dicto officio necessaria fuerit dantes & concedentes eidem plenam iurisdictionem & bailiam: ac omnimodam auctoritatem audiendi & cognoscendi procedendi sententiandi diffiniẽ

di & ter

di & terminandi & de iuribus aquarum prædicta & conductionum & deriuationum ipsarum inter quascunque ciuitates & districtus Placen. cuiuscunque conditionis & status existant: de omnibus & singulis quæstionibus & controuersiis vel delictis: de quibus coram eo mota fuerit quæstio vel de quibus fuerit habentibus originem vel dependentiam a prædictis non obstantibus feriis: necnon contra omnes & singulos transgressores & delinquentes: ac eidem domino Bozolino inobedientes in prædictis vel aliquo prædictorum: seu dependentibus qualitercunque ab eis inquirendi puniendi pignerandi mulctandi & condemnandi prout honori nostro videbitur conuenire quocunque modo processerit: siue per accusam vel inquisitionem vel denunciationem vel inuentionem vel aliter quoquo modo & eius inuentionibus sine alia probatione credatur: & etiam faciendi quascunque monitiones & quæcunque præcepta voluerit: & sibi expediens visum fuerit & ponendi & constituendi camparios super ipsis aquis & faciendi & fieri faciendi clausas ipsarum aquarum in casu quo illi aquarum: quorum sunt dictæ aquæ volent eas facere: saluo iure quorumcunque: concedentes etiam quod exequi possit omnibus iuribus remediis: & exigere omnes condemnationes & omnia banna: & omnes poenas per eum factas & impositas: & etiam sine aliquo processu fiendo: quoscunque qui sibi videbunt culpabiles pignerare: ac dantes & concedentes eidem in prædictis & capitula prædicta & quodlibet prædictorum plenum & generale imperium & iurisdictionem & bailiam ac mandatum prædicta omnia & singula faciendi: & exequendi feriæ & de plano sine strepitu & figura iudicii: Et quocunque modo omni iure solemniter. Et substantia ommissa: & non obstantibus aliquibus statutis: iuribus nec prouisionibus & aliis quæ de prædictis vllo modo generaliter vel specialiter essent inserta expresse derogamus ex nostræ plenitudine potestatis: sic quod omnes eius processus & executiones occasione præmissorum censeantur bene & legitime facti & factæ nec eis opponi possit quod non sit seruata iuris vel statutorum obseruantia tam circa solemnitatem vel substantiã vel alio modo dummodo vigore dicti arbitrii non possit aliquem personaliter punire. Mandantes omnibus & singulis habitatoribus ciuitatis Pla. & districtualibus quatenus eidẽ nostro officiali in omnibus & singulis honori nostro & officio suo prædicto spectantibus fideliter pareant & intendant. Nos enim sententias & banna quas & quæ modo prædicto & in prædictis tulerit: & poenas quas inflixerit in rebelles ratas & gratas & grata habebimus & faciemus inuiolabiliter obseruari. Mandantes insuper potestati & ancianis: & sapientibus Pla. quatenus eidem officiali non ad præmissa exequenda dent & præstent si opus fuerit vel requisierit auxilium consilium & fauorem: nec eidem officiali de dicto salario debeant integre respondere. In quorum testimonium præsentes fieri & registrari iussimus nostrique sigilli munimine roborari.

Dat. Med. die. xix. nouembr. M. ccc. lx. nona indictione.

ORDO PROVISIONVM IN MED. ET DVCATV VIGENTIVM EDITVS SVPER VENDITIONIBVS BONORVM IMMOBILIVM QVAE FIERI POSSVNT AD CRIDAM SEV FIDEIVSSIONEM.

146 IN nomine domini amen. M.ccc.lxix. indict. viii. die iouis primo mensis nouem. qm̄ crebro imitatio & variatio temporum nouorum indiget editione iurium: hinc est ꝙ secundum varietatem temporum & rerū persæpe statuta variantur. humana igitur magis meditationibus commodis subditorum benigne prospicientes magnifici & excell. D. domini Bernabos & Galeaz fratres vicecomites Med. &c. imperiales vicarii: & domini generales attendentes temporum sterilitatis & guerrarum discrimina quæ hactenus viguerunt: & quæ deo propitio potentius prepullerunt: ex quibus nihilominus quam plurimi ex eoꝝ subiectis maxime in ciuitate & comitatu Med. depauperati & diuitiis extenuati. quos oportet ad alienationem rerum suarū transire quod vix facere queunt non inuenientes fideiuss. nec securitates q̄s præstare valeant in vēditionibus: quas facere nitimur: ea propter prouida cōsideratione volentes eorum subditos quātum possibile est a talibus fatigationibus releuare: mandauerunt præfati magnifici & excelsi domini & quilibet eoꝝ ipsorum oraculis litterarum dominis eorum vicariis: ne vicario & duodecim deputatis super intratis comunis Med. ꝙ super talibus venditionibus quæ fieri volent siue fideiussoribus deberent per prouisiones & statuta solemnia salubriter prouideri & reformari: tollendo dubia recidendo litigia. Et ipsa iura quam lucidius fieri possit ordinando. Quo circa accedente consilio dictorum dominorum vicariorum suorum quamplurium aliorum pitorum & bonorum ciuium Med. præfati domini vicarius. & xii. deputati super intratis & prouisionibus comunis Med. prouiderunt statuerunt deliberauerūt: & ordinauerunt & prouident statuunt deliberant & ordinant: vt infra videlicet.

147 IN primis ꝙ si aliqua persona cōe collegiū vel vniuersitas de cætero voluerit vendere alicui personæ cōi collegio vel vniuersitati ciuitatis aut comitatus Mediolani vel alteri ad hoc habili aliquam rem immobilem q̄ possideat volens gaudere beneficio huius prouisionis debeat anteq̄ vēdat: personaliter vel p pṡonā ad hoc speciale mādatū hñtē corā vicario prouisionum cōis Med. deputato vel corā eius locūtenēte: & ibidē in scriptis dare & suo sacro affirmare ꝙ vult vēdere ipsam rē immobilē: declarādo illā p sitū seu locū & cōtratas & coher. & ēt per numeꝝ pticaꝝ vel circa cōgrua cōgruis referendo ipsam talem scripturā dimittere notariis officii prouisionū i libro ponēdā semp: vt infra dicit: & ꝙ inde ipsa talis p sona cōe collegiū vel vniuersitas q̄ vt præmittitur vēdere voluerit & in scriptis detulerit procuret vel faciat cū effectu ꝙ crida seu proclamatio sono tubę pmisso fiat mādato ipsius dñi vicarii eo ꝛam quo cōpuit ad dādū in scriptis vicar. seu eius success. vel locūtenētis pub. ad scalas palatii noui cōis Med. & ad arengheriam quę est super lodia de osiis posita in broletto nouo cōis Med. hora sextæ vel circa seu hora vesperaꝝ vel circa & de die clara ad loca ciuitatis Med. vbi proclamationes solēt fieri & etiā in contrata illius qui vendere voluerit: Et hæc omnia in præsentia duorū testium & etiā tribus vicibus in vna ebdomada diuersis diebus & vna vice in altera ex ipsis ebdomadis in terra in qua seu in cuius territorio sunt bona vendita in publica platea ipsius terrę proclamādo effectualiter sicut illa tali persona cōe collegium vel vniuersitas dedit in scriptis & suo sacramēto asserit corā ipso domino vicario vel eius successore vel locūtenente eius se velle vendere ipsam talem rē immobilem cum declaratione præmissa de loco cōntrata cohēis

& numero perticarum vel circa: Et siqua persona comune collegium vel vniversitas est volens dicere se habere seu habens vel habere prætendens ius aliquod in ipsa tali re vendenda vel parte aliqua ex ea debeat infra menses tres post ipsas omnes proclamationes immediate sequentes per se vel per aliũ eius noie: & pro eo coram ipso vicario vel eius successore vel locumtenente cõparere & in scriptis dare & ostendere ipsum tale ius quod in ipsa aut super ipsa re vel aliqua parte ex ea habet seu prætẽdit habere dimissis copiis ipsius proclamationis fiende vna ad dictas scalas palatii & alia ad dictã arengheriã seu lodiã & alia ad dictã cõtratã venditoris & alia ad dictã plateã illius terræ in q̃ seu cuius territorio erunt bona prædicta: Et quæ cride & earũ relationes & impositiones fieri possint quolibet die feriato & non feriato: nisi fuerint feriæ in honorem dei vel sanctorum eius introductæ saluo vt infra dicetur.

148 ITem prouiderunt statuerunt & ordinauerunt & reformauerunt vt supra ꝙ factis proclamationibus antedictis: & elapso dicto termino trium mensiũ: si qua persona cõe collegiũ vel vniuersitas nõ cõparuit ad dandũ in scriptis & ostẽdens eius ius quid haberet vel habere prætenderet p se vel aliũ in aut super attenta re imobili aut aliqua parte eius vt supra ꝙ eo casu ipsa talis persona comune collegium aut vniuersitas: quæ vt præmittitur vendere voluerit vt supra possit ipsam talẽ rem: & q̃libet partẽ ipsius vẽdere libere: & etiã absq; eo ꝙ dare teneatur fideiussores: & ipsa venditio & emptio possit liberæ vt supra fieri absq; eo ꝙ emptori seu emptoribus vel eius heredibus vel successoribus possit ullo tempore aliquid peti nec aliqua quæstio moueri super ipsa tali re aut eius occasione per aliquã personã cõe collegiũ & vniuersitatem quæ habuisset vel pretenderet habuisse aliquod ius in ea tali rẽ vel aliqua pte ipsius: & non cõparuerit: & ius suũ in scriptis non dederit & ostenderit vt supra in prædicto termino: nec per eoꝝ hæredes .s. pro aliquo iure quod habuisset vel habuisse prætenderet ante dictã vẽditionẽ fiendã: immo ẽt ipsa talis res taliter vẽdita eo casu fit & esse intelligatur libera ab omni onere obligationis & petere: & ẽt a quacunq; persona & personis cõi collegio & vniuersitate & irreuocabiliter sint emptoris seu emptorũ: dũ tamẽ ipsa venditio fiat infra annũ vnũ p ost ipsas proclamationes: ita ẽt & eo intellecto ꝙ siq̃ psona cõe collegiũ vel vniuersitas p̃tẽderet ius acqsiuisse in & sup ea re vel aliq̃ pte ipsius ab eo vẽditore a die eaꝝ proclamationẽ vel alicuius earũ vsq; ad diem dictæ venditionis fiende ꝙ ipsum tale ius non possit emptori prædicto vel eius successoribus obesse p respectũ ad ipsam rẽ venditã modo & forma p̃dictis. Saluo tñ cuilibet iure qđ haberet vel hr̃e prætẽderet: mediate vel immediate tpe ipsius venditionis & etiã ab inde in antea ab emptore seu emptoribus cõtra ipsum venditorẽ & alia sua bona saluo semper vt infra dicetur.

149 SI vero intra tẽps prædictũ ipsorũ trium mensium comparuerit aliqua persona vna vel plures comune collegiũ aut vniuersitas suo vel alieno nomine ad dandũ in scriptis & ostẽden. ius quod prætenditur haberi in aut super ipsa re venden. vel aliq̃ pte ipsius vt supra cõtinetur: tunc & eo casu venditio prædicta fieri possit liberæ vt p̃mittitur: saluo vt infra: Sed prgtiũ ipsius rei vẽdende penes aliquẽ bonũ & sufficiẽtem cãpsorẽ Med. deponatur mandato .d. vicarii siue eius succ. vel locũtenentis: quod prætiũ seu depositũ succedat loco rei vẽdite & eo casu disponatur & fiat inter eos qui cõparuerint

vt ſupra:prout fieri debuit de iure de ipſa re vendita: & ꝙ iurare debeant ipſi venditor & emptor in inſtrumento venditionis totam veram quantitatē prætii pro qua res ipſa vendi contigerit:& ꝙ ipſa venditio eſt vera & bona & nō fictitia nec ſimulata nec in fraudem facta:& ſiue emptor emere paratus apparuerit ſiue non ꝙ nihilominus per ipſum vicarium vel eius ſucceſſorem vel locumtenentem vel alium commiſſarium poſſit & debeat ad inſtantiam omniū prædictorum qui comparuerint vt ſupra & etiam cuiuſlibet vendere vel emere volentis vt ſupra & cuiuſlibet cuius intererit & cuiuſlibet vel alterius eorū procedi cognoſci & terminari ſummarie & de plano & ſine ſtrepitu & forma iudicii & quanto ſummarius & expeditius poterit & appellatione & quærela qualibet remota die feriato & non feriato exceptis feriis introductis in honorem Dei vel ſanctorum eius de iure cuiuſcunq; ipſorum qui vt præmittitur comparuerint & ſuper præmiſſis omnibus taliter & talem finem imponen. ꝙ ipſa venditio poſſit procedere & effectum ſortiri & de prætio ſeu depoſito prædicto reſponderi & ſatiſfieri poſſit & debeat illi ſeu illis quibus de iure debebit vel prout declarabitur & determinabitur modo:& in caſu quo ipſa vēditio non fiat: ꝙ nihilominus ſimiliter & eodem modo vt ſupra: cognoſci & determinari poſſit & debeat de & ſuper ipſa re ſeu rebus vendendis vt ſupra attribuendo cuiq; ius ſuū ſingula ſingulis congrue referendo:Ita etiam ꝙ taliter ꝙ illi qui non comparuerint vt ſupra nullum ius habeant nec habere intelligantur ad ipſam talem rem vendendam neq; venditam forma prædicta nec ad eius prætium:Saluo tamen prout in infraſcripto capitulo loquente de minoribus & abſentibus continetur:ſaluo tamen ꝙ partes ſeu comparentes prædicti poſſint ſe ad inuicem componere & omnem compoſitionem & concordiam facere de prædictis & eorum occaſione ad deciſionem expeditionem & declarationem prædictorum:Saluo tamen iure cuilibet creditori comparenti vt ſupra habendi & poſſendi habere & emere ipſam talem rem pro maiore prætio ſi voluerit:quo caſu ipſe volens vendere cogatur vendere ipſi creditori volenti emere: & ita ſit ipſa res libera prout ſupra continetur:ſi ipſa venditio facta fuerit. Et ſi comparuerint creditores emere volentes: eo caſu detur plus offerenti:& ſit libera:vt ſupra.

150 SI vero infra ipſos terminos cridarum ſingula ſingulis referendo comparuerit aliquis per ſe vel alium pro eo qui oſtenderit quouis modo rem vendendam eſſe ſuam vel ſibi pertinere iure dominii vel quaſi vel vtili tunc & eo caſu ipſa res non vendatur nec vendi debeat ipſo tali comparente inuito.

151 SI vero cōparuerit aliquis minor annis.xx.vel aliqua perſona pro eo vel eius noīe aſſerens vel prętēdēs ipſum minorē hēre ius in ea re pro eius tutela vel cura nūdū finita ꝙ eo caſu in eius minoris præiudicium non poſſit fieri ipſa venditio & licet non comparuerit aliquis minor vt ſupra vel aliqua perſona pro eo teneatur ipſe tutor vel curator qui talem venditionē facere voluerit notificare dn̄o vicario prouiſionū vel eius locumtenenti ꝙ ipſe volens facere dictam venditionem eſt tutor vel curator talis minoris:qui vicarius ſeu ius locumtenens citari faciat etiam ſuo officio ipſum minorem & duo eius minoris affines propinquiores ex parte patris & his deficientibus ex parte matris quibus notificetur per dictum vicarium vel eius locum tenentē:

ꝙ talis

ꝙ talis venditio fieri debet: & si dictus minor vel aliquis ex dictis eius affinibus protestetur per modum supradictum non valeat nec fieri possit talis venditio in præiudicium ipsius minoris: & aliter venditio facta quam per modũ & formam supradictorum non valeat in præiudicium dicti minoris.

152 Item prouiderunt statuerunt ordinauerunt & reformauerunt vt supra ꝙ hęc promissio & alia suprascripta non se extendant nec locum habeant ad bona data vel qua darentur in dotem nec in bonis dotalibus: & hoc respectu contractus ipsius dationis in dotem. nec ẽt ad vel contra vxorẽ nurus vel pronurus talium vendere volentium vt supra constante matrimonio pro iure dotium suarum vel rerum parafernalium: nec extendatur ad filios vel alios descendentes: talis vendere volentis existentis in potestate ipsius vendere volentis tempore dictæ venditionis: quantum est pro dotibus: quõdam matris vel auie: aut alterius descendentis: nisi prædicta venditio fiat cũ consensu legitimo & expresso dictorum talium descendentium.

153 Item prouiderunt statuerunt ordinauerunt & reformauerũt vt supra: ꝙ prædicta vel aliqđ prædictorũ non tollatur alicui nec sublatum esse intelligatur ius cõpetens seu qđ competere posset vigore statuti cõis Med. positi sub Rubrica de re paterna lugenda: quod icipit siquis rẽ aliquam immobilem paternã vendiderit &c. nec etiã vigore cuiusdam alterius statuti cõis Med. positi sub Rubrica de prædiis: quod incipit siquis habuit prædiũ alicui suo sedumini non contiguum extra corpora sanctoꝝ. &c. nec ẽt vigore cuiusdã alterius statuti subsequentis. Quod incipit siquis habuit maiorem seu dimidiã partem seu quamcunq; aliam quotam partem alicuius domus. &c.

Item ꝙ per prædicta nõ derogetur statuto Med. quod incipit aliquæ cominantie victualia seu pascua &c. nec alteri statuto qđ incipit siquis laicus habens decimam vel eius decimandi fructus &c: Item statuto quod incipit qlibet ciuitatis & districtus Med. qui in aliquem subditum &c.

154 Item prouiderunt statuerunt ordinauerunt & reformauerũt vt supra ꝙ res illa quæ vẽdi contingat seruata forma huius prouisionis non sit necesse intelligatur libera a seruitute seu seruientibus quibus subiacebat ante ipsam venditionem.

155 Itẽ prouiderũt statuerũt ordinauerũt & reformauerunt & prouident statuunt ordinãt & reformant ꝙ minores annis. xx. & absentes a ciuitate & cõitatu Med. & furiosi & mẽtecapti necnõ dñe vidue pro iure dotiũ suarũ & rerũ parefernaliũ necnon alie persone habẽtes seu hẽre prætendẽtes ius aut actionẽ occasione administrationis alicuius tutele seu curæ aut ius: & hypotece pro aliquo ficto liuellario aut pro aliquibus legatis fideicõmissis institutione aut subtitutione testamẽtaria vel alia qlibet successione ex testamẽto vel ab intestato & qlibet prædictorũ qui essent in casibus suprascriptis vel aliquo eorũ vt supra tpe proclamationũ fiendarũ hẽant & habere intelligãtur tẽpus & spatiũ. vi. mẽsiũ cõputãdoꝝ vt supra ad cõparẽdũ & in scriptis dãdũ & ostendẽdũ ius suũ per se vel aliũ eorũ nomine vt supra singula singulis & congrua congruis referendo: & ꝙ sufficiat & similiter ostendi procedi & fieri possit in omnibus & per omnia vt supra continetur: Et non intelligantur absentes qui intra mensem a tempore dictarũ proclamationũ vel alicuius earum computandum reperirentur vel essent in ciuitate vel comitatu Medi.

156 Item prouiderunt statuerunt ordinauerunt & reformauerunt vt supra quod quilibet qui vt præmittitur comparuerit ad dandum in scriptis: & ostendendum ius suum vel alterius eorum iurare debeat quod id non facit per malitiam nec in fraudem nec animo impediendi malitiose venditionem illam cuius occasione comparebat.

157 Item prouiderunt statuerunt ordinauerunt & reformauerūt vt supra quod ipse cride habeātur pro solēniter factis: si præco seu pcones retulerint corā dicto vicario seu eius successore: & ad officiū gubernatorū statutorū cōis Med. se ipsas cridas fecisse iuxta formā prædictā in qua relatione scribātur noīa testiū. In quorū præsentia factæ fuerunt ipse cride: & quod impositio seu impositiones: quæ fient dicto præconi seu præconibus scribantur ad officium prouisionum: infra octo dies post ipsas omnes cridas factas.

158 Item prouiderunt statuerunt ordinauerūt & reformauerunt vt supra quod per prædicta vel aliquod prædictorum non tollatur nec auferatur ius aliquod magnificorū D. & cōis Med. nec alicuius eorum nec sibi in aliquo præiudicetur: nec præiudicium esse intelligatur.

159 Item prouiderunt statuerunt ordinauerunt & reformauerūt vt supra quod prædicta nec aliquod prædictorum habeāt locum in his emere & vendere vellent cum fideiussione seu etiam absque beneficio dictarum cridarum & non seruata forma prædicta.

160 Lectæ & publicate fuerunt suprascriptæ prouisiones statuta ordinamēta & reformationis suprascriptis anno. M.ccc.lxviii. indictione octaua die iouis primo mensis nouembris ad arengheriam nouam cōis Med. sitā in broletto nouo dicti cōis super lodia quæ appellatur lodia de offitiis per me Vincētiū de feudariis publicū imperiali auctoritate notariū Med. officio prouisionū cōis Med. deputatū corā notabiliū & multitudine populi copiosa ibi cōuocata sono tubarū præmisso vt moris est: & præsentibus. d. pagano panigarola. f. q. d. bertremi porte vercelline parochie sanctæ Mariæ secrete guber nat. statut. cōis Med. & Bertramolo de castroseprio. f. q. d. mineti porte romane parochiæ sancti Caluerii tubatore & præcone dicti cōis: Ioannolo tarusio f. q. dicti leonis suprascriptarum porte & parochię. d. Raimondo de glusano. f. q. d. Iacobi porte orientalis parochiæ sancti simpliciani & Antoniolo de vaua filio quondā. d. bertrami porte noue parochiæ sancti fidelis omnibus ciuitatis Med. testibus idoneis ad prædicta spetialiter vocatis & rogatis.

In libro prouisionū factarum tempore regiminis nobilis & potentis viri. D. Ioannis de borsano potestatis ciuitatis Plac. & districtus: pro magnificis dominis generalibus Mediolani Placen. &c. Millesimo trecentesimo quadragesimosexto: indictione quartadecima: die decimo mensis aprilis & scriptarum per Hubertum Gazotum de castro arquato notarium inter alia instrumentum capitulum reperitur.

Iacobus de strictis miles legum doctor mag. dñorū Med. Plac. &c. vic. gen.

161 Cum in ciuitate Med. facta sit prouisio nuper tenoris cōtenti in cedula præsentibus litteris introclusam mandamus vobis quatenus in ciuitate Placē. similem prouisionem vt volumine statutorum comunis poni faciatis

faciatis ita q per totã ciuitatem & districtum Plac. ab omnibus totaliter obseruetur & inuiolabiliter. Data Med. die. v. mensis aprilis in scriptione continetur. Nobilibus viris. d. potestati & consilio ciuitatis Plac.

262 IN primis q quęcunq bona hẽnt vel hẽbunt homines & persone iurisdictõis Pl. ppetuo sint obligata & obnoxiata cõi Pla. & oneribus cõis: adeo ẽt q propria auctoritate ad ipsa semp possit hẽri recursus qcũq sit possessor pro oneribus eoꝝ quoꝝ fuissent. Saluo nisi possidẽres ea sustinerẽt onera cõis Pla. & eẽnt suppositi iurisdictioni. d. ptãtis Pla. quo casu sufficiat eos possidẽtes sustiere nec cogi possint pro oneribus eoꝝ quoꝝ ipsa bona fuisset.

D. Med. &c. comes virt. vicar. generalis.

263 QVemadmodũ rerũ oium magistra didicimus delicta quæcũq mortaliũ & peccata nisi ab exordio sui delicti punitione plectãtur dierũ furiũ plus acqsũt q̃ vbi conuerũt & radices suas alienis figerũt nec dubiũ difficilius ab olearur: vos itaq audito pro æquo aĩo tollerare nõ possumus q̃liter sub nostri dominii potentatu multi degunt: sanæ toto orbe pellendi: quorũ aliqui instrumenta falsa: aliqui testimonia falsa deponunt. Deliberauimus antequã contagio ista transeat ad plures super hoc de oportuno & salubri remedio prouidere: Mandamus iõ tibi quatenus certa capitula q̃ pdictorum occasione cum & matura deliberatione fecimus cõpillari his inserti tenor. pro decreto & municipali lege serues. & facias inuiolabiliter obseruari: & in quibuscunq locis consuetis iurisdictionis vestræ publice diuulgari: & ad perpetuam rei memoriam in volumine statutorum ciuitatis nostræ Pla. & decretorum nostrorum inseri pariter & describi. Dat. Med. die. x. februarii. M.ccc.xc. Gasparinus. A tergo Nobili viro potestati Placen.

TENOR INFRASCRIPTORVM CAPITVLORVM TALIS EST CONTRA NOTARIOS ET ALIAS PERSONAS QVAE FACERENT VEL FIERI FACERENT ALIQVAM CARTAM ET SCRIPTVRAM FALSAM.

264 PRimo siquis fecerit vel fieri fecerit cartam falsam vel acta publica vel falsificauerit seu falsificari fecerit scienter aliquam cartam vel condemnationem vel attestationem vel dicta testium vel confessionem vel testes vel acta publica scriptorum vel script. vel alias scripturas in totũ vel pro aliqua parte de vel super quantitate rei vel iure non excedente quantitatem florenorum quinquaginta auri condemnetur pro prima vice in quadruplũ: & vlterius q mitrietur & tribus diebus continuis sic mitriatus perducatur in publico: pro secunda vice in amissione manus in qua sit magis potens pro tercia vice poena ignis apponatur: & q si de vel super quantitate re vel iure excedente summã florenorũ quinquaginta vsq ad florenos quingentos auri pro prima vice condemnetur in amissione manus in qua sit magis potẽs pro secunda vice apponatur poena ignis. Et si de re vel super quãtitate vel re excedente summam florenorum quingentorum pro prima vice arbitrio potestatis in amissione manus vel poena ignis inspecta qualitate facti & personę pro secunda vero vice apponatur poena ignis.

165 SIquis falsum testimoniũ dixerit vt aliquis condẽnetur in cã criminali: puniaᶉ ea pœna q̃ puniẽdus est ille contra quẽ falsum testimoniũ dixerit: si corpore veniret cõdẽnãdus: & hoc vbi pœna corporis nõ sit minor q̃ incisio linguę quo casu lingua incidaᶉ eidẽ: si vero pecunia tũc amputetur ei lingua & mitrietur: Si vero falsum testimoniũ dixerit vt aliquis in criminali causa absoluetur similiter puniatur in pœna q̃ puniẽdus esset ille in cuius fauorem dixerit testimonium si pecunialiter corpor. veniret condemnandus. Si vero corporaliter tunc amputetur ei lingua & eadem pœna ille qui scienter & dolose produxerit in causa criminali falsos testes vel vsum fuisse intelligatur scienter & dolose produxisse falsos testes vel falsum testem: vel scienter & dolose vsum fuisse qui post publicationem testium; interrogat. an velit vti dictis testium vel testibus responderit se velle vti: & quilibet interrogatus teneatur respondere ad terminum per iudicem statuendum: & si ad ipsum terminum non responderit intelligatur non velle vti: & vltra ille qui falsum testimonium dixerit vt supra: & ille qui produxerit vel vsus fuerit vt supra: & quilibet eorum in solidum, ita tamen ꝙ vnica sufficiat solutio compellantur realiter & personaliter ad emendationem faciendam cuiuslibet damni dispendii: & interesse qui damnum dispẽdium & interesse sustinuisset seu supportasset occasione dicti falsi testimonii.

166 QVicunq; falsum testimonium dixerit vt aliquis condemnetur in ciuili causa amputetur ei lingua. Si vero falsum testimonium dixerit vt aliquis absoluatur in causa ciuili scienter: ãputetur ei lingua: & eadem pœna puniatur ille qui scienter: & dolose produxerit falsos testes seu falsum testem in causa ciuili vel eis seu eo scienter & dolose produxisse falsos testes vel falsum testem: vel scienter & dolose vsum fuisse: qui post publicationem testium. Interrogatus an velit vti dictis testium vel testibus responderit se velle vti: Et quilibet interrogatus respõdere teneatur ad terminum per iudicem statuendum. Et si ad dictum terminum non responderit intelligatur non velle vti. Et vltra ille qui falsum testimonium dixerit vt supra. Et ille qui produxerit vel vsus fuerit vt supra: & quilibet eorum in solidum. Ita tamen ꝙ vnica solutio sufficiat teneatur ad emendationem cuiuslibet damni dispendii: & interesse: illi qui dictum damnum dispendium & interesse sustinuisset seu supportasset occasione falsi testimonii: Et eadem pœna puniatur quilibet qui solicitauerit aut operam dederit: aut consilium ꝙ aliquis dicat falsum testimonium. M.ccc.lxxxix. indictione .xiiii. mensis februarii. Publicatum fuit suprascriptum decretum pręfati magn. D. nostri: cum capitulis suprascriptis ad arengheriam comunis Place. in publica & generali contione sono tubæ præmisso per Anrichum strictum dictum bastardum tubatorẽ comunis Plac. xv. ante tertiam dicti diei in præsentia multorum ciuium.

Dominus Med. &c. comes virtutum imperialis vicarius generalis.

Capitula porrecta nobis per ambassiatores comunis nostræ Plac. vidimus & ad ipsorum quodlibet fecimus fieri in margine nostras responsiones: quare volumus ꝙ ipsas responsiones executioni mandetis. Dat. Papiæ die. xviii. iunii. M.ccc. lxxxvi. Andriolus. A tergo egregio. d. potestati nostro Plac. & sapientibus nostris ibidem.

Infrascri

Infrascripta sunt capitula porrigenda illustri principi: & magnifico. d. nostro D. Galeaz vicecomiti comiti virtutum Med. &c. imperiali vica. gen. pro parte comunis Placen. Primo cum clare & lucide appareat dominationem vestram hinc retro & præsentialiter intendere circa bonum statutum. &c.

Item cum sæpius contingat ciues & districtuales debita & deposita eis promissa: & per ipsos recuperata de nouo reperire & aliquas res immobiles per eos alienatas denuo alii vendere & alienare ꝙ potius ex maleficiis ipsorum quam aliter procedit: dignetur dominatio vestra edicere ꝙ ipsi tales incurrant poenam comuni Pla. applicandam tante quantitatis quantum est summa prætii rei vendite: & summa debiti quod peteretur. Et ꝙ ferret eis solutum vt timore dictæ poenæ tanta enormia non procedunt in libro prouisionum consiliariorum & ordinamentorum comunis Pla. factæ tam per sapientes & antianos negociis comunis Placē. præsidentes & sapientes eis adiunctos quam per cōsilium generale ciuitatis Plac. tempore regiminis egregii & potentis militis d. Petri de gurueriis de ast honor. ptātis ciuitatis Placen. & district. pro illustri principe ac magnifi. & excel. d. nō. D. Galeaz vicec. comite virt. Med. Pla. &c. imp. vic. gen. existente ipsius domini potestatis vic. sapiēte & discreto viro domino Ioanne de landulfis de Papia legum doctore ad officium vicariatus per ipsum dominum potestatem specialiter deputat. infra prouisio reperitur registrata per me notar. & dictarum comunis Plac. anno ab incarnatione domini currente. M. ccc. lxxii. indictione. iiii. diebus & mensibus infrascriptis.

DIE. XXII. SEPTEMBRIS. M. CCC. LXXXI.

Conuocato & congregato generali consilio centum viginti sapientum ciuitatis Placentiæ de mandato domini Ioannis boni de Belottis legum doctoris vicarii: & locumtenentis suprascripti domini potestatis Placentiæ: sono campanæ & tubarum requisitione: vt moris est in sala magna dicti comunis vbi hactenus conuocari & congregari consueuit super qua quidem sala interfuerit dictus. d. vicarius & locumtenens: & Iacobus de la porta vnus ex antianis & sapientibus comunis Placentiæ: necnon sufficiens & legitimus numerus consiliariorum consilii dictæ ciuitatis. Quid dominus vicarius & locumtenens per me notarium legi & proponi fecit litteras supp. & prouisiones tenor, infrascriptorum. & hæc illa infrascripta.

Dominus Med. &c. comes virtutum imperialis vicarius generalis.

Intendentes circa bonum statutum ciuitatis & ciuium nostrorum Plac. salubriter iuxta temporum & conditionum exigentiam: mandamus vobis quatenus conuocare debeatis consilium generale ciuitatis nostræ Plac. &c.

Item cum reperiatur infrascripta prouisio in libro prouisionum factarum tempore regiminis egregii viri. D. antonii donelli tunc honor. potestatis ciuitatis & episcopatus Placen. pro illustri principe: & magnifico. D. nostro. D. Galeaz vicecomite comite virtutum Mediol. Plac. &c. Imperiali vicarius generali. M. ccc. lxxix. die. xx. februarii: & quæ prouisio locum habere non potest nisi approbetur per præsens consilium cuius tenor talis est conuocatis & congregatis infrascriptis antianis & sapientibus comunis Pla. negotiis præsidentibus in capella noua dicti comunis de mandato suprascripti. D. potestatis

sono campanæ & curreriorum requisitione vt moris est:in qua quidem capel la interfuerunt dominus Matheus de albania de regio legum doctor vicar.& infrascripti domini antiani videlicet.

Iacobus de fontana
Girardus silerna
Christophorus bagarettus
Iacobus de gandino
Andrixiasius capalatta
Vbertinus de rizolo
Puenial de pigazono
Georgius thodischus
Leonardus angusella
Bartholomeus cuchola
Iacobus farisellus

167 Omnes antiani & sapientes negotiis cōis Pla.præsidentes.Item audientes quamplures quærelas quæ quotidiæ fiunt ipsis.d.antianis occasione certorum hominum & personarum non descript.in descriptione focolariorum episcopatus Plac.& etiam aliorum non descriptorum in libro talearum ciuitatis Pla.& moram trahentium in dicto episcopatu & ciuitate Pla. & volentes in prædictis prouidere vt debent & tenentur omnes in concordia & nemine discrepante: prouiderunt statuerunt & ordinauerunt q̄ licitum sit currerio & hominibus cuiuslibet villæ episcopatus Plac. talearū de quocūq; onere imposito & imponendo per comune Pla. cuicunq; qui tempore descriptionis focolariorum episcopatus Plac.factæ in dicto episcopatu moram trahebat in illa villa: & q̄ possint & valeant talleare prædictos tales non descriptos secundum eorum possibilitatem:& prout eisdem hominibus dictarum villarum seu maiori parti ipsarum videbitur licet in aliis villis fuerint ad habitandum & similiter vicini cuiuslibet viciniæ possint & eis licitum seu maior pars ipsorum vicinorum possit & valeat taleare quoscunq; qui habitabunt in eorum vicinia tempore quo completa fuit talea in ciuitate Pla. dummodo nō sint descripti in aliqua alia parte: nec substineant aliquod onus cum comuni Placen.in aliqua alia vicinia:villa: castro: seu loco: aut non sit descriptus pro nobili. Et hoc dummodo placeat consilio generali Placen.

Item quadam petitione Bartholomei de ribroscho habitatoris nouelliani tenoris infrascripti vobis.D.potestati Placen.vestroq; vicario:ac consilio generali centum viginti sapientū dictæ ciuitatis supplicatur pro parte Bartholomei de ribroscho filii domini Thedali:quatenus cum idem Bartholomeus velit & intendat aliquas emptiones & acqsita facere in ciuitate & ep̄atu Pla. &c.

Qui dominus vicarius & locumtenens repetitis prius per ipsum omnibus & singulis suprascriptis vulgari sermone super ipsis omnibus & singulis consilium postulauit exhiberi Iacobus de morgano vnus ex consiliariibus existentibus in dicto consilio surrexit & suæ mentis propositum resoluit: hoc modo videlicet. Et primo super litteris illustris.D.nostri mentionem facien.de tribus ciuibus Placen.eligen.per ipsum consilium:& transmitten.ad præsentiam illustris.D.nostri procuratoribus comunis Placen.

Item consuluit super petitione porrecta pro parte consulum & hominum artis lanæ &c.

Item consuluit q̄ prouisio facta & ordinata tempore regiminis egregii & potentis viri.D.Antonii tornelli honor.potestatis ciuitatis Plac. & districtus pro tunc antianos & sapientes dicti comunis: & de qua fit mētio per præsens consilium ratificetur confirmetur approbetur emologetur & ratificari:ac confirmari

firmari & emologari debeat in omnibus & per oīa prout in ipsa continetur; ac eidem de cætero & in futurum fides plenissima adhibeatur & executioni mandetur: ac si per præsens consilium facta cōstituta reddita fuisset per quoscunq; & inter quoscunq; iudicentes in ciuitate & episcopatu Placen.

Item super petitione vero dicti Bartholomei de ribroscho supp. recipi in numero ciuium Pla. consuluit q eidem Bartholomeo per pns cōsiliū fiat &c.

Item consuluit super posta præstantiarum capitanei in libris comunis Pla. q antiani & sapientes dicti comunis teneantur vnaa cum rationatore dicti comunis videre & examinare bene & diligenter rat. &c.

Quibus omnibus suprascriptis & propositis & vulgariter repetitis ad intelligentiam omnium existentium in dicto consilio nullo discordante prouiderunt statuerunt & ordinauerunt in totum & per totum prout supra per supra scriptum consultorem consultum est præsentibus Christophoro spūo Ioanne duranto not. Ioanne sacco tubatore comunis Placen.

In libro registri litterarum transmissarum per illustrem & excel. D. nostrū. D. Galeaz vicecomitem virtutum comitem Med. Plac. imperialem vicarium generalem tempore regiminis egregii & sapien. militis. d. Lutherii de ruschonibus honor. potestatis dictæ ciuitatis & episcopatus Pla. anno ab incarnatione domini currente. M. ccc. lxxxii. diebus infrascriptis infrascriptæ litteræ confirmata infrascriptarum prouisionum reperiuntur.

Dominus Med. &c. comes virtutum imperialis vicarius generalis.

168 Recepimus pridie litteras vras: & audiuimus ambassiatores vros quos ad nos misistis pro fcō prouisionū & statutoꝝ quæ pro cōseruatione status ciuitatis & distr. Pla. formastis: super qbus respōdemus vobis q prouisiones & statuta prędicta videri & examinari fecimus: & ipsa corrigi & reformari secundū tenorem quem vobis mittimus his inclusum secundum quem tenorem ipsa approbamus & reformamus volentes & vobis mandātes q ipsa inseri faciatis in volumine statutorum nostri Placē. & illa obseruetis & obseruari faciatis inuiolabiliter. Dat. Papiæ. xi. nouembris. M. ccc. lxxxii.

A tergo nobilibus viris dñi ptāti & Matheo de pescia capitaneo epātus Pl. necnon sapientibus nostris Pla. M. ccc. lxxxii. die. xiiii. nouem. fuit publicata.

Infrascripta sunt statuta ordinamēta additiones prouisiones & correctiones factę & facta ad refrenādū malitias bānitoꝝ & alioꝝ malefactoꝝ ciuitatis & epat. Pla. & receptoꝝ eorundē sine quibus prout iura volūt diu latro latere nō pōt. Et ad obuiādū nec dcā malitia & bāniti materiā hēant veniēdi & conuersandi i epātu Pla. prout fecerūt tpibus retroactis ad cōmittēdū homicidia robarias & incendia ac alia maleficia ad honorē illustris principis & magnifi. d. no. D. Galeaz vicecomitis &c. Et cōfirmanda & confirmādas per præfatū magnificum dūm nostrū: prout magnificus. D. noster prælibatus viderit honori suo & indemnitati & cōseruationi oīum ciuitatis & epat. Plac. conuenire sub anno ab incarnatione domini. M. ccc. lxxxii. indict. vi. de mense octobris.

169 In primis q secundum formā statut. cōis Med. qcūq; cōmiserit homicidiū si receperit bannum pro contumaciā bona eius cōi Plac. publicantur & considerato q dictū statutum nunquā extitit obseruatū circa publicatione bonorum executionē ex quo homicide & cōmittere faciētes homicidia

non propterea abhorrent attam maleficia perpetrare ad hoc vt metũ poenæ quocũq; se abstineát & habeant materiam se abstinẽdi a maleficiis antedictis prouiderũt statuerũt & ord. ꝙ quicũq; cõmiserit homicidiũ seu cõmitti fecerit: & receperit bannũ per cõtumaciá ꝙ bona eius publicentur pro medietate cameræ præfati.d.no. & pro alia medietate camerarii Plac. quorum executio ad euitandũ extorsiones maxime q̃ factæ fuerint tẽporibus retroactis per officium deput. ad exigendũ debita ad camerá præfati magnifici.d.no. fiat & fieri debeat per.d.ptãtem Plac. qui ptãs teneatur & debeat cõprehẽdere ipsa bona infra mẽsem a die publicationis prædictæ. Et ad hoc vt veri creditores dictoꝝ malefactoꝝ nõ possint se querelare de predictis: ꝙ dictus.D. ptãs teneatur & debeat antequá incorporẽtur cameræ præfati.D. nec ẽt cõi ꝓdcõ facere publice proclamari ꝑ ciuit. Plac. tá ad plateá cõis q̃ ẽt in vicinia vbi stabat ille talis bannitus tempore maleficii perpetrati quá etiam in aliis locis cõsuetis ꝙ quilibet qui prætẽdũt sese creditores prædicti talis banniti & cõdemnati teneantur infra .xxx. dies ex die cride proxime subsequẽtis cõparere corá dicto domino potestate seu eius vicario: & dare in scriptis omne & totum illud qd se de iure habere prætẽdunt a prædicto tali bannito: seu cõdẽnato: seu super eius bonis: quo termino elapso prædictus dñs potestas teneatur & debeat infra.xx. dies: a fine prædicti termini inchoandos dare in solutum illis: quos inuenerint veros esse creditores. Seruato tamen ordine prioritatis & posterioritatis de bonis dicti taliter condemnati vel banniti vsq; ad integram solutionẽ totius eius de iure here. habuerint æstimationẽ duoꝝ bonorum virorum per dictum.D. potestatem eligẽdorum: & quod residuum si ꝙ super erit vltra satisfactionem creditorum prædictorum postmodũ incorporetur cameræ præfati domini pro medietate. Et pro alia medietate comuni Pla. vt præmittitur & etiam saluo iure legitime ascendentium & descendentium dictorum malefactorum quam habituri forent de iure comuni si ipse talis bannitus & condẽnatus decessisset ab intestato cuius quidem solutio valeat & teneat: ac si facta essent per debitores ipsorum creditorum & residuum bonorum prædictorũ ad cameram mándare in terminis prætaxatis sub poena salarii sui vnius mensis: totiens quotiens contrafecerit in præmissis.

170 ITem ad hoc vt malefactor vnus quisq; formidinẽ habeat delinquendi prouiderũt statuerunt & ordinauerũt ꝙ nullus de persona seu de membro possit exire seu extrahi de banno seu de condẽnatione sua nisi consignauerit in fortiam cõis Pla. aliũ bannitum de simili delicto vel maiori & si ipsum consignauerit ꝙ extrahatur de ipso suo banno sine aliquibus expensis.

171 ITem ad hoc vt banniti & malefactores quicũq; materiam non habeant veniendi & conuersandi in episcopatu Pla. & ibidem maleficia cõmittẽdi prouiderunt statuerunt & ordinauerunt ꝙ quilibet bannitus & condemnatus comunis Plac. de vita ad mortem possit libere & impunæ per quãcũq; personam offendi: & tam personaliter quam realiter.

172 ITem ad refrenandam materiam homicidarum de robatorum & aliorũ malefactorum: & vt malefactores habeant materiam abstinendi a maleficiis prælibatis prouiderunt statuerunt & ordinauerunt ꝙ siquis cõmiserit vel committi fecerit aliquod homicidiũ in ciuitate vel episcopatu Pla. vel aliter delinqueret ex quo veniat punien. ad mortem de vita. Et ille talis sic

delinquens habuerit castrum aliquod vel fortilitiam aliquam in episcopatu Placen. dictum castrum & fortilitia vsq; ad funditus diruatur & priuetur. Et priuatus esse intelligatur ipso iure: ac sit omnibus oneribus dignitatibus & beneficiis quibuscunq;.

173 ITem q; nisi forent receptatores bannitorum communis Placē. & aliorum malefactorum dicti banniti & malefactores diu latere non possent nec conuersarentur nec etiam vterentur in episcopatu Placen. ad maleficia perpetranda prouiderunt statuerunt & ordinauerunt q; receptatores bannitorum derobatorum & aliorum maleficiorum de vita si scienter & dolose ipsos receptatores vel eis auxiliũ vel fauorem dederint seu dari fecerint ad ipsa maleficia perpetranda pari poena puniantur qua prædicti malefactores puniri debent & nihilominus bona sua publicentur cameræ domini nostri prælibati: & si habuerint castrũ vel fortalitiam q; dictum castrum & fortalitia funditus diruatur: & talis receptator non dominus castri vel fortalitię: in quo seu in qua receptati fuerint dicti malefactores nihilominus dictum castrum vel fortalitia funditus diruatur vt supra: Saluo q; si dominus castri vel fortilitiæ præsentauerit seu præsentari fecerit in fortiam communis Placen. dictos receptatores infra vnum mensem a die requisitionis factę domino dicti castri per officiales communis Placen. q; tunc & eo casu dictum castrum & fortilitia non diruatur nec incidat poenas prædictas & eandem poenã incurrant omnes qui dederint & præstiterint seu dari & præstari fecerint prædictis bannitis & malefactoribus potum cibum vestes seu alia victualia: & similiter mittentes & portantes & mitti & portari facientes cibum & potum & vestes vt supra prædictis malefactoribus & bannitis. & prædicta habeant locum vbicunq; receptati fuerint prædicti malefactores seu banniti: & q; si talis receptator habuerit patrem & permiserit dictus filius se poni in banno per contumaciam pater puniatur in libris mille Placen. applican. cameræ dominii & plus & minus arbitrio domini potestatis Placentiæ inspecta facti & personarum qualitate: Saluo q; si præsentauerit filium suum castrum vel fortilitia præsens fuerit dirupta propter receptionẽ: factã per filiũ tũc & eo casu pater puniatur & intelligatur in filio si pater receptauerit & similiter in fratribus: & qbuscũq; castra habentibus & receptantibus vt supra cõmorantibus in eadem familia: Et ad hoc vt veri creditores dictorum malefactorum non possint se quærelare de prædictis facere solutionem omnibus creditoribus dictorum malefactorum per ordinem secundum prioritatem & posterioritatem ipsorum creditorum & maxime vxoris quæ quidem solutio valeat & teneat ac si facta esset per debitores ipsorum creditorum & residuum dictorum bonorum publicetur ad cameram præfati dominii nostri: ac etiam saluo q; ex bonis prædictis predictorum receptatorum fiat & fieri debeat emenda per dictum. d. potestatem cuilibet damnum passo per suprascriptos malefactores.

174 ITem q; vxores dictorum bannitorum non possint nec debeant stare: seu habitare in aliquibus locis villis seu castris episcopatus Placen. Saluo in ciuitate Placen. & in castris dicti episcopatus Placen. quæ sunt dicti communis Placen. Et q; d. potestas Placen. & alii officiales super hoc deputati teneantur & astricti sint omnibus iuris remediis eas vxores expellere: & de prædictis villis locis & castris.

175 ITem q; banniti & malefactores comunis Pla. nunquam venirent nec
conuerſarent in epiſcopatu Plac. ad maleficia perpetranda:niſi forent
receptatores eorundem circunſtantes epiſcopatum Plac. prouiderũt
ſtatuerunt & ordinauerunt: q; omnes & ſinguli infraſcripti nobiles non poſ/
ſint nec debeant aliquo modo iure ſeu colore tenere ſeu receptare ſeu recepta
ri facere permittere in caſtris locis:villis ſuis aliquem bannitum comunis Pla.
de vita ſeu ad mortem nec eis dare:nec dari facere auxilium conſilium & fauo
rem cibum ſeu potum ſub poenis ſupraſcriptis contentis in ſupraſcripto capi/
tulo de receptatoribus:& q;.d.poteſtas Plac,ad hoc deputat,& quilibet eorũ
teneatur & debeat cum eis licuerit de prædictis equitare in continenti cum gẽ
tibus tam equeſtribus quam pedeſtribus ſuper terris caſtris & locis prędicto
rum nobilium contrafaciẽtium. Et ipſos & quemlibet ipſorum offendere dã
nificare & igne comburrere domos caſtra & bona ipſorum contrafacientum
& hominum ipſorum nobilium ac etiam homines capere & detinere & impu
ne offendere toto eorum poſſe & prout eis videbitur expedire:& q; tales con
trafacientes & contrafieri facientes habeantur pro rebellibus præfati magnifi
ci domini noſtri & comunis Plac. Quorum nobilium nomina ſunt hæc.

Omnes marchiones de plelegrino D. Hubertinus de laudo miles
Nicholaus tertius Bernabos de laudo eius filius.

176 ITem cum ex incendiis multa damna occurrerunt iam diu hominibus
ciuitatis & epiſcopatus plac. ad refrenandum audaciam incendiariorũ
prouiderunt ſtatuerunt & ordinauerunt q; in damno dato ex incẽdio
palam vel occulte in aliquibus ſeu de aliquibus bladis leguminibus lignis ar/
boribus plantonis pratis:ſeno:vineis vel vuis vel in aliis ſeu de aliis fructibus
exiſtentibus in campis ſiue ſint pendẽtes ſiue non vel in domibus caſſinis tor
culari ſeu rebus exiſtentibus in eis aliqua villa vel territorio eius diſtrictus
Plac. q; ille plebatus in quo fuerit ſeu locus vbi factum fuerit incẽdium tenea
tur & debeat emendare dictum damnum paſſo:& etiam omnes villę caſtra &
loca ac habitantes in eis confinantes & circumſtantes territorio villæ ſeu lo/
ci in qua ſeu quo fuerit incendium immiſſum ſeu poſitum ſiue dictæ villæ lo/
ca & caſtra confinantes & circumſtantes loco delicti ſiue ſint de plebatu ſiue
non:ſiue locus in quo fuerit commiſſum incendium fuerit de plebatu ſiue nõ
etiam ſi malefactor ſit certus: Et q; etiam ad emendas dictorum damnorum
dandorum ex incendio & de robariis quæ fient in dictis villis & caſtris: & eo
rum cuiuſlibet eorum territoriorum epiſcopatus Plac. teneantur & ſint obli/
gati pater pro delicto filii:& filius pro delicto patris:& frater pro delicto fra/
tris dũmodo ſint de vna & eadem agnatione:ſiue ſint in eadẽ familia ſiue nõ,
Ita tñ q; primo habeatur regreſſus ad delinquentẽ:& eius bona & ſi non eſſet
ſoluendo ad patrem & eius bona:& ſic ſucceſſiue ad eius proximiorem in gra
du antequam ad vlteriora in gradu perueniatur: & ſic in electione damnum
paſſi per incendium ſeu robariam habere regreſſum contra quos primo vo/
luerit videlicet ante contra villas & caſtra: ſeu loca prædicta an contra agna/
tos delinquentium: & ſi elegerit contra villas caſtra: ſeu loca prædicta agere
primo ad emendam damni prædicti q; tunc villę loca & caſtra prædicta poſ/
ſint habere regreſſum contra agnatos delinquentium & eorum bona de gra/
du in gradum vt ſupra ſit mentio & ſimiliter agnati villæ caſtra & loca prædi

ctia principaliter delinquentis: & q in praedictis emendis fiendis modo praedicto possit & debeat procedi per iusdicentem ad requisitionẽ damni passum summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii absq; memoriali & instantia obseruanda diebus feriatis & non feriatis sola veritate inspecta & absq; aliqua obseruatione statutorum decretorum seu prouisionum comunis Placentiae in contrarium loquentium. Et quae emenda fienda per villas castra & loca praedicta fiat per illas villas castra & loca secũdum impositionem salis si haberent vel secundum quantitatem focolariorum in ipsis descriptorum & q habitantes in illis villis castris & locis praedictis etiam non descripti & etiã nobiles in ipsis villis castris & locis habitantes teneantur ad contributionem damni praedicti & praedicta possint fieri & executioni mandari per ius dicentem absq; eo q sententia legatur & feratur in publica concione in aliis autem remanet firmum statutum de damnis & guastis disponens.

177 Item cum multotiens multi fecerunt sibi per vim & minas tributũ praestare q redundat contra honorem magnifici domini nostri & pacificũ statutum hominum ciuitatis Placen. prouiderunt statuerunt & ordinauerunt q quicunq; in ciuitate & episcopatu Placen. per vim vel minas fecerit sibi per aliquem praestari tributum: si tributum fuerit vsq; in .x. libris Placen. puniatur pecunialiter arbitrio .d. potestatis inspecta personarum & facti qualitate. Si vero a .x. libris supra fuerit tributum capite puniatur si in fortiam comunis Placen. peruenerit & si receperit bannum per contumaciam tributum excesserit dictas libras .x. Placen. bona eius publicentur: videlicet ad cameram dominii: & pro alia medietate comuni Plac. saluo iure creditorum vt supra in statuto de homicidio & in quolibet casu teneatur damnũ passo ad restitutionem damni in duplum. Item quia terrae & vineae multotiens remanent incultae per minas & potentiam castellanorum & potentium hominum ciuitatis & episcopatus Plac. prouiderunt & statuerunt q si per minas vel potentiam alicuius ciuis seu dist. Placen. terrae seu vineae quas aliqui tenent guastę & incultae remanserint condemnentur ille seu illi cuius seu quorum facto seu opere hoc acciderit in libris .cc. comuni Placen. applican. & nihilominus emendent damna possess. in aliis autem stet firmum statutum super hoc disponens.

178 Item q tota aqua padi a villa de montesellis episcopatus Placẽ. vsq; ad parpanisium & vltra & abinde infra vsq; ad castrum nouum bucce abdue episcopatus Cremonae vltra spectet comuni Placen. & certis hominibus ciuitatis eiusdem in dicta aqua padi teneantur multi portus per multas personas quae transeũt saepissime multos banditos & malefactores qui veniũt in episcopatu Placen. citra padum ad euitandum multa maleficia: & etiam trãseunt multos fugitiuos cum bobus plaustris & arnisiis hominum ciuitatis & episcopatus Placen. & postea dicti malefactores transitum faciunt per dictos portus vltra padum multa damna eueniunt hominibus episcopatus Plac. quibus remediari non potest nisi per magn. dominum nostrum super hoc prouideatur: dignetur prelibatus mag. dominus noster edicere & mandare q nulla persona cuiuscũq; conditionis existat audeat vel presumat tenere nec teneri facere aliquem portum intra dictos confines a dicta aqua padi absq; licentia pręfati magn. d. no. seu officialium suorum Placen. sub poena furcarum & q nihilominus quilibet q tenuerit seu teneri fecerit aliquẽ portũ in dicta aqua delig

sententia praefati domini seu officialiũ suorũ Plac. teneatur & debeat idonee satisdare coram domino potestate Plac. seu capitaneo episcopatus de non transeundo aliquam personam res vel bona aliqua absq; bulleta officialium Plac. & non transire: nec transiri facere aliquem bannitum malefactorẽ sub poena florenorum centum auri applicand. camerae dominii nostri vt supra: & nihilominus ille talis conducens seu conduci faciens super dictis portibus teneatur ad emendam cuilibet damnum passo pro praedictis. Et q; ipsi dominus potestas & capitaneus habeat iurisdictionem & potestatem procedendi: & inquirendi & puniendi: & praedictos nulla iuris & statutorum comunis Plac. solemnitate observanda: & de facto & de iure prout eis videbitur melius expedire sola veritate inspecta.

179 ITem cum ad refrenandum audaciam occupantium & inuadẽtium res & bona & hominum & ciuium ciuitatis Plac. necessarium sit prouidere pro bono & pacifico statu & conseruatione dictorum hominum vt tanta audacia in futurum cesset: prouiderunt statuerunt & ordinauerunt q; si quis in tantam peruenerit audaciam q; terras domos vel res immobiles quas aliquis tenebat vel possideat seu quasi occupauerit vel inuaserit: seu occupari & inuadi fecerit: si res occupata vel inuasa valuerit libras .l. Placen. vel abinde infra puniatur occupator vel inuasor in libris .xx. Placen. Si autem excesserit aestimationem vsq; in libris centum puniatur in libris .l. Plac. si autem abinde supra valuerit res puniatur in libris centum Plac. Et q; ante omnia ille cuius res fuerit occupata vel inuasa facta fide de praedictis restituatur in possessione rerum occupatarum seu inuasarum. Et nihilominus teneatur dictus occupator vel inuasor ad restitutionem cum effectu fructuum perceptorum super rebus occupatis seu inuasis ei qui eam tenebat vel possidebat siue naturaliter siue ciuiliter tempore occupationis siue inuasionis: cum omnibus expensis damno interesse: quas occasione praedicta pateretur: de quibus omnibus & singulis possit & debeat cognosci: & cognoscatur summarie & de plano sine datione libelli & strepitu & figura iudicii: diebus feriatis & nõ feriatis

180 ITem ad hoc vt omnis via falsi committen. poenitus excludatur: prouiderunt statuerunt & ordinauerunt q; vltra poenas contentas in statutis comunis Placentiae cuius quidem statuti sequitur tenor in hac forma: omnes fabricantes & fabricari facientes falsa instrumenta vel cartos vel scripturas publicas condemnentur: si fuerit not. in amputatione manus dextrae cuiuslibet. Si vero aliqui fuerint quam notarii condemnentur in trecentis libris Placentiae pro quolibet. Quam poenam si non soluerit infra decem dies post condemnationem de eis factam: & eis & cuilibet eorum manus dextra amputetur: & q; quilibet qui produxerit in aliqua causa vel quaestione lite vel controuersia aliquod instrumentum falsum seu aliquam scripturam publicã falsam: q; ille talis producens vel produci faciens ipso facto amittat ipsam causam & quaestionem litem seu controuersiam: in qua produxerit seu produci fecerit dictum instrumentum & scripturam falsam: & antequam audiatur ad aliquod ius quod sibi competere posset occasione contentorum in dicta causa & quaestione lite & controuersia. Et nihilominus condemnetur & condemnatus esse intelligatur in expensis dictae litis causae quaestionis seu controuersie legitime factus.

181 Item ad hoc ut formidine poenę quilibet malefactor causam habeat se abstinendi a maleficiis prouiderit statuerit & ordinauerit q statuto loquenti de percussionibus cum armis & cum effusione addatur: videlicet. si percussio facta fuerit in vultu & cum armis & cum sanguinis effusione: ex qua cicatrix remanserit in vultu: puniatur percussor in libris .l. Placen. pro quolibet vulnere ex quo ipsa cicatrix in vultu remanserit: & praedicta omnia suprascripta locum habeant & seruari debeant in omnibus & singulis causis quaestionibus litibus & controuersiis pendentibus & futuris dummodo nō sint decise per sententiam iudicialem seu arbitrariam vel aliam transactionē.

Galeaz vicecomes Med. &c. imp. vic. generalis.

182 Receptis litteris responsiuis ad nostras & auditis iis quae tu Ioannelle nobis retulisti super facto pergamensium qui habitant & conuersantur in districtu modo Plac. cum eorum bestiis: volumus & mandamus vobis quatenus dictos pergamenses vltra solitum non permittatis aliqualiter molestari pro aliquibus oneribus comunis nostri Plac. nisi habeant bona immobilia: quo casu nostrę intentionis est q sustineant onera pro dictis bonis immobilibus: quae habent in ciuitate & districtu praedicto. Dat. Med. die .iiii. aprilis. M. ccc. lxxii. A tergo continetur. Nobili militi. d. potestati nec non referend. nostris Plac.

D. Med. &c. comes virt. imp. vic. gener.

183 Mandamus tibi quatenus si sint aliqui furiosi & mentecapti in iurisdictione tibi per nos commissa capi facias quo aut tradas fratribus parentibus vel agnatis suis si quos habent custodiendos si eis placeat taliter q non possint alicui inferre nocumentum: aut eos facias comunis nostri Plac. carceribus mancipari hoc tamen addito q intentionis nostrę non est q huiusmodi occasione furiosi & mentecapti quicunq soluere aut q soluantur aliquis alius pro eis custodibus carcerum praedictorum pro introitu tam vel exitu eorundem. Dat. Med. die. xv. februarii. M. ccc. lxxxviii. Gasparinus. A tergo nobili viro potestati nostro Plac.

D. Med. &c. comes virt. imp. vicar.

184 Nuper condi fecimus decretum praesentibus inuolutum per quod inhibemus neminem cogi posse contra eorum voluntatem subesse seu scribi in squadris partialitatum &c. & propterea volumus tibi mandamus quatenus predictum decretum obseruandum & obseruari pro lege inuiolabiliter faciendū in locis cōsuetis iurisdictionis die illud facias diuulgari: & in volumine statutorum dictae iurisdionis ad eternam rei memoriam inseri & describi. Dat. Med. xxv. februarii. M. ccc. lxxxviii. Gasparinus. A tergo nobili viro potestati nostro Pla.

Nos D. Med. comes virtut. imp. vic. generalis: deliberauimus ac per praesentes decreuimus: & iubemus neminem in ciuitatibus & terris nostris cogi posse contra eorū voluntatem subesse seu inscribi squadris partialitatum vel deputari ad officia comunis per caporales ipsarum squadrarum vel partiū nisi

quatenus de eorum beneplacito procedat ita & taliter ꝙ qui vult posse depu/tari ad officia ipsa per ipsos caporales & inscribi in ipsis squadris seu sequelis partiũ deputetur & inscribatur: qui vero non remaneat non intendentes pro pterea ꝙ ex hoc fuerint vel insurgant aliæ partium sequelæ sed quilibet in & su per prædictis in sua libertate conseruetur. Mandantes ꝙ harum continentia quibuscunq; potestatibus capitaneis vicariis ac rectoribus & officialibus no/stris: quatenus huiusmodi nostram intentionem obseruent & faciãt effectua/liter obseruari. In quorum testimonium. &c.

Dux. Med. &c. Papiæ angleriæq; comes ac ianue dominus.

Composuimus nuper decretum nostrum inclusi tenor. cõtra eos qui subii/ciendo & se & bona sua per dolum & fraudem exemptis aliquibus quærunt incumbentia onera refugere & vitare in destructionem intratam nostram vo lumus igitur ꝙ huiusmodi decretum faciatis in ciuitate illa: & in illo districtu in locis publicis & consuetis publicari solenniter & affigi per copiam. Ita vt valeat ad notitiam omnium peruenire. Et in volumine aliorum decretorũ nostrorum inseri ac describi: deniq; vero inuiolabiliter obseruari. Dat. Med. die. xix. octob. M. cccc. xxxvii. Ioannes Franciscus.

A tergo continetur Nobilibus & sapientibus viris potestati & capitaneo ciuitatis capitande districtus: ac referendo nostris Plac.

185 PHilippus Maria anglus. Dux. Me. &c. Papiæ angleriq; comes: ac ia/nue dominus sentientes multos esse qui pro refugienda solutione da/tiorum & gabellarum: ac pro euitandis oneribus realibus & personali bus exemptis vno modo vel alio supposuerunt atq; supponunt. Ita vt vestræ intratæ ad nihilum reducantur: & dispositi omnino his fraudibus & dolis oc/currere. Tenore præsentium quas haberi volumus pro lege & decreto solẽ/ni. Statuimus & decreuimus ꝙ si qua persona tam nobilis siue ciuis quã bur gensis siue villicus quæcunq; & cuiusuis conditionis status & gradus existat sub aliquo pretextu exemptionis falso ficto: & non vero aut simulato pro eui tando onera cameræ nostræ: siue comunitatibus ciuitatum: & terrarum no/strarum spectantia se alicui exempto supposuerit: aut ad presens sit supposita: aut in futurum supponet: aut aliqua bona exemptis ad hunc effectum vendi/derit: vel fictum aliquod dederit: cadat ipso facto pęnam amissionis: quorum cunq; bonorum suorum: tam mobilium quam immobilium intelliganturq; bona talium vt supra cameram nostram fraudantium ipsi cameræ confischa/ta esse: & dictam cameram iam esse in possessione talium bonorum vt supra il/li vero qui tales fraudes perpetrauerint intelligantur esse possessores male fi/dei & de fructibus perceptis ex talibus bonis cameræ applicatis rationem red dere teneantur derogantes vsq; nunc dictorum fraudantium priuilegiis & litteris & quibuscunq; contractibus ab exemptis & cum eis factis si ceciderint in fraudem vt supra: saluo si infra decem dies a publicatione huius nostri decreti computandos comparuerint cum eorum legitimis defensionibus & reuocationibus magistris intratarum nostrarum aut aliis deputandis ab eis vel referendariis ciuitatum & si prædicti vt supra: inuenti aut cogniti fuerint simulati teneantur vt supra infra terminum prædictum esse concordes de dã/no cameręnostrę facto teneãtur etiã si inuẽti fuerint fraudasse vt supra & vt

perseuera

perseuerauerit ad solutionem omnium debitorum focorum & aliorũ onerũ tam cameræ nostræ prædictæ quam comunitatibus vt supra spectantibus si/ne aliqua diminutione debiti & conuentione secum fienda statuentes decer/nentes & declarantes ꝙ omnes & singuli de populo quarumcunꝗ ciuitatum & terrarum possint in omnibus & singulis prædictis præponere auisare de/ferre accusare & quascunꝗ probationes facere & illorum quorum opera la/bore & industria huiusmodi fraudes detectæ fuerint quartam partem bono/rum super quibus fraudes comittuntur habeant officiales veri qui in his exci piendis negligentes fuerint officio priuentur & vlterius in pœnam floren. quinquecentum ipso iure & facto incurrant declaramus propterea & decerni mus ꝙ possessiones bona & loca nõ exemptorum locata aut affictata aut locã da vel affictanda quouis modo aliquibus personis exemptis nullatenus tamẽ debeant ab oneribus præseruari immo ad solutionem eodem modo tenean/tur quo & prout huiusmodi locationem tenebantur: debeantꝗ omnino ad so lutionem ipsam compelli mandantes deniꝗ vniuersis & singulis officialibus nostris cæterisꝗ omnibus ad quos spectat quatenus præsens decretum no/strum publicari solẽniter faciant & in volumine aliorum decretorum nostro/rum inseri & describi etiam inuiolabiliter obseruari. Dat. Mediola. die. xix. octobris. M.cccc.xxxvii. prima indictione. Ioannesfranciscus.

Publicatum fuit per Iacobum nadalinum tubatorem comunis Plac. supra scriptum decretum & factum prout in dictis litteris & decreto continetur. Die. xxi. mensis octobris præsentis anni proxime suprascripti.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O
AA BB CC DD EE FF GG.

Omnes sunt Terni, præter O qui est Quaterni.

BRIXIAE APVD LVDOVICVM SABIENSEM.
AB INCARNATO VERBO. M. D. LX.

AD INSTANTIAM DOMINI ANDREAE
GALLI BIPLIOPOLAE PLA/
CENTINI.

STATVTA,
DECRETA, ET ORDINES
Serenissimi D. D. Nostri
RANVTII
FARNESII,
Obseruanda in Statu
BARDI, COMPLANI,
Et pertinentiarum &c.



PARMÆ,

Apud Galeatium Rosatum 1690.
Impressorem Ducalem.

STATVTA, DECRETA, ET ORDINES Serenissimi D. D. Nostri

RANVTII FARNESII

Obseruanda in Statu

BARDI, COMPLANI,

Et pertinentiarum &c.



STATVIMVS, & ordinamus, & inuiolabiliter obseruari præcipimus omnia, & singula hæc nostra Statuta nouiter edita, publicata, ordines, & proclamata etiam vulgari sermone respectiuè formata, atq; in volumine præsentium statutorum descripta valeant, & teneant, & perpetuo obseruentur in futurum, nec stilus aliquis, aliquauè consuetudo quantumcumq; antiqua, quæ sit, præter, vel contrà Statuta, Ordines, & proclamata huiusmodi valeat, & teneat, ipso iure derogantes ex nunc cæteris omnibus legibus municipalibus, Statutis, proclamationibus, prouisionibus, reformationibus quibuscunq; hactenùs compositis, vel inductis, editis, vel promulgatis, in contrarium facientibus; volentes quòd de cætero in dictis locis, eorumq; territorijs, & pertinentijs, illoq; Dominio nostro, nulla alia statuta, legesq; municipales, nullæ reformationes, nullæ consuetudines, stili, vel obseruationes, aut edicta debeant obseruari, sed in cæteris, in quibus minimè per præsentia Statuta, Ordines, & proclamationes prouisum sit, Ius commune Romanorum seruetur, nisi aliter per Nos prouisum fuerit.

LIBER PRIMVS.

Quod Pretores antequam ingrediantur officium suum per tres dies Statuta ista legant, & perlegant. *Cap. I.*

OBseruari præcipimus, quod Prætores dictorum locorum nostrorum respectiuè, & pro tempore, antequam officium suum ingrediantur, teneantur per tres dies legere, & examinare Statuta in præsenti volumine contenta, & tàm edita, quàm edenda, postquam edita erunt, vt facilius ius, & iustitiam secundum ea valeant subditis ministrare.

Rubrica de Sacramento Iudicum. *Cap. II.*

STatuimus, & ordinamus, quòd omnes Prætores & quicumq; alij iusdicentes in statu nostro pro tẽpore per Nos, & successores nostros deputãdi, & eligendi prima, vel secunda die ingressus, & introitus regiminis, & officij sui iurare teneantur in manibus Nostris, vel per Nos deputandi, & idoneam cautionem præstare, quòd facient, & exercebunt eorum officia bene, & legaliter, statutaq; , & ordines pro tempore edita, & editos obseruabunt, & obseruari facient respectiuè, sub pœna amissionis scutorum decem de salario assignato, Cameræ nostræ applicanda ipso iure.

Rubr. de Officio Pratoris. *Cap. III.*

AD officium Prætoris pertinebit audire, cognoscere, & terminare omnes, & quascunq; causas, lites, & differentias subditorum nostrorum actiuè, & passiuè, siue agant, siuè conueniantur per quoscumq; , & tàm ciuiles, quàm criminales, & mixtas, & merè in criminalibus procedere, siue ad partis instantiam, siue ex officio, & simul, & diuisim, & prout congruentius erit.

Rubr. quod Prator cognoscat de causis inter Fiscum, & priuatum. *Cap. IIII.*

AVdiet quoq; lites, & controuersias, quæ pro tempore occurrent inter Fiscum, seu Cameram nostram, & subditos nostros, & maximè causas contradictionum super proclamationibus, quæ pro tempore fient occasione confiscationis delinquentium.

Quod Prator singulo die sedeat per tempus congruum. *Cap. V.*

SEdebit autem Prætor singulis diebus iuridicis, & eo absente, aut aliqua legitima causa impedito, alium eius loco substituere, aut subrogare valeat; Ità tamen quòd substitutus sit Dominio nostro suppositus.

Rubr. quòd Prator vltrà eius salarium non possit quicquam accipere. *Cap. VI.*

QVilibet Prætor noster contentus sit salario suo ordinario, nec liceat ei quicquam accipere quouis titulo nuncupetur, etiam à sponte dare volentibus, tàm in ciuilibus

libus

libus, quàm in criminalibus, aut mixtis causis, & tàm ordinarijs, quàm delegatis, circà negotia occurrentia intrà fines officij sui, exceptis tamen luminibus per eos solui solitis, moderatis tamen, & habito respectu ad causarum qualitatem.

Rubr. Quòd aliquis non possit exercere artem Notariatus, nisi sit admissus prius à Nobis. Cap. VII.

MAndamus, & inuiolabiliter obseruari volumus, quod de cætero nullus Notarius, qui non sit propria, vel paterna origine Dominij, & Status nostri, & qui non sit admissus de mandato nostro ad officium Notariatus Dominij, & status nostri, & in subscriptione instrumentorũ per eos cõfectorũ de huiusmodi admissione, & approbatione mentionem facere teneantur, possit exercere officium tabellionatus, & si quis contrafecerit grauiter pecuniaria, vel corporali pœna arbitrio nostro infligenda puniatur, & rogitus, & instrumenta per eum confecta sint nullius valoris, & momenti. Decernimus insuper, quòd nullus ex subditis in posterum audeat extrà Dominij, & status nostri districtum, Notariatus, seu cuiuslibet alterius dignitatis gradum, munus, vel Officium attentare, consequi, aut exercere, nisi à Nobis prius eis indulta fuerit licentia, sub pœna de qua suprà.

Rubr. de litibus abbreuiandis & earum instantia. Cap. VIII.

FInem litibus cupientes imponere, ne carissimi subditi nostri vltrà modum grauentur laboribus, & expensis, pro posse nostro conuenit insistere, vt litium fomenta de medio tollantur in hunc, qui sequitur, modum, & formam, ordinamus itaq; quòd instantia cuiuslibet causæ excedentis summam librarum viginti quinq; sit, & intelligatur finita termino sex mensium à die primæ citationis, & termini comparendi, & pro ea inchoandorum dictum diem comparendi computando, cæteras autem causas minores, & alias quascunq; executiuam, vel celerem expeditionem requirentes, volumus, quàm citiùs fieri possit, expediantur, sine strepitu, & figura iudicij, ità tamen, quòd vltrà duos menses protrahi non possint.

Rubr. de modo procedendi in causis ciuilibus. Cap. IX.

VOlumus itaq; quod oblato libello, seu petitione in dictis causis ciuilibus summam librarum viginti quinq; excedentibus, quicunq; voluerit aliquem in ius vocare, si eius aduersarius habitat in castro, eum citari, & vocari faciat per vnũ saltem diem ante terminum comparendi, si verò habitet extrà Castrũ per biduum ante, cum clausula in citatione domicilij eligendi in loco iudicij exercendi, quod si citandus, vel citandi fuerint pupilli, vel minores, decernimus, quod lites, & iudicia contrà eos exercenda non habentes tutorem, vel curatorem, sic procedant, vt vocatis, & citatis ipsis pupillis, vel minoribus, vnà cum duobus proximioribus agnatis & in eorum defectũ duobus cognatis, iurisdictioni, & dominio nostro subditis, ac etiã defẽsoribus pupillorũ, qui pro tempore erunt, lites, & iudicia huiusmodi valeãt, ac si cũ legitimo tutore, vel curatore facta fuissent, etiã si ipsi agnati, vel cognati defensionẽ nõ assumpserint, sed hi, ad quos de iure tutela, vel cura pertinet, teneãtur ad conseruandũ eosdẽ pupillos, & minores, eorumq; bona indemnes, & indemnia ab huiusmodi litibus, & iudicijs,

ac

ac si tutelam, vel curam ipsorum suscepissent, seq; & bona sua obligassent.

Forenses, qui de iure communi, vel aliàs in Dominio nostro citari possunt, & ibi conueniri, pro prima vice vocari debeant per litteras subsidiales officialis illius loci, coram quo possunt vtsuprà conueniri, cum clausula electionis domicilij, & ipsis non eligentibus, absq; alia iudicis interlocutoria, habeatur pro electo ad valuas, seu columnas palatij.

Si verò Iudices locorum, in quibus habitant dicti exteri, & forenses, recusauerint, vel neglexerint intrà triduum dictas litteras exequi, de qua recusatione, vel negligentia stetur dicto cum iuramento illius, qui dictas litteras obtinuerit, in actis redigendo, tunc dicti forenses citari possint ad valuas, seu columnas palatij, & iudicium valeat, ac si cum ipsis legitimè citatis factum fuisset.

Actor igitur debebit pręceptum ad reum mittere, in quo breuiter narrabit seriem facti, & intentionem suam, petendo, & concludendo id, quod sibi dari, vel fieri prætendit per reum; nec aliter cogetur actionis nomen proponere, vel si ipsi actori magis placuerit, citari facere reum ad videndum porrigi libellum, seu petitionem suam in termino, de quo suprà, in quo quidem termino comparendi dabit petitionem suam in scriptis, sub breui facti narratione, vtsuprà dictum fuit, hac formula comparitionis, quam faciet scribi in actis, videlicet, Comparet N. suo nomine, vel vti procurator N. & in termino vtsuprà offert libellum, seu petitionem suam, tenoris infrascripti, videlicet &c. quam petit recipi, & admitti, & fieri prout in ea.

Petitione autem huiusmodi data, vel alio quouis loco petitionis ab actore, tunc sine alia Iudicis interlocutoria censeatur statutus terminus ipsi reo quinq; dierum vtilium ad opponendum, respondendum, & excipiendum quicquid voluerit, & potuerit, & ad reconueniendum etiam ipsum actorem, si eum reconuenire voluerit.

Volumus autem, quod reus in termino supradicto realiter, & cum effectu scripturam suarum exceptionum, & reconuentionum dare teneatur in manibus Notarij actuarij, & sub paucioribus verbis, quàm fieri possit, opponendo, si voluerit, vnico verbo generalia, siue generales oppositiones, & exceptiones, sub qua quidem generalium oppositione intelligi, & comprehendi volumus oēs exceptiones, de quibus in alio nostro Statuto infrà cap. 14. & si quas alias speciales exceptiones opponere maluerit, faciatq; reus ipse in termino suę comparitionis scribi per Notarium actuarium suam comparitionem, hoc modo videlicet, Comparet. N. suo nomine, vel vti procurator N. & in termino sibi statuto ad respondendum libello, seu petitioni per N. porrectæ in tali causa contrà talem mota: & dicit, opponit, excipit &c. vt in scriptura tenoris infrascripti videlicet &c. quam petit recipi, admitti, & fieri prout in ea.

Data autem dicta scriptura exceptionum, & vt suprà, sit, & intelligatur statutus terminus quinque dierum vtilium ipsi actori ad replicandum, qui eodem modo, & ordine teneatur dare, si quas dare voluerit, replicationes, realiter, & cum effectu, in manibus Notarij actuarij, & eis datis pariter intelligatur statutus terminus aliorum quinq; dierum vtilium ipsi reo ad duplicandum eodem modo, & ordine præmissis.

Volumus autem, & mandamus partes ipsas comparentes omnino monitas, vt in replicationibus, & duplicationibus huiusmodi caueant, ne semel dicta, & proposita repetant, aut replicent sub pœna in alio statuto contenta.

His peractis, statuimus, vt non possint partes, vel aliqua earum instare apud Iudicem, quòd super aliqua exceptione, replicatione, vel duplicatione interloquatur, sed omnes exceptiones &c. intelligantur, & iura partium illęsa reseruata in fine litis, prætere-

quam

quam exceptio incompetentiæ Iudicis, litis coram alio Iudice pendentis, rei iudicatæ, vel litis finitæ, quæ tamen probari debeant legitimis documentis, & sic per scripturam publicam tantùm, illegitimæ personæ, vel defectus mandati, vel iuramenti decisiui, super quibus exceptionibus, si continget eas proponi, & insisti, mandamus, quod teneatur Iudex super eis pronunciare intrà quatuor dies vtiles, aliter ipsæ quoq; intelligantur reseruatæ in fine litis, Iudex rationem habebit tàm quo ad merita, quàm quo ad expensas.

Et duplicationibus datis, seu elapso termino ad eas dandum, intelligatur præstitutus terminus actori quindecim dierum vtilium ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationum, & eo lapso, sit, & intelligatur datus terminus reo decem dierum vtilium ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationum.

Si quis autem scripturas aliquas produxerit in iudicio, eas realiter producere debeat, & apud Notarium actuarium dimittere vsq; ad finem termini probatorij.

Omnes articuli, & positiones etiam notoriæ, & euidenter impertinentes, admissæ intelligantur cum clausula si, & in quantum, & saluo iure impertinentium, & non admittendorum.

Pars autem requisita respondere positionibus debeat secunda die iuridica post requisitionem huiusmodi factam comparere coram Iudice, & in eius manibus respondere simpliciter, clarè, & apertè, prout Iudici videbitur, secundum qualitatem positionum, & personæ respondentis, quòd si persona talis respondere debens fuerit legitimè impedita, volumus Iudicem, & Notarium teneri accedere ad eam pro tali responsione habenda, & omnia sic sine captione procedant, & absq; reatu periurij.

Et si pars contrà testes inductos, contra quæstiones, seu interrogatoria dare voluerit, id ei liceat tertia die vtili post inthimationem dictorum articulorum, seu capitulorum.

Tenebitur autem pars producens scripturas aliquas, citari facere partem aduersam ad allegandum, opponendum, & excipiendum contrà iura, & scripturas facto productas ad secundam diem iuridicam à die datæ, vel oblatæ copiæ.

Et in termino opponendi poterit pars opponens breui sermone opponere generalia, seu generales exceptiones, sub qua generalitate comprehendi volumus omnes exceptiones, de quibus in alio capitulo, & alias etiam magis speciales exceptiones, si quas &c.

Quòd si producens scripturas voluerit tunc replicare, possit id facere in termino reprobatorio, de quo infrà.

Quibus terminis probatorijs elapsis, sine aliqua partium instantia, aliaue Iudicis interlocutoria, sint, & intelligantur testes publicati, & reseruatæ omnes exceptiones contrà personas, & dicta eorum, & iuramentum suppletiuum in fine litis, omnesq; replicationes hinc inde, Hoc tamen declarato, quòd vbi contingeret litigantibus, vel alteri eorum habere testes nobis subditos, vel exteros, extrà statum nostrum examinandos, tàm in probatorio, quàm reprobatorio termino, ne partes ipsæ defectu temporis ius suum amittant, possit Iudex causæ talem terminum probatorium, & reprobatorium, vt casus euenerit, semel tantùm prorogare, per id tempus, prout ei expedire videbitur, & elapso termino probatorio, vtriq; parti censeatur, & sit ipso iure, & facto statutus terminus vtriq; parti communis quindecim dierum vtilium ad reprobandum, & reprobatum habendum per omne genus reprobationis, si quæ erunt reprobanda, hinc inde, Hoc tamen declarato, quod vbi contingeret litigantibus, vel alteri

eorum

eorum habere testes nobis subditos, vel exteros, extrà statum nostrum examinandos, tàm in probatorio, quàm reprobatorio termino, ne partes ipsæ defectu temporis ius suum amittant, possit Iudex causæ talem terminum probatorium, & reprobatorium, vt casus euenerit, semel tantùm prorogare per id tempus, prout ei expedire videbitur.

His sic peractis teneantur partes ipsæ, & quælibet earum afferre, & consignare Iudici processus, & scripturas termino quindecim dierum continuorum tunc proximè futurorum, & de præsentatione huiusmodi per Notarium actuarium fiat fides in actis, quòd si in termino prædicto pro parte actoris dicta præsentatio facta non fuerit, instantia causæ deserta sit, & censeatur.

Facta autem præsentatione scripturarum huiusmodi, & processuum, pro parte saltem actoris, Iudex teneatur termino aliorum quindecim dierum tunc proximè futurorum scripturas, & vt suprà videre, & in fine dicti termini, si non citius poterit, motiua excitare post duos dies subsequentes vtrique parti, si fuerint in actis petita per vtramque partem, sin minùs parti petenti solùm, & eorum responsionem expectare per terminum quindecim dierum continuorum à die datæ ipsorum motiuorum copiæ, & habita responsione, pars afferés responsioné obtinebit à Iudice die sequenti citationem ad sententiam ad secundam diem iuris tunc proximè futuram, quam Iudex curabit enixè absq; vlteriori dilatione proferre in scriptis, iuxtà formam iuris, quòd si indigebit maiori studio, poterit semel, & iterùm partes monere ad sententiam, prima quaq; die iuridica subsequenti, quam quidem sententiam, si dicta vltima monitione non protulerit, volumus, quòd qualibet die apud Notarium actuarium deponat solidos triginta de suo salario ordinario, donec causam expedierit, dandos per dictum Notarium parti succumbenti.

Rubr. de reprimenda prolixitate sermonum. *Cap. X.*

NOn liceat parti replicanti, vel duplicanti circà petitionem, vel productionem aliquam, quæ pro tempore fiet, bis idem in eadem scriptura repetere, vel aliàs dictum replicare, sub pæna solidorum viginti pro qualibet vice, quam contrafaciens incurrat ipso iure, & facto, fisco nostro applicanda, sed ad pios vsus de mandato nostro describenda, declarando contrafacientem intelligi debere de illo, qui fecit scripturam, & non de producente.

Rubr. quòd suspensio aliqua non fiat per Iudicem alicuius termini à Statuto præfixi. *Cap. X I.*

NOlumus etiàm, quinimmò interdicimus quibuscunq; Iudicibus Dominij, & status nostri, ne audeant, vel præsumant terminum aliquem à Statutis nostris præfixum in aliquo negotio, suspendere, eiusq; cursum impedire, & interlocutoria suspensionis cuiuslibet facienda sit, & intelligatur nullius roboris, & momenti, nisi de consensu partium esset facta, & de consensu ex actis appareat.

Rubr. de prorogationibus non fiendis. *Cap. X I I.*

IDem quoq; decernimus de prorogationibus, si quæ fieri contingent, eadem quoq; sint obseruanda in causis appellationum.

Rubr. Quòd victus victori intelligatur condemnatus in expensis. *Cap. XIII.*

IN omni, & quaecunq; lite, & controuersia ciuili, vel etiàm criminali, aut mixta, vbi continget fieri sententiam diffinitiuam, seu vim diffinitiuae habentem, semper sic, & intelligatur victus victori in expensis condemnatus, nisi is iustam causam litigandi habuerit, quo casu inserenda est per iudicem causa absolutionis cùm iuramento, vbi absolutio expensarum fiat, nec aliter posse iudicari mandamus, & iudicatum non valeat.

Rubr. de formula exceptionum generalium. *Cap. XIV.*

QVotiescunq; continget proponi à reo, vel ab actore replicari, & vnico verbo dici generalia contrà, vel exceptiones, aut etiàm replicationes generales in iudicio aliquo, ab eo qui sic dixit, oppono generalia, vel generales exceptiones, vel replicationes, censemus, quòd sub his verbis comprehendatur, & contineatur defectus iurisdictionis, & cuiuscunq; mandati, iurisdictio, & Iudicis incompetentia impugnetur, suspicio Iudicis, illegitimatio personae, puta, quòd pars sit minor, filius familias, infamis infamia iuris, vel facti, excommunicatus publicè, & eum non esse talem, qualem se asserit, eius non interesse, actione, vel exceptione carere, vel aliàs quomodolibet illegitimatio personae apparere possit, subreptio, obreptio, impertinentia, non facere fidem, contrà formam iuris, statutorum, decretorum, protestatio non consentiendi, nec teneri respondere, nec litem contestari, dictum, allegatum, vel productum ex aduerso ambiguum, quod requirit altiorem indaginem, quòd sit incertum, obscurum, non concludens, contrarium, varium, nullum, non verum esse in facto, nec in iure, ineptum, minùs legitimum, minùs solemne, malè formatum, minùs legitimè conceptum, tempore incongruo, non seruatis seruandis, nullo iure permittente, nulla causa subsistente, confusum dictum esse, propositum per personam, quae in iudicio stare non potest, nec audiri, non citatis citandis, ex diuersis iuribus incompatibilibus, repugnantibus inuicem, indebitum, plus debito, antè diem, dolo malo, fraude, omissis necessarijs, & à iure requisitis, quòd rescriptum fuit per importunitatem obreptum, & contrà ius, & veritatem, parte inaudita, non visis iuribus, tempore incongruo impetratum, & praesentatum, & mutationis iudicij, conclusum in causa, post rem iudicatam, litem finitam, post conuentiones, & transactiones, obstare paescriptionem, periurium, refusionem expensatum, litem pendere, instantiam peremptam, pactum de non agendo, vel de non petendo, simulationem contractus, prauitatem vsurariam, deceptionem vltrà dimidiam iusti pretij, nouationem, Iuramentum calumniae.

Rubr. de formula exceptionum generalium contrà Instrumenta, & scripturas. *Cap. XV.*

QVià saepè contingit aliquas scripturas, vel instrumenta per aliquam partem in iudicio produci, contrà quae pars, contrà quam producuntur, vult opponere exceptiones, quae in iure saepè colliguntur, & ne contingant otiosè fieri scripturae exceptionum huiusmodi, & pluries, ordinamus sufficere opponenti contrà huiusmodi producta, si opponat vnico verbo, generalia contrà, siuè generales exceptiones, quòd tunc intelligantur eo ipso oppositae omnes istae, videlicet, quòd careant

rent forma, & ſolemnitatibus debitis, & à iure requiſitis, non habent annum, menſem, diem, Indictionem, nec locum, quòd ſunt falſa, viciata, abraſa, cancellata, interlineata, non veriſimilia, in totum ſuſpecta, non ſunt legibilia, non continent cauſam legitimam, ſunt ſimulata, quòd res aliter geſta fuit, ſunt ficta, in fraudem, & per dolum, quòd producens ſemel dixit, in iudicio confeſſus eſt, ſe non vſurum, quòd carent teſtibus, ſeu debito numero teſtiũ, quòd teſtes erant mortui tẽpore datæ dictæ ſcripturæ, quòd non erant idonei, quòd erant alibi, quòd illi, qui dicuntur rogati, non erant Notarij, nec matriculati, nec approbati iuxtà ordines loci, quòd teſtes non fuerunt rogati, quòd non habent ſignum authenticum, quòd in publicatione non fuerunt vocati, qui erant vocandi, quòd continent repugnantiam, non ſunt ſcripta, vel ſubſcripta manu propria illius, qui ibi reperitur nominatus, ſunt originalia, ſunt ſcripturæ domeſticæ, & priuatæ, quòd ſunt res inter alios actæ, quòd nullam fidem faciunt.

Rubr. de formula exceptionum, & oppoſitionum contrà Teſtes. Cap. XVI.

NE contingat partes fruſtrari in tempore, & in expenſis non neceſſarijs, ordinamus, quòd is, contrà quem teſtes recepti, vel examinati erunt, vel eius procurator in lite, opponendo generalia, & generales exceptiones, tàm contrà perſonas, quã dicta dictorum teſtium, poſſit vnico verbo ſe abſoluere, dicẽdo in actis, oppono generalia cõtrà, ſeu generales exceptiones, tàm contrà perſonas, quàm dicta dictorum teſtium, & perindè eſſe, ac ſi de verbo ad verbum exceptiones, & oppoſitiones iſtas ſimpliciter oppoſuiſſet, videlicèt, quòd ſunt infames, ignoti, inhabiles, excommunicati, familiares, non confeſſi, nec cõmunicati, domeſtici, affines, contrarij inuicem, varij, falſi, periuri, non verum, nec veriſimile deponentes, vacillantes, nullam rationem, vel cauſam reddentes, ſaltem concludentem, quòd ex eorum ſenſu extrà capitulata depoſuerunt, non iurati, maximè parte non citata, nec monita, aſſerunt negatiuam, nimis animosè deponunt pro parte aduerſa inimici, criminoſi, cohabitantes, coloni, partiarij, inquilini, conductores, debitores partis aduerſę, pauperes, viles, inopes, habentes intereſſe, deponunt per verbum credo, & de iudicio ſuo, de auditu aliorum, quòd ſimilem habẽt cauſam, deponunt per eundem præmeditatum ſermonẽ, eorum teſtimonia non ſunt conuenientia, vltrò depoſuerunt, non citati, nec vocati.

Rubr. Quæ nullitas poſſit contrà proceſſum, & acta opponi. Cap. XVII.

QVòd omnes nullitates contrà proceſſum, & acta ſint prætermittenda, & oppoſitæ non releuent, præterquàm iuriſdictionis, citationis, & mandati, ſeu illegitimæ perſonæ, quòd ſi inſtantia prima lapſa fuerit culpa, & facto actoris, nihilominùs Iudex teneatur pronunciare, & Reum abſoluere ab obſeruatione iudicij, dicto lapſu, & exceptione nullitatis huiuſmodi non obſtante, ità tamen, quòd rationem impenſarum habere debeat in dicta ſententia, in quibus actor vexauit aduerſarium.

Rubr. de refrenando numero teſtium. Cap. XVIII.

IN qualibet cauſa, vel quæſtione ſuper capitulis, vel articulis, vltrà ſex teſtes non recipiantur.

Rubr.

Rubr. de Testibus ad æternam rei memoriam. Cap. XIX.

SI quis verò intendens agere vult producere testes ad æternam rei memoriam, quos timet diù affuturos, vel propter ætatem, vel infirmitatem perituros, de quo stetur eius iuramento, admittatur ad ipsorum testium productionem parte citata, coràm iudice competente, exceptione aliqua non obstante, teneatur ipse capitulorum, seu articulorum, super quibus vult inducere testes, copiam parti aduersæ facere, cùm termino competenti ad dandum contraquæstiones, seu interrogatoria, & capitula ipsa, & testes admissi intelligantur, saluo iure impertinen. &c. & post eorum receptionem, attestationes stent clausæ, & incognitæ partibus, penes Notarium, qui eas receperit, volumus tamen, quòd, nisi actor ipse, qui dictas attestationes recipi fecit, termino sex mensium post dictorum testium receptionem, iudicium moueat, attestationes huiusmodi habeantur pro non receptis.

Rubr. de Forensibus non audiendis sine satisdatione. Cap. XX.

STatuimus, quòd aliquis non suppositus Dominio nostro non audiatur volens aliquem de iurisdictione nostra conuenire de quacunq; causa ciuili, vel criminali, aut mixta, coràm iudicibus Dominij nostri, nisi priùs idoneam securitatem dederit de iudicio sustinendo, & iudicatum soluendo, in causa reconuentionis, si quæ contrà eum proponatur, & de soluendo expensas, si succubuerit in iudicio per eum mouendo.

Rubr. quod Prætor ad Cameram, & Communitatem pertinentia faciat absq; mercede. Cap. XXI.

PRætor quascunq; executiones, & negotia pro tempore officij sui in pertinentibus ad nos, siue Cameram nostram, aut concernentibus interesse aliquod communis loci, in quo est deputatus, facere, & expedire absq; vllo præmio, & mercede teneatur.

Rubr. de Officio, & salario Notariorum Banci ciuilis. Cap. XXII.

NOtarius, qui à nobis deputatus erit ad officium Banci ad ciuilia, teneatur officium suum benè, diligenter, & legaliter omnibus eius sumptibus exercere, & horis debitis, & consuetis ad officium permanere, ac facere omnem expensam papiri, pro interesse Banci, nec non scribere omnia attinentia ad dictum commune, & pro interesse nostro, omnibus suis sumptibus, & absq; aliqua solutione, teneaturq; iurare in manibus Fiscalis nostri, & de præsentia consulis, & sapientum loci, obseruare statuta, & ordines circà eorum solutionem, vt infrà, nisi aliter fuerit legitimè obseruatum, sub pœna aureorum decem versùs Cameram nostram, & maiori pœna nobis arbitraria, totiès committenda, quotiès contrafactum fuerit, & de stando sindicatui eius officij, præmissis proclamationibus, vt moris est, & eius officij tempore transacto, omnia acta tàm ciuilia, quàm criminalia, per eum ad iuris Bancum confecta, & rogata, in archiuio communis relinquere, & successori pro tempore eligendo consignare teneatur, vt ibi perpetuò custodiantur, sub pœna aureorum vigintiquinq; & actorum criminalium prouentus, & commoda spirante eius munere expediendorum, ad successorem in officio vt suprà spectent, & pertineant, & primò.

Pro-

Pro qualibet proteſtatione per Notarium redigenda, & ſcribenda ad librum cùm ſua narratiua, non intelligendo tamen de proteſtationibus, quæ fiunt in ſcripturis reſponſionum,& aliarum ſcripturarum, ſolidos quatuor. lir. ſol. 4 d.

Item pro extractione ſuprafcriptæ proteſtationis in publicam formam ſolidos tres pro qualibet carta, quæ ſit inter vtramq; faciem linearum trigintaduarum, & dictionum ſex, vel quinq; ad minùs, prout dictiones erunt, idem ſeruando in omnibus ſcripturis, & proceſſibus extrahendis.

Item pro qualibet ſcriptura, ſeu inſtrumento ad Bancum producto, vel producta ſolidos duos. lir. ſol. 2 d.

Item pro depoſitione pecuniæ, vel aliarum rerum cuiuslibet ſummæ ad Bancum facta,& ſcripta, ſolidos quatuor. lir. ſol. 4 d.

Item pro caſſatione dictæ depoſitionis totidem. lir. ſol. 4 d.

Item pro litteris ſubſidialibus, & reſponſiuis, computata copia, quæ retinetur penes actuarium, & ſigillo Prætoris, ſol. quindecim. lir. ſol. 15 d.

Item pro qualibet ſententia ad librum ſcripta, tàm in cauſa principali, quàm appellationis, quæ ſit definitiua, vel habeat vim definitiuæ, ſolidos quindecim. lir. ſol. 15 d.

Item pro copia dictarum ſententiarum inthimandarum ſolidos tres pro qualibet carta, ad modum proceſſus edenda, quæ ſit linearum, & dictionum vt ſuprà.

Item pro copia dictarum ſententiarum in publicam formã extracta, & redacta, ſolidos quindecim. lir. ſol. 15 d.

Item pro appellatione fienda, ſcribenda, & ponenda ad librum in vno præſente, cùm iuramento, & narratiua, ſolidos decem. lir. ſol. 10 d.

Item pro qualibet appellatione cùm iuramento, & fideiuſſione in ſcriptis danda, & exhibenda pro rogitu, & exhibitione, ſolidos quindecim. lir. ſol. 15 d.

Item pro copia appellationis ad rationem pro qualibet carta vt ſuprà.

Item pro qualibet examinatione teſtium ſummariè cùm iuramento, ſine capitulis, & Interrogat. tãtùm in actis ſcriptis, pro ſingulo teſte computato iuramento, & ſcriptura, ſolidos quatuor.

Item pro quolibet teſte ſuper capitulis, cùm interrogatorijs, vel ſinè, ſolidos quinq; computato iuramento, vltrà ſolidum vnum cum dimidio pro qualibet carta, in originali. lir. ſol. 5 d.

Item pro qualibet æſtimatione damni dati ad librum ponenda ſolidum vnum. lir. ſol. 1 d.

Item pro eius copia danda cùm copia accuſarum ſolidum vnum. lir. ſol. 1 d.

Item pro qualibet æſtimatione bonorum ad librum ponenda ſolidos tres. lir. ſol. 3 d.

Et vbi talis æstimatio comprehendat plures proprietates, vltrà dictos solidos tres, solidum vnum pro singula proprietate. lir.

Item pro copia totidem

Item pro qualibet securitate, seu fideiuss. solidos sex. lir. sol. 6 d.

Item pro quolibet præcepto in scriptis cùm relatione currerij solidos duos. lir. sol. 2 d.

Item pro quolibet faximento solidum vnum. lir. sol. 1 d.

Item pro copia faximenti danda in forma authentica, solidos tres. lir. sol. 3 d.

Item pro termino iudiciali solidum vnum. lir. sol. 1 d.

Item pro copia dicti termini danda in forma authentica solidos tres. lir. sol. 3 d.

Item pro qualibet securitate consulum cùm iuramento solidos septem. lir. sol. 7 d.

Item pro quolibet sacramento cùm securitate campariorum, solidos septem. lir. sol. 7 d.

Item pro sacramento Campariorum, æstimatorum, cùm fideiussione solidos septem. lir. sol. 7 d.

Item pro qualibet tenuta danda, & scribenda solidos decem lir. sol. 10 d.

Item pro quolibet instrumento actoriæ solidos octo. lir. sol. 8 d.

Item pro copia edenda in publica forma solidos duodecim. lir. sol. 12 d.

Item pro quolibet instrumento tutelæ solidos viginti quatuor. lir. 1 sol. 4. d.

Item pro publicatione testium, pro quolibet solidum vnum. lir. sol. 1 d.

Item pro sacramento calumniæ à qualibet parte solidos duos. lir. sol. 2 d.

Item pro quolibet sacramento præstito à parte parti, solidos duos. lir. sol. 2 d.

Item pro petitione in actis scribenda solidos tres. lir. sol. 3 d.

Item pro mercede ponendi responsiones ad librum pro qualibet carta solidum vnum. lir. sol. 1 d.

Item pro præsentatione solidum vnum. lir. sol. 1 d.

Item pro productione testium solidos duos. lir. sol. 2 d.

Item, quando Prætor, vnà cùm Notario, conducetur super differentijs, accipiat pro eius mercede, & salario, vltrà caualcaturas, & expensas cibarias, solidos triginta pro quolibet miliare vsq; ad miliaria tria, & ab indè suprà solidos sexdecim pro singulo miliare, vltrà prædictam taxam, pro itinere, & differentia, & vltrà scripturas & sententiam soluendas, prout acciderit, & vbi post primam differentiam, alias viderit, solidos triginta pro qualibet, vltrà mercedem scripturarum.

Item

Item pro sigillatione processus, cùm litteris dimissorijs pro quolibet litigantium solidos triginta. lir. 1 sol. 10 d.

Item Prætori pro decreto super instrumentis interponendo solidos decem. lir. sol. 10 d.

De Notario ad maleficia deputato, & eius mercede. *Cap. XXIII.*

DEputetur Notarius ad maleficia per nos in locis Dominio nostro subiectis, qui sit persona habilis ad tale officium exercendum, & qui recipere, & scribere habeat acta criminalia, & pro eius mercede habere vt iusta nisi aliter fuerit legitimè obseruatum vt suprà.

Pro quolibet constituto facto, seu quod fieri contigerit, pro inquisitionibus, querelis, & denunciationibus, vbi sit effusio sanguinis, solidos duodecim. lir. sol. 12 d.

Et, vbi non sit effusio sanguinis, solidos sex. lir. sol. 6 d.

Item pro qualibet querela, vel denunciatione, nihil, sed secuta condemnatione, soluatur processus de bonis condemnati ad rationem solidorum trium pro singula carta, vltrà prædicta, quæ tunc computari debent ad rationem solidorum duorum pro quolibet, & inquisitiones cùm sanguine ad rationem solidorum decem pro qualibet, & sine sanguine solidorum quinq; & banna condicionalia ad rationem aliorum solidorum quinq;

Item pro qualibet securitate præstanda solidos sex. lir. sol. 6 d.

Item pro qualibet conseruatione solidos duos. lir. sol. 2 d.

Item pro qualibet sententia condemnatoria, vbi sit effusio sanguinis, solidos duodecim. lir. sol. 12 d.

Et, vbi non sit effusio sanguinis, solidos sex. lir. sol. 6. d.

Item pro qualibet absolutione criminali, vbi sit effusio sanguinis solidos sexdecim. lir. sol. 16 d.

Et, vbi non sit effusio sanguinis, solidos octo. lir. sol. 8 d.

Item pro visitatione cadauerum, seu vulneratorum lætaliter, Prætori, & Notario libras tres, pro quolibet eorum, vltrà caualcaturam. lir. 3 sol. d.

Item pro descriptione bonorum in casu præmisso libras tres. lir. 3 sol. d.

Item pro apprehensione bonorum condemnati libras tres.

Item pro exhibitione gratiæ capitalis.

Item pro saluoconductu capitali.

Item pro exhibitione gratiæ non capitalis, sed alicuius pœnæ corporalis.

Item pro pruductionibus scripturarum, examinatione testium, & eorum copia, & processuum, & aliarum rerum, percipere possit tantum, quantum superiùs taxatum est in taxatione circà acta ciuilia, vt in superiori statuto sub rub. De officio, & salario Notariorum Banci ciuilis continetur.

Non

Non possit tamen, nec audeat præmemoratus Notarius aliquod præceptum, nec quicquam aliud pertinens ad officium ciuilis scribere, ad quem etiam Notarium ciuilis pertinent acta, quæ fieri contigerit, occasione damnorum datorum iuxtà stilum, & consuetum.

Rubr. de imbreuiaturis Notariorum. *Cap. XXIV.*

STatuimus etiam, quòd Prætor loci, respectiuè, in primo mense post ingressum eius officij, & regiminis, teneatur, sub pœna scutorum decem Cameræ nostræ applicandorum ipso facto, facere per proclama generale monere, quòd omnes, & singuli, cuiuscunq; conditionis existant, habentes penes se imbreuiaturas, & rogitus alicuius Notarij demortui, teneantur infrà octo dies tunc proximè futuros ipsas imbreuiaturas notificare apud acta, & Bancum iuris, vel notulam ipsarum dimittere, vel iàm forsan alias dimissam indicare ipsi officiali, sub pœna scutorum quatuor pro quolibet contrafaciente.

Rubr. de Procuratore Fiscali. *Cap. XXV.*

CVm per nos Procuratori nostro Fiscali constitutum sit condecens salarium, quod est, & esse intelligatur ad rationem solidorum quinq; pro singulo centenario de per eum exactis, sit illo penitus contentus, nec quicquam amplius accipiat ab eis, contrà quos in iudicio sit, siuè actores sint, siuè rei, etiàm à sponte dantibus, directè, vel per indirectum, sub pœna quadrupli eius, quod aceeperit, & priuationis officij ipso iure, & vlteriùs ad arbitrium nostrum, exerceat indifferenter, & accuratè officium suum, curetq; omni studio, & solertia, ne quispiam indebitè inquiratur, vexetur, condemnetur, vel absoluatur, præter, & contrà iustitiam.

De Procuratore fisci nostri. *Cap. XXVI.*

IN hisce locis Dominio nostro subiectis sit vnus Fisci nostri Procurator, rerum fiscalium, & ad fiscum nostrum pertinentium per nos deputandus, qui prouidebit, vt processus criminales temporibus debitis, & iustè, & sine fraude, & quàm citissimè expediantur, & vt eos, qui tenentur denunciare delicta, diligenter indagari debeant, & negligentes puniantur, isto statuto nostro mediante, bona, & pœnæ fisco applicata exigantur, vt delicta puniantur, & iura patrimonij nostri non occupentur, & quod ad communitates spectat, à priuatis non vsurpetur.

Quòd Procurator fisci interuenire debeat omnibus actis criminalibus. *Cap. XXVII.*

FIscalis Procurator huiusmodi interueniet in omnibus bonorum descriptionibus reorum pro tempore, in visitationibus occisorum, vel vulneratorum, & testium receptionibus, in causis criminalibus, vel mixtis interfuerit, dando sua interrogatoria, & alijs quibuscunq; actis dictarum causarum, & si in præmissis, & circà præmissa, se negligenter, aut dolosè se gesserit, puniatur nostro arbitrio, & quolibet anno rationem administrationis suæ reddere teneatur.

Rubr. de Cauallerio, seu Baricello. *Cap.* XXVIII.

TEneatur quilibet Cauallerius, seu Baricellus ad illud officium pro tempore deputatus, officium diligenter, & fideliter exercere, caueatque, ne executionem aliquam realem, aut personalem faciat absque mandato Prætoris nostri, vel superioris, oretenùs, vel in scriptis, sub pœna librarum sex pro qualibet vice, si contrafecerit, Fisco nostro applicanda, & insuper executio nulla sit, & pro non facta.

De taxa mercedis Cauallerij, seu Baricelli. *Cap.* XXIX.

PRimò, si conducere contigerit aliquam personam coràm Prætore, vel ad carceres communis, quæ esset intrà Burgum, solidos sex, & extrà burgum prope vnum miliare, solidos duodecim, si verò extrà Burgum, vltrà vnum miliare, vsque ad tria miliaria habeat, & percipere possit solidos viginti pro quocunq; miliare, dummodò non excedat miliaria quatuor, Si autem vltrà tria miliaria cuiusuis distantiæ, habeat, & percipere possit solidos triginta, & si erit pœna capitalis, in Burgo solidos viginti, extrà Burgum vsq; ad tria miliaria solidos triginta, & abindè suprà solidos quadraginta, & Baricellus libras tres, & si contigerit, quòd dictus Cauallerius, seù Baricellus pro aliqua executione facienda in ciuilibus iret in villas distantes à Burgo duo miliaria, vel infrà, contrà vnam personam solidos quinque vsque in quatuor personas, habita licentia à iusdicente in scriptis, habeat in totum, & percipere possit solidos tres, & si suprascriptus Cauallerius, seu Baricellus executus fuerit quatuor executiones personarum quatuor, de quibus suprà vsq; in decem, habeat, & percipere possit solidos duos pro qualibet executione facta suprascriptarum personarum decem, si verò contigerit executiones fieri in tota villa vna, habere, & percipere non possit pro singula persona, nisi solidum vnum, & vltrà solidum vnum de villa, ad villam pro singulo miliare, ità quòd pro dictis executionibus de villa, ad villam in totum illa die non habeat, nec percipere possit vltrà solidos viginti, & non vltrà, teneaturq; Miles suprascriptus officium suum facere, & exercere pro solutione supradicta ad instantiam, & requisitionem cuiuslibet personæ, habita tamen licentia à Prætore, seu iusdicente, & prædicta omnia locum habeant, nisi aliter fuerit legitimè obseruatum.

Quod pignora deponantur penes vicinum. *Cap.* XXX.

QVæcunque pignora pro quauis occasione, & executione capta per ipsum Cauallerium, seu Baricellum, vel curterium deponere teneantur penes vicinum aliquem idoneum depositarium, & ea ibi dimittere, donec tempus aduenerit ea subhastandi.

De custode carceris. *Cap.* XXXI.

CVstos carceris locorum nostrorum debeat habere bonam, & diligentem curam custodiendi carcerem, & carceratos, adeò quod si in culpa fuerit in faciendo, vel omittendo, & propterea aliquis carceratus aufugerit, teneatur ipse custos ad omnia damna, & interesse, per partem, cuius interest, passa, & insuper, si causa fuerit criminalis, in qua veniebat imponenda pœna capitalis, tenebitur ipse ad triremes per decennium, & si fuerit inhabilis ad remigandum, alia capitali pœna, etiàm vsq; ad mortem inclusiuè, si nobis visum fuerit.

Quòd custos carceris teneatur purgare carceres, & illos de palea prouidere.
Cap. XXXII.

TEneatur quoque custos carceris in carcere tenere continuò paleam bonam pro carceratis, & tantam, quæ sufficiat, & purgare, ac mundare carceres, quoad opus fuerit.

De mercede accipienda à carceratis per carceris custodem.
Cap. XXXIII.

NOn possit accipere etiàm à sponte dantibus nisi solidum vnum cùm dimidio, pro quolibet carcerato, quolibet die, pro mercede, & labore ipsius custodis, si carceratus fuerit in carceribus communis, si verò in carceribus arcis solidos duos.

De Curreriјs, & eorum mercede. Cap. XXXIV.

TEneantur currerij pro interesse Cameræ nostræ, & communitatis, omnes proclamationes, citationes, præcepta, & quæcunq; alia, absq; aliqua solutione facere, nisi, quòd habere debeant à commune libras duodecim pro singulo in quocunque anno pro eorum salario, & mercede, In priuatis verò negotijs percipere, & habere debeant, pro qualibet citatione, & sequestro, siue in scriptis, siue oretenùs, si in Burgo denarios sex, pro tenuta verò, si in Burgo, vt suprà solidos quinq;, si verò extrà Burgum, vltrà prædicta solidum vnum pro singulo miliario, tàm pro sequestro, quàm pro tenuta, relationes autem facere teneantur infrà tres dies saltem, nec non iurare, manibus corporaliter tactis scripturis, ad Sancta Dei Euangelia, quòd benè, & fideliter, & sine fraude facient, & exercebunt officium suum.

De citationibus. Cap. XXXV.

VBicunq; ordinatum fuerit alicui currerio, quòd citet aliquem personaliter, vel ad domum eius habitationis, sufficiat, si currerius eum citet ad domum habitationis dimissa copia citationis domui, si in scriptis citatio commissa fuit, & citandus dicatur habitationem habere in loco, vbi steterit, & stat tempore citationis, vel vbi stare consueuit, seu solitus est.

De die termini an computetur in termino. Cap. XXXVI.

NE contingat de cætero disputari, vt sæpè factum fuit, an dies termini computetur in termino, decernimus, quòd in quacunq; dispositione, in qua terminus aliquis fuerit statutus, ad aliquid dandum, vel faciendum, quòd dies termini non computetur in termino, nisi in ipsa termini assignatione aliud dictum sit.

De debitore confitente debitum. Cap. XXXVII.

SI quis confessus fuerit debitum in iudicio, siue in actis iudicij, & etiàm parte absente, teneatur nihilominùs Iudex ad omnem requisitionem creditoris statìm præceptum ei facere de soluendo infrà decem dies, nisi sit debitum occasione mercedis,

cedis, vel cibi, aut potus, quia tunc sufficiat terminus trium dierum continuorum, & lapso dicto termino Iudex exequi teneatur dictum præceptum realiter, & personaliter ad libitum creditoris.

De modo procedendi in causis mercedum, cibi, & potus, victurarum, & pensionum. Cap. XXXVIII.

IN quæstionibus, & differentijs cibi, & potus, mercedum, victurarum, vel pensionum domus, & huiusmodi teneatur officialis loci cognoscere, procedere, & terminare summariè.

De tutoribus, & tutelis. Cap. XXXIX.

ET si de iure communi diuersis legibus, & constitutionibus videatur satis esse indemnitati minorum consultum, nihilominùs, crescente in dies hominum malitia, vsu cognitum est, multis fraudibus, quæ in damnum minorum committebantur, occurrendum esse, eam ob causam sancitum est, quòd tutor testamentarius datus in testamento per patrem, vel per auum, in cuius potestate pupillus ipse fuerit, cæteris præferatur, & personam, & bona pupilli regere, fideliter, & bona fide compellatur, ac teneatur coràm Iudice ipsam tutelam assumere, & promittere, & iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere, ac pupillum indefensum non relinquere, inuentarium de omnibus bonis, & Iurib. pupilli facere infrà decem dies ad plus à tempore, quo sibi decreta fuerit administratio, & cùm Iudicis decreto administrationem assumere, quæ locum habeant, ad tollendum malitiam hominum, & ne bona pupillorum dissipentur, prout plerunq; euenire solet, etiam si testator in testamento confectionem Inuentarij ei remiserit, & licentiam administrandi sine decreto Iudicis concesserit.

Quòd mater præferatur cæteris proximioribus in tutela. Cap. XL.

SI nullus tutor testamentarius datus sit, & mater pupilli supersit, quæ tutelam filij sumere velit, tunc ipsa mater cæteris præferatur, dummodò renunciet secundis nuptijs, & Velleiano, & promittat, & iuret, & inuentarium faciat; vt suprà, & vltrà fideiussorem idoneum de bona administratione, & ratione præstet, sed si mater ipsa tutelam assumere nolit, eam coràm potestate, seu alio iusdicente renunciet, & tunc tutela deferatur auo, vel auiæ paternis, si supersint, vel maternis, deficientibus paternis, & ipsis deficientibus, deferatur fratri maiori vigintiquinq; annis, deinde patruo, & successiuè alijs agnatis, vel cognatis masculis, ex paterna linea, deinde materna in gradu proximiori, qui compellatur ipsam tutelam acceptare, ac promittere, iurare, fideiubere, inuentarium facere, ac administrationem cùm iudicis decreto assumere, vt suprà, nisi iustā excusationis causam adducat, scilicet senectutis, septuaginta annorum, vel infirmitatis mentis, vel corporis, numeri quinq; eius filiorũ, vel numeri aliarum tutelarum, saltem duarum, quam excusationem infrà sex dies à die præcepti sibi facti monstrare, & probare coràm ipso iusdicente teneatur, alioquin non admittatur.

Quòd deficientibus proximioribus pupilli deferatur tutela amico, seu vicino. Cap. XLI.

ET insuper coniunctis pupilli deficientibus, vel se excusantibus vt suprà, Prætor, seu alius iusdicens, in terris, ex sua inquisitione diligenti, & arbitrio, teneatur, & debeat pupillo prouidere de vno, vel pluribus tutoribus idoneis, & sufficientibus qu. Patri ipsius pupilli amico, vel bono viciuo, & prout sibi videbitur melius pro vtilitate, & bono regimine, circà quod laborare teneatur omnibus iuris remedijs, & si in præmissis negligens fuerit ipse iusdicens, puniatur in libris duodecim Imper. pro qualibet vice; Qui tutor sic vt suprà datus, teneatur, & debeat, pupillum, & eius bona, & iura diligenter regere, & gubernare, ac in instrumento tutelæ sibi datæ promittere, iurare, fideiubere, inuentariumq; conficere vt suprà.

Quòd tutor teneatur bona mobilia pupilli ad incantum vendere, & pretium conuertere in bona immobilia. Cap. LXII.

HOc addito, & declarato, quòd ad hoc, ne pupillorum bona dissipentur, vel consumentur, sicuti plurimùm, & sæpiùs euenisse experientia docet, quòd ipse tutor testamentarius legitimus, vel datiuus, vt suprà immediatè, assumpta tutela, & inuentario facto, administrationeq; decreta, teneatur, & debeat, bona mobilia ipsius pupilli ad incantum ponere publicè, & subhastari facere, & plus offerenti vendere, & demum sine mora pretium ipsarum rerum sic venditarum conuertere in emptionem alicuius prædij immobilis, vel aliter illam pecuniam impendere, & conuertere, vel trafigare, per modum, quòd ipsius pupilli bona augeantur, & bonificentur, alioquin ipse tutor teneatur ipsi pupillo ad omne damnum, & interesse, etiàm lucri amissi, & vltrà puniatur arbitrio iusdicentis, inspecta qualitate facti, & supina negligentia, vel malitia ipsius tutoris.

Quòd finita tutela Tutor teneatur reddere rationem. Cap. XLIII.

STatuimus etiàm, quòd finita tutela per ingressum pubertatis, scilicet quatuordecim annorum completorum in masculo, & duodecim in fœmina, vel alio modo, teneatur ipse tutor, vel eius hæres, de gestis congruam rationem reddere, & reliqua restituere ipsi pupillo puberi facto, seu eius legitimo administratori, vel alteri personæ, ad quam spectabit, vel pertinebit, qua ratione reddita, cùm reliquorum restitutione, fiat ipsi tutori per ipsum pupillum puberem factum liberatio, & quietatio, in præsentia tamen iusdicentis, & cùm causæ cognitione, ac interuentu suorum proximiorum affinium ipsius pupilli, aliter liberatio, & confessio facta non valeat, nec teneat, sed præsumatur dolosa, & fraudulenter facta.

De Curatore. Cap. XLIV.

POstquàm autèm pupillus pubes factus fuerit, si voluerit, detur ei per Iudicem curator idoneus is, quem ipse pubes petierit, cuius auctoritate res ipsius puberis, minoris tamen viginti annis, administrari, & gubernari valeat, qui curator similiter inuentarium conficiat, promittat, iuret, satisdet, & de cætero administret, vt suprà in tutore dictum est.

De

De iuramento calumniæ. Cap. XLV.

QVotiescunq; in iudicio fuerit per aliquam partium petitum iurari de calumnia per aliam, si is, Iudice mandante, iurare noluerit, recusauerit, vel neglexerit, causam amittat, nisi is quoq; petierit per suum aduersarium pariter de calumnia iurari, qui iurare detraxerit, & vt suprà.

De Ferijs. Cap. XLVI.

OMnes dies totius anni, exceptis diebus, & festiuitatibus infrascriptis, in quibus feriæ sunt introductæ, tàm in honorem Dei, quàm ob necessitatem hominum, intelligantur, & sint iuridicæ.

De mense Ianuarij.

Die prima ipsius mensis Circuncisio Domini.
Die quinta Sacrationis Ecclesiæ S. Antonini.
Die sexta Epifania.
Die decimaseptima S. Antonij.
Die vigesimaquinta S. Pauli.

De mense Februarij.

Die secunda Sanctæ Mariæ Virg. Purific.
Die vigesima secunda S. Petri Cathedra.
Die vigesimaquarta S. Mathiæ Apostoli.

De mense Martij.

Die decimanona S. Ioseph.
Die vigesimaprima S. Benedicti.
Die vigesimaquarta vigilia Annunciationis B.M.V.
Die vigesimaquinta festum eiusdem, & mutetur millesimus.

De mense Aprilis.

Die vigesimaquarta S. Georgij.
Die vigesimaquinta S. Marci Euangelistæ.

De mese Maij.

Die prima Sanctorum Iacobi, & Philippi.
Die tertia S. Crucis.
Die sexta S. Ioannis ante Portam Latinam.
Die vigesima S. Bernardini.

De mense Iunij.

Die vndecima S. Barnabæ Apostoli.
Die decimanona Sanctorum Geruasij, & Prothasij.
Die vigesimaquarta S. Ioannis Baptistæ.
Die vigesimanona Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum.

De mense Iulij.

Die quarta S. Antonini Martiris.
Die vigesimasecunda S. Mariæ Magdalenæ.
Die vigesimaquinta S. Iacobi Apost.
Die vigesima sexta S. Annæ.
Et à die quintadecima ipsius mensis vsq; ad decimamquintã mensis Augusti inclusiuè propter messes.

De mense Augusti.

Die prima S. Petri ad Vinc.
Die decima S. Laurentij.
Die decimaquinta Beatæ Mariæ Virg. Assumptio.
Die decimasexta S. Rochi.
Die vigesimaquarta S. Bartholomæi Apostoli.
Die vigesimanona S. Ioannis Baptistæ Decollatio.

De mense Septembris.

Die octaua B. Virg. Mariæ Natiuitas.
Die decimaquarta Exaltatio S. Crucis.
Die vigesima prima S. Matthæi Apostoli.
Die vigesimanona S. Michaelis.
Et à die vigesimaquinta ipsius mensis vsq; ad Calendas Nouembris propter vindemias, seminationes, & castaneas colligendas inclusiuè.

De mense Octobris.

Die decimaoctaua S. Lucæ.
Die vigesimaoctaua Sanctorum Simonis, & Iudæ Apostolorum.
Die vltima vigilia omnium Sanctorum.

De mense Nouembris.

Die prima festum omnium Sanctorum.
Die secunda Commemoratio Defunctorum.
Die vndecima Sancti Martini.
Die vigesimaquinta S. Catherinæ.
Die trigesima S. Andreæ.

De mense Decembris.

Die sexta S. Nicolai Conf.
Die septima S. Ambrosij Doct. Eccl.
Die decimatertia S. Luciæ.
Die vigesima prima S. Thomæ Apostoli.
Et à vigilia eiusdem vsque ad octauam Circuncisionis, videlicet ad octauam Ianuarij diem.

Item omnes dies Dominicos, diem carnis priuij, & diem Sabbati oliuarum, vsq; ad octauam Resurrectionis inclusiuè, & tres dies antè Ascensionem Domini propter litanias, diem Sacræ, & diem Ascensionis, vigiliam, & diem Pentecostes, cùm duobus diebus sequentibus, & per totam octauam, propter nundinas in terra Burgi, & diem Corporis D.N.Iesu Christi, quibus diebus omnium litium, & causarum ciuilium strepitus conquiescant, & processus, ac sententiæ, si quæ fierent, non valerent ipso iure, saluis casibus, in quibus secundùm dispositiones statutorum cognosci, tractari, & litigiari etiàm diebus feriatis potest. Item saluis causis executiuis, vt sunt sententiæ in iudicatum transactæ, deposita, vel alia instrumenta habentia à iure communi, vel à statutis executionem paratam, & saluis causis accusarum, & æstimationum pro damnis datis, & causis minimis non excedentibus summam librarum sex, in quibus omnibus procedi possit etiàm diebus feriatis ad vtilitatem, seu necessitatem hominum introductis.

De appellationibus. Cap. XLVII.

QVicunq; appellauerit in casibus, in quibus appellare licet, appellet termino quatuor dierum continuorum, à die habitæ notitiæ perfectæ sententiæ contrà eum latæ, exclusa tamen illa die prima dictæ notitiæ,& appellare debeat ad nos,& ad nostros pro tempore successores, possit tamen fieri processus appellationum pro partium minori dispendio, coràm Prætore, vel Iusdicente, iuxtà stilum,& consuetum loci iam diù obseruatum, licet Prætor ipse, vel Iudex in prima causa pronunciauerit, cùm in dictis terris nullus sit deputatus Iudex appellationum.

Procedatur autem in appellationum causis infrascripto ordine, videlicet. Quod appellans in casibus, in quibus appellare licet, iuret coràm Iudice, vel officiali, à quo appellatur, se non dolo, nec calumnia, sed credens iustam fouere causam, appellare, qua appellatione interposita, teneatur appellans porrigere in dicta causa appellationis libellum infrà tres dies vtiles, à die appellationis interpositæ numerandos, citato aduersario, vel eidem, seu legitimæ personæ pro eo, personaliter, vel ad domum eius solitæ habitationis inthimato libello, alioquin qui appellauerit, reputabitur non appellans,& ad executionem principalem procedetur summariè,& teneatur appellans appellare infrà quatuor dies à die notificationis, seu inthimationis sententiæ, à qua appellatur. Quo libello porrecto,& parti notificato,& in actis Potestatis, vel officialis, ad quem appellatum fuerit, legitimatis personis, infrà duos dies vtiles sequentes, sit,& intelligatur facta litis contestatio inter ipsas partes, exceptione aliqua non obstante, saluis, & reseruatis vtrique parti tempore deffinitiuæ causæ prætatæ exceptionibus competentibus,& competituris, ac defensionibus, & iuribus quibuscunq;

Lic igitur in ipsa causa, vt præmittitur, contestata, data sit,& intelligatur ab ipsa die, dicta die contestationis minimè computata, vnica tamen, & peremptoria dilatio vtriq; parti quindecim dierum vtilium, ad probandum de iure suo quocunq; genere probationum, quòd de iure sit aliter admittendum, elapsis verò dictis quindecim diebus, ex tunc, si qui testes producti fuerint in dicta causa, intelligatur, & sint aperti, & publicati,& tunc teneatur Iudex facere copiam fieri partibus de ipsis testibus, & eorum dictis, & omnibus alijs in causa actitatis.

Ab ipsa verò vltima die dictorum quindecim dierum, dicta vltima die minimè computata, sit, & intelligatur data vltima, & peremptoria dilatio vtriq; parti dierum decem dumtaxat, ad accipiendum copiam testium, qui producti fuerint, & aliarum actitatorum in dicta causa, & ad elidendum,& reprobandum instrumenta, & scripturas, & omnia, ipsos testes,& dicta eorum,& etiàm ad probandum instrumenta, & scripturas,& omnia alia producta in dicta causa.

Elapso verò termino dictorum decem dierum, partibus ipsis litigantibus, vel altera eorum instante, citatis citandis, & petente, teneatur Iudex ille appellationis à die immediatè sequenti, sub pœna ipsi librarum decem imperialium, Cameræ nostræ applicanda, assumere vnum ex confidentibus partium, & datis ad consulendum definitiuè super dicta causa, infrà duos dies, & post dictos duos dies infrà tertiam diem à die sumptionis, Iudex ipse compellat ad deponendum salarium, considerata qualitate causæ, personarum, & negotij pro consilio, oppositione aliqua non obstante, quo salario deposito, teneatur ipse Iudex scribere consultori, quòd ei mittat consilium suum in scriptis clarum, & certum, per quod appareat, quis obtinuerit, & quis succubuerit in dicta causa, cùm certa,& expressa quantitate expensarum,

& præ-

& præcipere vtriq; parti, altera parte Instante, quòd compareant certa die coràm consultore cùm eorum iuribus, & processibus clausis, sigillatis, ac collationatis, ad allegandum eorum iura, cui consultori Iudex teneatur mittere salarium per partes depositatum, quod consilium datum, & præsentatum dicto Iudici, & apud eius acta teneatur ipse, vtraq; seu altera parte instante, in pœna librarum decem applicanda vtsuprà, publicare, & pronunciare ante finem dictæ instantiæ triginta dierum vtilium, nisi dictæ partes aliter fuerint concordes, vel nisi sub alia forma fuerit Iudex appellationis per nos deputatus.

De duabus conformibus sententijs. Cap. XLVIII.

VT calumniæ litigantium occurratur, decernimus, quòd à duabus sententijs conformibus nullatenùs de cætero liceat appellare, aut de nullitate principaliter, vel incidenter dicere, & victus omni prorsus remedio ordinario, & extraordinario sit destitutus, sed dictæ conformes omninò executioni demandentur citrà spem alicuius etiam reuisionis, nisi per instrumentum publicum de nouo infrà biennium repertum iu nulla parte suspectum, seu defectiuum.

De executione rei iudicatæ, vel duarum conformium. Cap. XLVIIII.

QVià parum foret sententias proferri, nisi debitæ executioni mandarentur, statutum est, quòd Iudex in terris dominij nostri ad iura reddenda deputatus, teneatur, & debeat omnes condemnationes, sententias, arbitramenta, & præcepta executioni mandare, realiter, & personaliter, ad voluntatem eorum, in quorum fauorem latæ sunt omnibus iuris remedijs, vno alium non expectante, & nulla exceptione obstante, assignato tamen termino ei, contrà quem executio postulatur, ad minus trium dierum, ad allegandum, dicendum, & contradicendum quicquid voluerit, in ipsam sententiam, arbitramentum, vel præceptum, ne executioni mandetur, vel executionem non mereatur, infrà quem terminum, si citatus comparuerit, possit opponere exceptionem nullitatis prouenientis quoad merita causæ, & defectu iurisdictionis, solutionis, liberationis, & pacti de non petendo, vel aliquam aliam exceptionem, quam prætendat sibi competere, & audiatur, & ad eam proponendam admittatur, terminusq; ei assignetur quindecim dierum continuorum ad probandum, & probatam habendum eam exceptionem, seu exceptiones, quam opposuerit, & si eam non probauerit infrà suprascriptum terminum, pro non proposita habeatur, & sententia, seu præceptum, & condemnatio executioni mandetur, & exequatur omninò, nulla exceptione vlteriùs admissa.

Qualiter facta executione procedatur ad venditionem, vel dationem in solutum. Cap. L.

STatutum, & ordinatum est, quòd facta executione vigore sententiæ, seu alicuius præcepti, vel arbitramenti, vel aliqua legitima de causa, siquidem executio facta fuerit in pignoribus, & rebus mobilibus, teneatur, & debeat ille, contrà quem facta fuerit executio, infrà octo dies à die facti pignoris, vel executionis numerandos, exigere, vel recuperare res, & bona, in quibus facta fuerit executio, absq; aliqua citatione,

tione, soluendo, vel aliter satisfaciendo toti debito, cùm expensis, ei, ad cuius petitionem executio facta fuerit. Quibus octo diebus elapsis, nisi soluerit, vel aliter debito, cùm expensis satisfecerit, possit creditor, qui dictam executionem fecerit, eas res mobiles sic pignoratas, impegnare, vel insolutum accipere vsq; ad quantitatem debiti executi, & expensarum, æstimatione condecenti facta per æstimatores communis de dictis bonis, vel eas ad publicum incantum ponere per tres vices, in diuersis diebus, & plus offerenti auctoritate Iudicis deliberare, faciendo omnia in scriptis, & apud acta ponere. Si verò executio facta fuerit in rebus, & bonis immobilibus, possit creditor, qui dictam executionem fieri fecerit, post lapsum duodecim dierum, si debitor in dicto termino recuperare non curat, ipsa bona immobilia per æstimatores communis in similibus expertos, & cùm participatione bonorum virorum, citato ipso debitore, æstimari facere, factaq; dicta æstimatione teneatur, & debeat ipse Iusdicens, citato vtsuprà debitore, ex suo officio dare insolutum ipsa bona dicto creditori, seù de dictis bonis, quæ elegerit ipse creditor, ascendentia, seù ascendentibus ad quantitatem debiti petiti, & executi, cùm expensis, & residuum bonorum, si æstimatio excesserit debitum, cùm expensis, relaxare, seù relaxari facere ipsi debitori, & talis insolutum datio valeat, & teneat firmiter, & inconcusse, & reuocari nullo modo possit, nec aliqualiter contrairi. Idem obseruetur in exequutione bonorum mobilium, & immobilium contrà contumaces, contumacia non purgata, iuxtà formam statuti positi sub rubrica, de modo, & forma procedendi contrà contumaces, ità tamen, quòd debitor possit recuperare ipsum pignus infrà mensem à die dictæ dationis in solutum numerandum, restituto priùs creditori omni illo, pro quo ipse dictum pignus habuerit in solutum, & expensis factis per ipsum creditorem in ipso, & pro ipso pignore post dictam dationem insolutum. Et si detentio fuerit facta de aliquo pro aliquibus debitis, quod fieri permittitur à sex libris infrà inclusiuè tantùm, facta priùs relatione per executores non inuenisse tot bona mobilia debitoris pro tali satisfactione fiẽda, debeat talis detentus à die, qua sibi præceptũ factum fuerit per Iudicem, quòd stet detentus, stare detentus per quindecim dies in palatio communis. Si verò est de destrictu, & villis, stet detentus per Castrum, seù terram, & hoc quotiescunq; per Iudicem continget pro debitis priuatis aliquem, seù aliquos non suspectos de fuga detinere, vel aliquos obligatos in forma cameræ, vel in confessum, seù guarentigiam, cùm iuramento, & renunciationibus priuilegiorum, auxiliorum, legum, statutorum, & similium in eorum fauorem facientium, quibus casibus carceratio, & personalis detentio pro quacunque persona fieri possit. Quibus quindecim diebus elapsis possit, & debeat talis detentus ad postulationem sui creditoris pro tali debito, & expensis incarcerari.

De compromissis non faciendis. *Cap. LI.*

QVoniàm in litibus, & differentijs pro tempore motis compromissa inter affines, vel coniunctas personas, aut etiàm vicinos, aliasuè similes personas fieri debere hactenùs obseruatum est, non sinè maximo ipsarum partium dispendio, ex quo obseruantia huiusmodi rectè instituta abijt in corruptelam, attento, quòd rei conuenti in iudicijs, ad effectum dumtaxat differendi finem iudicij, exceptionem compromissi huiusmodi opponere consueuerunt, quià nihilominùs compromissarij electi respectiuè per partes minimè conueniebant in negotiorum terminatio-

ne, quod experientia rerum magistra docuit, huic tanto morbo prouidere volentes, decernimus idcircò exceptionem compromissi memoratam posthac oppositam minimè audiendam esse, & de ea nullam rationem habendam.

De muliere non capienda. *Cap. LII.*

MVlier honestæ vitæ, & conditionis, pro ciuili, vel criminali, aut mixta causa, non possit personaliter ad Iudicem trahi, nec carcerari, sed pro delicto non leui capi possit, non tamen detineri in carcere, sed custodiri debeat in aliquo tuto loco, vel in carcere separato à masculis.

De modo procedendi in causis minoribus. *Cap. LIII.*

IN omni causa, vel lite, quæ sit à quinq; libris imper. infrà, procedetur per Prætorem loci summariè &c & vbi facta omni diligentia causam ipsam oretenùs expedire non posset Iudex, solùm in actis scribatur talis qualis petitio per Notarium Actuarium ad actoris instantiam, & instantia dictæ causæ non excedit metam quindecim dierum currentium, à die petitionis, aut citationis primæ faciendæ reo, qua expedita, oretenùs, siuè in scriptis, non admittatur appellatio, reuisio, nec recursus.

De interrogationibus faciendis. *Cap. LIV.*

AD postulationem cuiuslibet dicentis se velle agere, siuè reali, siuè personali actione, compellatur citatus omnibus iuris remedijs quandocunq; & post oblationem libelli, seù petitionis, respondere, an dictus citatus sit, vel vel esse heres talis, de quo interrogabitur, & an ex testamento, an verò ab intestato, & pro quanta parte, siuè an rem, de qua interrogabitur, possideat.

De instrumento integraliter edendo. *Cap LV.*

AD hoc vt ille, contrà quem instrumentum aliquod producetur, possit deliberare, an velit cedere, an verò contendere, teneatur producens instrumentum in iudicio, parte instante, totum, & integrum illud producere expensis suis.

De sequestris. *Cap. LVI.*

QVælibet res mobilis existens penes aliquem possit sequestrari, seù saxiri penes eum, ad postulationem cuiuscunq; dicentis, & iurantis se creditorem illius, vel in illa re, & res ipsa non relaxetur, nisi præstita fideiussione per possessorem, vel alium, cuius intersit, comparentem, de re custodienda, & præsentanda ad omnem Prætoris, & Iudicis requisitionem, & de stando iuri.

De sequestris non fiendis in die mercati publici. *Cap. LVII.*

ORdinamus nullum sequestrum, vel pignus fieri posse in die fori publici, siuè in platea communis, vbi blada venduntur, siuè alibi in quacunq; parte territorij illius

illius loci, ad effectum, vt quilibet tutè, & liberè conducere possit quamlibet mercantiam.

Quòd sequestrum non duret vltrà sex menses. Cap. LVIII.

NVllum sequestrum, seù saximentum duret vltrà sex menses, nisi iudicium superindè formetur.

De procedendo summariè in causa sequestrorum. Cap. LIX.

SI res alicuius fuerit sequestrata, seu saxita, compareat coràm officiali, qui sequestrum fecit, & parte citata, allegando se in aliquo non esse debitorem illius qui fecit sequestrum, nec rem ad eum pertinere, & hodiè constare, hodièq; agendum esse, & se paratum subire iudicium, teneatur, qui fieri fecit dictum sequestrum, quam primùm ostendere de iuribus suis, seruatis seruandis, & superindè procedatur summariè.

Quòd saximenta in quacunq; die etiàm feriata in honorem Dei fiant. Cap. LX.

SEquestrum, seù saximentum fieri possit in quacunq; die non feriata, & etiàm feriata, etiàm in honorem Dei, si periculum sit in mora.

De arbitris, & arbitratoribus. Cap. LXI.

SI factum fuerit compromissum voluntarium in aliquem, tamquàm in arbitrum, vel arbitratorem, seù amicabilem compositorem, vel amicum communem, & aliqua partium se læsam prætendat à laudo desuper lato, debeat reductionem petere infrà quatuor dies continuos à die habitæ notitiæ dicti laudi, & dicta reductio reguletur ad instar appellationis in omnibus, & per omnia.

De iureiurando decisiuo. Cap. LXII.

IN quacunq; causa, & quæstione non excedente summam librarum decem imp. possit, & debeat ad partis instantiam, altera pars cogi iurare, vel referre, & vbi pars requisita noluerit, vel neglexerit iurare, aut referre termino trium dierum statuendo per Iudicem, habeatur pro confessa, vel conuicta, altera parte mox iurante, & id quod fuerit iuratum, irrefragabiliter exequatur, omni, & quacunq; appellatione, vel recursu, aut alio quocunq; remedio cessante.

De conueniendis debitoribus forensibus. Cap. LXIII.

SI quis dicat se creditorem alicuius forensis, qui scilicet non sit de Dominio nostro, ostendatq; instrumentum publicum crediti sui, possit dictum forensem existentem in loco aliquo iurisdictionis nostræ facere personaliter detinere, & eius bona, quæ secùm habet, per officialem loci ordinarium, & detentus non relaxetur, donec creditori satisfecerit, saluo, quòd si debitor dicat, & alleget aliquam legitimam exceptionem, & det fideiussionem idoneam in dicto loco, vel etiàm alio iurisdictioni

& do

& dominio nostro supposito, de stando iuri, & iudicatum soluendo, non detineatur, vel detentus relaxetur, ipso etiàm, qui dixit, se creditorem, idoneè fideiubente, etiàm quòd immobilia possideat, de reficiendis expensis, & damnis, & interesse per forensem passis, in vlteriori processu liquidandis via iuris, si tamen ipse forensis dictam fideiussionem petierit.

De rescriptis præsentandis. *Cap. LXIV.*

ORdinamus pariter, quòd omnia, & quæcunq; rescripta, siuè gratiosa, siuè ad iustitiam pertinentia, pro tempore à nobis impetranda, præsentari debeant apud acta publica, & Prætori nostro pro tempore loci, ad quem pertinet, termino dierum quindecim à die datæ, dicta die computata, aliàs sint nullius roboris, & momenti, & pro non concessis, & si preces nobis porrectæ erunt in aliqua parte vitiatæ, vel in earum margine aliquid adiectum fuerit, rescripta obtenta nullatenùs teneant, neque recipiantur.

De gratijs super homicidijs commissis animo deliberato. *Cap. LXV.*

DE homicidijs, & delictis etiàm enormibus, animo deliberato patratis, nulla penitùs gratia, vel saluus conductus perpetuus fiat, etiàm pace offensi subsecuta.

De gratia super homicidijs in rixa. *Cap. LXVI.*

NOn etiàm concedatur gratia, vel saluus conductus de homicidio in rixa patrato, nisi lapso triennio.

De eo, qui vendidit, vel vendere, aut retrouendere, aut retrodare promisit rem. *Cap. LXVII.*

CVm nimis indignum sit proprijs conuentionibus obuiam ire, & nihil magis conueniat naturæ humanæ, quam fidem datam seruare, statuimus quòd si quis rem aliquam alicui vendiderit, vel vendere, aut retrouendere, seù retrodare promiserit & is, cui facta fuit promissio huiusmodi, ex latere suo adimpleuerit, quæ tenebatur, vel paratus sit adimplere, & de mandato iudicis pretium deposuerit, & in cœteris se obseruaturum obtulerit, possit ipse coràm eodem Iudice petere rem sibi tradi, & cogi facere promissorem ad rem tradendam cùm effectu, aliter in eius contumaciam, vel recusationem immittatur in tenutam, & corporalem possessionem dictæ rei & in prædictis procedatur summariè, sinè strepitu, & figura iudicij.

Rubrica de vendente, vel locante rem duobus diuersis temporibus. *Cap. LXVIII.*

STatuimus, quòd si quis vendiderit, vel aliquo modo alienauerit, aut locauerit rem aliquam immobilem, quam alij prius vendiderat, alienauerat, vel locauerat, condemnetur in libris centum Imper. & nihilominùs omnis venditio, alienatio, & locatio post primam facta sit nulla ipso iure, etiam si traditio nondùm sit facta primo emptori acquirenti, vel conducenti, & teneatur statim sic vendens rem & c. secundo

cundo

cundo restituere emptori, acquirenti, vel conducenti pretium per eum habitum, & super his omnibus procedatur, & cognoscatur sinè libelli oblatione &c. & quolibet tempore, etiàm feriato.

Rubrica Quòd non fiat alienatio rei immobilis in non suppositum Dominio nostro. Cap. LXI.

PRo nostri bono status, & communi vtilitate Dominij nostri, statuimus, & ordinamus, quòd deinceps nulla bona immobilia, vel etiàm ea, quæ inter immobilia computantur, in Dominio nostro existentia, mediatè, vel immediatè, cuiuscunq; qualitatis existant, possint quouis modo, quacunque uè ex causa, vel titulo inter viuos, vel in vltima voluntate, directè, vel per indirectum, seù per interpositas personas, alienari, etiàm in dotem, vel emphiteusim dari, vel ex quauis causa transferri, etiàm ab intestato, vel qualitercunq; & tàm respectu vtilis dominij, quàm directi etiàm quoad vsufructum tantùm, vsum, vel commoditatem, in personam, commune, Collegium, aut Vniuersitatem cuiuscunq; gradus, status, & conditionis existat, qui, vel quæ non sint, seù sit ex orginarijs subditis nostris, aut ex immediatè descendentibus ab eis, & qui non sustineat onera cùm alijs originarijs, incolis, & subditis nostris, subsintq; iurisdictioni, vel dominio nostro, vel in eo habeant domicilium, & incolatum longi temporis, saltem decem annorum, & qui promiserint perpetuò habitare in dominio nostro, & onera cùm alijs subditis nostris subire. Decernentes ex nunc, prout ex tunc, omnes, & singulas alienationes, & contractus quoscunq; de cætero fiendos, & qui fient modo, & forma præmissis, nullos, & nullas, & si secùs factum fuerit, ipsa res in totum, vel in parte vtsuprà alienata, vel translata, præter, vel contrà formam præfatam, sit, & esse intelligatur ipso iure, & facto confiscata, & incorporata cameræ nostræ, præterquàm in causa intestati, quo in casu exclusis forensibus exteris, seù non subditis vtsuprà, cæteri subditi iuxtà gradum proximitatis succedant in bonis huiusmodi, quæ aliàs forensi, & non subdito huiusmodi proximiori deberentur.

Rub. Qualiter procedendum sit contrà Vniuersitatem, Commune, vel Collegium. Cap. LXX.

STatuimus, quòd si quis agere velit contrà aliquam Vniuersitatem, Commune, vel Collegium, teneatur, & debeat facere præcipi Consuli, vel Massario, aut Sindico dictæ vniuersitatis, vel Agenti pro ea, vel eis, ex parte Iudicis ordinarij, quòd debeant constituere Sindicum, qui termino quinq; dierum compareat coràm ipso Iudice ad respondendum libello, vel petitioni porrecto, vel porrigendo, & si intrà terminum prædictum non comparuerit aliqua legitima persona pro dicta Vniuersitate, Communi, vel Collegio, nihilominùs habeatur citatio pro legitimè facta, & in reliquo processu causæ sufficiat citatio in loco publico, vbi citantur forenses, & comparente, vel nõ comparente legitima persona, procedatur tunc ad petitionem agentis in ipsa causa, secundùm dispositionem aliorum præcedentium statutorum.

Rub. Quòd possessio defuncti continuetur in hæredem. Cap. LXXI.

POssessio seù quasi hæreditatis, vel bonorum defuncto possessore nunquàm vacet, sed sit, & intelligatur quoad omnes iuris effectus, & recuperandæ possessionis,

continuata immediatè in eius hæredem, & de hærede, in hæredem, seù hæredes, ab ipsa hora mortis dicti possessoris, etiàm quòd mortuo dicto possessore statim non fuerit hæreditas adita, & omnis tenuta, seù appræhensio medio tempore facti sit nulla, nulliusq; roboris, & momenti. Hoc tamen locum non habeat vltrà decennium à die scientiæ delatæ hæreditatis.

Quòd fil. familias possit esse procurator. Cap. LXXII.

FIlius familias maior decem octo annis, absq; consensu patris ad iudicia, vel negotia possit esse procurator.

Rub. Quòd fil. familias possit etiàm testari. Cap. LXXIII.

QVia congruum est, quòd quilibet in re sua sit moderator, & arbiter, statuimus, quòd filius familias masculus maior annis quatuordecim, vel fœmina, maior tamen annis duodecim, de bonis aduentitijs, vel aliàs sibi quomodocunq; quæsitis disponere possit, secundùm beneplacitum voluntatis suæ, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate, saluo semper omni iure paterno, vel materno respectiuè, & iure tertij.

De præscriptione viginti annorum contrà non petentes ficta. Cap. LXXIV.

STatuimus, quòd si quis steterit per viginti annos, continuos, quòd fictum, seù præstationem ficti non petierit ab emphiteota, vel ab alio ficti debitore, repellatur à petitione, & exactione fictorum præteritorum quorumcunq; absque tamen præiudicio directi dominij, & iure petendi ficta futura.

Quòd Dominus sit potior in fructibus. Cap. LXXV.

DOmini prædiorum sint, & intelligantur potiores, & potiorem, anterioremque hypothecam, & ius habere, cæteris quibuscunque personis, in habenda solutione crediti sui, quod causatum fuit cùm laboratore, seù massario, vel conductore, & ipsi quoque Domini in venditione fructuum collectorum super prædijs Domini faciendi per massarium, conductorem, vel mezadrum, pro eodem pretio, & pari conditione ab alio, vel alijs, bona fide, & sinè fraude inuenienda præferatur.

Rub. Quòd creditor teneatur facere instrumentum confessionis debiti soluti. Cap. LXXVI.

SI debitum fuerit integrè solutum creditori, teneatur ipse ad omnem simplicem requisitionem debitoris, vel habentis causam ab eo, instrumentum facere confessionis de solutione facta, & liberationem facere cùm pacto de vlteriùs non petendo, & hæc summariè &c.

Rub. De contractibus cùm fil. familias prohibitis. Cap. LXXVII.

STatuimus, quòd nullus contractus fil. familias præiudicialis valeat absq; consensu Patris factus, nisi talis filius familias maior quatuordecim annis, si sit masculus,

vel

vel duodecim, si sit fœmina, seorsùm habitet à patre de licentia, aut consensu patris, vel habeat in bonis tantùm, quantùm importat interesse contrahentis secùm.

Rub. de facientibus fines. *Cap. LXXVIII.*

QVicunq; pubes, sub patria, vel auita potestate existens, spontè confitens se maiorem vigintiquinq; annis, fecerit fines, quietationes, & renunciationes Patri, vel Matri de successione Patris, vel Matris, & aliorum coniunctorum suorum cùm iuramento, sit, & intelligatur exclusus ab omni iure suo.

De donationibus, & cessionibus. *Cap. LXXIX.*

NVlla donatio alicuius rei, quę excedat quantitatem, vel valorem trecentarum librarum valeat, nisi coràm Iudice ordinario loci, in quo bona donata reperiuntur, fuerit insinuata, etiàm si in instrumento, vel contractu donationis dictum sit, quòd tot sint donationes, quot res, vel æstimationes, aliàs præsumatur simulata, & fraudolenta talis donatio.

Hæc tamen locum non habeant in donatione propter nuptias, vel propter sponsalitiam largitatem, volumus autèm, quòd insinuatio huiusmodi fieri possit quocunq; die, etiàm feriato, non tamen in honorem Dei, & insuper mandamus vtrumq; tàm donatorem, quàm donatarium iurare debere donationem, & cessionem huiusmodi non esse fraudolentam, vel in fraudem alicuius factam, sed sincero mentis affectu, & bona fide, absq; vlla pactione palàm, vel secretò facta, quòd aliquo tempore retrodatio, vel retrocessio fiat de bonis iàm donatis, vel cessis.

De vsufructu relicto in testamento. *Cap. LXXX.*

STatuimus, quòd si quis in testamento, vel alia vltima voluntate dixerit relinquo, & huiusmodi, vxorem meam, vel talem donnam dominam, & vsuariam, vel vsufructuariam omnium bonorum meorum, & è contrà vxor maritum, vel alium quemcumq talis, cui factum fuerit tale relictum, intelligatur solùm alimentarius relictus, secùs si vsufructus fuerit simpliciter relictus, & liberi non extent.

Rub. Quot testes requirantur in testamento. *Cap. LXXXI.*

SVfficiant in testamentis nuncupatiuis, & in qualibet alia vltima voluntate quinq; testes masculi, & puberes, etiàm non rogati, saluo, quòd in qualibet vltima voluntate, excepto testamento, mulieres puberes etiàm in testes possint recipi.

Quod interfector non succedat occiso. *Cap. LXXXII.*

INterfectores, vel conscij mortis alicuius, tàm ipsi, quàm eorum descendentes ex persona ipsorum succedentes ab omni successione defuncti perpetuò excludantur.

De trebellianica. *Cap. LXXXIII.*

LIberis primi gradus, etiam si inuentarium non fecerint, trebellianica prohiberi non possit per testatores.

De

De inuentarijs hæredum, tutorum, & curatorum. Cap. LXXXIV.

INuentaria quorumcunq; hæredum,& etiàm tutorum,& curatorum,quæ manu Notarij publici tribus testibus præsentibus conficientur, valeant, licèt non sint citati, vel vocati creditores, vel legatarij,neque alia solemnitas necessaria sit, & tempus à iure communi statutum intelligatur de solemnitatibus.

De inuentarijs conficiendis, licèt nulla inueniantur bona. Cap. LXXXV.

QVilibet, qui tenetur inuentarium facere de bonis alicuius, licèt non inuenerit aliquid in dictis bonis, nihilominùs faciat inuentarium in bonis talis.

De tenuta accipienda. Cap. LXXXVI.

INtenuta bonorum iudiciali, vel extraiudiciali, accipienda per aliquem, cuius interfit, sufficiat capta possessio, vel tenuta vnius rei ex pluribus pro omnibus.

De forma executionis contrà debitorem. Cap. LXXXVII.

DEbitor præsens, si confitetur debitum, debeat suo sacramento infrà quinq; dies dare omnia bona sua in scriptis coràm Iudice apud acta,quibus datis,vel si non dederit requisitus,eligatur per Iudicem peritus,qui vadat ad ea æstimanda,quo facto,creditor compellatur accipere tot de bonis in solutum ad electionem suam, iuxtà æstimationem factam,& idem dicimus, vbi sint plures creditores, vt possit quilibet eligere vnus post alium iuxtà eorum anterioritatem, & potioritatem, & iuxtà concurrentem quantitatem creditorum suorum, & pro expensis,citato ipso debitore, ad videndum fieri ipsam æstimationem,& insolutum dationem per iudicem,quæ datio in solutum valeat, ac si per partem ipsam debitricem facta fuisset legitimè, & in forma ampla, & solemni, ità tamen, quòd debitor possit recuperare rem ipsam vt suprà in solutum datam infrà mensem, à die dictæ dationis insolutum, numerata pecunia soluta.

De compromissis sine termino factis. Cap. LXXXVIII.

SI fiat compromissum in aliquem tanquàm arbitrum, vel arbitratorem, seù amicabilem compositorem, & non fuerit in compromisso terminus,seù tempus aliquod præfixum,per quod durare debeat ipsum compromissum, volumus, quòd duret per sex menses tantùm numerandos à die ipsius compromissi, & non vltrà.

De promissione vendendi, vel retrouendendi. Cap. LXXXIX.

SI quis promiserit, vel teneatur rem aliquam alicui quandoque vendere,vel retrouendere, aut retrodare, non amplius cogi possit vendere, & vt suprà, elapsis triginta annis.

De positis in conditione. Cap. XC.

STatuimus, quòd in quacunq; dispositione positi in conditione, etiàm sub qualitate masculinitatis, etiàm si fuerint grauati, vel etiàm aliæ concurrant quamplures coniecturæ, non ideò tamen intelligantur dispositiuè vocati, sed vt dicantur vocati, aliter, & alio modo dispositio concipi debeat.

Rub. De legitima matris. Cap. XCI.

SI quis Matrem, & fratres relinquens post se extraneum hæredem, seù turpem personam instituerit, matris legitima sit triens integer totius substantiæ, seù bonorum dicti testatoris.

De legitima, & trebellianica. Cap. XCII.

SI contingat aliquem testatum decedere, qui, & vltrà numerum quatuor filiorum relinquat, & fecerit fideicommissum in bonis suis, isto casu legitima, & trebellianica simul non possint dimidiam bonorum excedere.

De dote, & antifacto lucrandis. Cap. XCIII.

SI contingat de cætero vxorem alicuius prædecedere marito sine filijs, vel filijs filiorum, ex eo, vel alio matrimonio per mulierem susceptis, maritus dotem datam, vel promissam pleno iure lucretur. Si verò maritus prędecedat nullis relictis filijs, & vtsuprà ex ea, vel alio matrimonio, mulier lucretur antifactum dictæ dotis pleno iure. Si verò mulier prædecedat aliquo, vel aliquibus filijs, vel nepotibus relictis vtsuprà, maritus solum vsumfructum habeat dictæ dotis, proprietas sit, & esse debeat ipsorum filiorum, idemq; statutum sit circà antifactum respectu ipsius mulieris cùm aliquo, vel aliquibus filijs decedentis, ità tamen quòd marito mortuo cauere teneatur de dictum antifactum restituendo finito vsufructu.

De antifacto. Cap. XCIV.

IN actu dotis constituendæ pro tempore in aliquo matrimonio, statuimus, quòd maritus, vel agens pro eo, teneatur vxori constituere antifactum, seù donationem propter nuptias, ad rationem triginta pro quolibet centenario summæ datæ, vel promissæ in causam dotis, seù æstimationis, vel valoris rei in dictam causam datæ, vel promissæ, ex nunc, prout ex tunc &c. etiàm si expresśè minimè fuerit constitutum, nihilominùs auctoritate præsentis statuti intelligatur ipso iure, & facto constitutum, & illud exigi posśit in bonis mariti prædicti.

De eodem. Cap. XCV.

QVæ de dote, & antifacto lucrandis, vel constituendo superiùs respectiuè ordinata sunt, locum habeant, & intelligantur, nisi pacto contrario, vel diuerso expresśè aliud inter contrahentes actum sit, quia eo in casu conuentis standum esse mandamus.

De muliere repetente dotem viuente marito. Cap. XCVI.

SI mulier in casibus à iure concessis petat dotem in bonis mariti viuentis, vel alterius ad dotem restituendam obligati, non possit tamen petere antifacti restitutionem, sed solùm cautionem pro eo in casu plenæ restitutionis fiendæ.

De appellationibus ab interlocutorijs. Cap. XCVII.

NVllus ab aliqua sententia interlocutoria lata in causa, vel quæstione, in qua non fuerit oblata, vel necessaria petitio in scriptis, nec ab aliquo grauamine in causa ordinaria, quod possit per appellationem à diffinitiua reparari, possit, aut debeat appellare, & eius appellatio pro non admissa, aut interposita censeatur, & ea non obstante ad vlteriora procedatur.

De Aduocato dando non habenti, & petenti. Cap. XCVIII.

PRætor loci teneatur parti litiganti, seù litigare volenti, & non habenti Aduocatum prouidere de Aduocato petenti, & Aduocatum ipsum ad patrocinium præstandum cogere per pœnas, & mulctas, nisi aliqua iusta de causa se excusauerit.

De emphiteotis. Cap. XCIX.

QVilibet emphiteota, vel tenens ad fictum aliquam rem immobilem, teneatur ad omnem Domini directi requisitionem ostendere rem, seù bona, pro qua, & quibus soluit fictum, quòd si absque probabili ignorantia id facere negligat, aut recuset, præsumatur omnia immobilia, quæ possidet, si de certa specie bonorum non agitur, esse emphiteotica, & ficto obnoxia, si autem de ficto prædij vineati agitur, præsumantur omnia prædia vineata, quæ is possidet, emphiteotica, & sic de singulis.

De emphiteota cessante à ficto, & quomodò cadat à iure suo. Cap. C.

SI vnus ex pluribus emphiteutis, vel eius hæredibus per debitum tempus cessauerit in solutione integra ficti pro parte rei emphiteoticæ, quam ipse tenet, & possidet, nihilominùs tota res emphiteotica, vel omnia emphiteusa in commissum cecidisse intelligantur Domino directo volente, & caducitatem declarante, & ille, qui sic vt suprà cessauerit soluere, teneatur soluere cæteris consortibus ad emendationem damnorum, & interesse per dictos suos consortes occasione prædicta passorum.

Quòd conductor ad tempus, etiàm si steterit in possessione per longissimum tempus, non possit se prætendere emphiteotam. Cap. CI.

COnductor originarius ad certum, modicum, vel longum tempus, etiàm si per quadraginta annos, & vltrà, steterit in possessione rei conductæ, soluendo semper certam, determinatam, & vniformem pensionem, in pecunia, vel in fructibus, nihilominùs non possit prætendere se emphiteotam perpetuum, quominus ad libitum domini expelli possit.

Quod

Quòd nullus emphiteota absque consensu Domini possit rem emphiteoticam alienare. Cap. CII.

NVllus absque Domini directi consensu emphiteota audeat, vel præsumat vendere, permutare, donare, in dotem dare, vel alio quouis modo alienare inter viuos rem emphiteoticam, in personam non comprehensam in inuestitura, aliàs res ipsa in commissum cecidisse intelligatur ipso iure, & facto, etiàm si tenuta, & corporalis possessio non fuerit subsecuta, & etiàm si in æstimata res in dotem data sit, & etiam si sub titulo vniuersali res comprehensa sit in alienatione, excepto, quòd possit in solutum dare respectu vtilis dominij tantùm, dummodò tamen accipiens infrà mensem à die celebrati contractus, à domino directo consensum requisiuerit, & laudemium obtulerit, nisi dominus pro eodem pretio respectu tituli dati, vel dationis insolutum rem ipsam habere maluerit, & prædicta locum habeant, etiàm si clausula accedente consensu domini, & non aliter &c. fuerit adiecta in alienatione.

Quòd acquirentes rem emphiteoticam, & Notarij teneantur eam denunciare negotiorum gestori. Cap. CIII.

SI contingat rem aliquam emphiteoticam alienari quouis titulo inter viuos, etiàm non sequuta traditione in personam, etiàm in inuestitura comprehensam, teneatur Notarius de instrumento rogatus termino dierum decem à die contractus, seù alienationis, denunciare nostro negotiorum gestori loci, in quo res sita est, & notulam dictæ alienationis, & contractus integrè, & iuxtà solitum ad librum laudemiorum ponere, & scribere, sub pœna scutorum decem auri versùs Cameram nostram, & acquirens, celebrato dicto contractu, infrà viginti dies soluere teneatur totum, & integrum laudemium, sub pœna caducitatis rei acquisitæ, mandando propterea in quacunq; alienatione vt suprà celebranda, fieri debere æstimationem rei, seù rerum alienandarum per æstimatores Cameræ, vel loci, ad effectum, vt iuxtà æstimationem, rectè, & absque fraude fiendam, debitum laudemium soluatur vt suprà, sub pœna caducitatis respectu acquirentis, & scutorum decem respectu alienantis, versùs vt suprà committenda.

Quòd pro alienatione cum pacto redimendi, non autèm pro recuperatione intra tempus soluatur laudemium. Cap. CIV.

PRo alienatione rei emphiteoticæ in personam in inuestitura non comprehensam, etiàm si cùm pacto redimendi fuerit alienata, teneatur acquirens laudemium soluere, non tamen de ipsa redemptione, si in tempore facta fuerit.

Quòd ex possessione rei emphiteoticæ præsumatur alienatio. Cap. CV.

RES quoq; emphiteotica intelligatur alienata eo ipso, quòd reperitur teneri, vel possideri per alium, quàm per ipsum emphiteotam, vel comprehensum in inuestitura.

De præscriptione contrà dotec. Cap. CVI.

NVlla præscriptio currat contrà mulieres, vel causam habentes ab eis circà exactionem dotis, vel antifacti, seù sponsalitiæ largitatis ipsarum dotium, & hypothecam ipsarum.

Quòd

Quòd quis vltrà decennium debitum petere non possit. Cap. CVII.

QVoniam vsu compertum est, plures esse, qui bis idem exigunt, quod & iuri, & æquitati valdè repugnat, dum soluentes debitum ignari, & rudes, seù etiàm bona fide agentes, quandò soluunt, instrumentū, vel scripturā ipsius debiti cancellari non satagunt, ità vt hæres creditoris, & forte ipse creditor, parùm conscientiæ amicus, eo non abolito, illinc ad aliquod tempus denuò debitorem, seù hæredem, qui de solutione docere non potest, cogit, dùm intentionem fundatam super ipsa scriptura asserit, ideò tanto abusui, & ipsorum subditorum indemnitati occurrentes Decernimus, & mandamus, quòd nullus posthac, decennio transacto, vigore aliquarum scripturarum, vel aliter quomodocunq; possit aliquod prætensum creditum exigere, petere, vel consequi, quinimò eo tempore elapso, nec intrà illud vlla petitione, vel querela facta de huiusmodi credito, sit, & intelligatur solutum, & dictæ scripturæ, vel aliæ probationes non admittantur, nec vllam faciant probationem, dummodò creditor præsens, & viuus per dictum tempus steterit, vel eo mortuo eius hæredes antè lapsum ipsius decennij de dicto credito notitiam habuerint, declarando prædicta non habere locum in debitis iuratis.

De via non habenti danda. Cap. CVIII.

SOlent celeberrimè altercationes inter finitimos, viam pro eundo, & redeundo ad eorum agros non habentes, suboriri, tùm quia quandoq; via ipsa à potentiore seù ditiore, qui seruitutem pati deberet, recusatur, tùm etiàm, quià ex rei antiquitate de ea nulla supereſt hominum memoria, propterea statuimus, & ordinamus, quòd si quis ex subditis habeat aliquam terram, siuè agrum, & non habeat viam eundi, & redeundi ad dictam terram, vicini, seù proximiores circumstantes ad dictam suam terram compellantur per officialem dare viam non habenti, si fuerit requisitus, ità, quòd non habens ipsam viam soluat iuxtà æstimationem per æstimatorem communis, vbi dicta via decernetur, faciendam, dictis vicinis, seù proximioribus, qui prædictam viam dederint.

De via mutanda. Cap. CIX.

QVilibet, qui ad fauorem alterius fundi habet viam in fundo suo in aliqua parte, etiàm si iàm diù sit, quòd Dominus ille alterius fundi ea via, itinere, vel strata vsus sit, etiàm si per contractum constituta sit, possit tamen viam huiusmodi mutare, & ponere in aliqua alia parte dicti fundi seruientis, ad minus damnum domini ipsius, & non solùm semel, sed & pluries, & toties quoties.

De stratis, & vijs aptandis. Cap. CX.

OMnes stratæ, & viæ publicæ in Statu, & Dominio nostro, per quas publicè itur, & publicè iri consueuit, vel etiàm priuatæ, reaptentur per homines dictorum locorum, respectiuè confinantes, ità, quòd per ipsas commodè iri possit, pedester, & equester, etiàm cùm bobus iunctis, & animalibus onustis, prout necesse erit, sub pœna librarum trium pro quolibet confinante dictæ stratæ, quæ non fuerit aptata, ipso

iure,

iure,& facto, applicanda pro vno tertio Communitati,& pro alijs duobus tertijs officio Prætoris loci, & Vicarij Prouisionum in capita.

De via publica, vel vicinali. Cap. CXI.

NEmo audeat stratam, seù viam publicam, vel vicinalem impedire,occupare,vel aliter, aut quouis modo sibi appropriare, sub pœna scutorum trium auri applicanda cameræ nostræ.

De termino moto. Cap. CXII.

QVicunq;terminum in aliquibus agris, & finibus posthàc dolosè mouerit, vel sustulerit,eo inscio,& inuito,de cuius interesse tractatur,publicè fustibus cædatur, nisi intrà tres dies, postquàm condemnatus fuerit,Fisco nostro libras vigintiquinque persoluerit,vltrà emendationem damni, quod resarcire teneatur passo,antequàm de carceribus relaxetur, & vltrà arbitrio nostro puniatur.

De possessionibus occupatis, inuasis, vel turbatis. Cap. CXIII.

SI quis in tantam peruenerit audaciam,quòd terras,domos,vel alias res immobiles, quas aliquis tenebat,vel possidebat,seù quasi,occupauerit,inuaserit,seù in illis possessorem turbauerit,si res occupata,vel iuasa valuerit libras quinquaginta imper. & abindè infrà, puniatur inuasor, vel occupator in libris decem imper. Fisco nostro applicandis. Si autem excesserit æstimationem librarum quinquaginta, vsq; in centum,puniatur in libris vigintiquinque. Si abindè suprà res valuerit, puniatur in libris quinquaginta,& nihilominus teneatur rem occupatam, vel inuasam cùm effectu restituere ei,qui illam tenebat,vel possidebat,siuè naturaliter, siuè ciuiliter,tempore occupationis, vel inuasionis;cùm omnibus fructibus, expensis, damnis,& interesse, & condemnetur ad cessationem dictæ turbationis. Nec possit talis occupator, inuasor, vel turbator alicuius rei immobilis referre aduersario aliquam quæstionem de dominio,siuè agatur ciuiliter,siuè criminaliter, seù qualitercumq;, de quibus omnibus possit cognosci, & cognoscatur summariè, & de plano, sinè strepitu, & figura iudicij.

De donationibus causa mortis. Cap. CXIV.

SI fiat donatio causa mortis, & in instrumento donationis contineatur, quòd donatio ipsa non possit reuocari per ingratitudinem, vel alio modo, Volumus, & ordinamus, quòd nihilominùs ipsa donatio sit, & intelligatur merè donatio causa mortis, non obstantibus dictis verbis, & similibus, quæ nihil operari volumus, quominùs donatio huiusmodi ad libitum quandocunq; reuocari possit, prout iura volunt loquentia de donationibu causa mortis.

De conductoribus, & inquilinis. Cap. CXV.

NVllus conductor, vel inquilinus possit per locatorem expelli ante terminum completum, etiàm si dominus dicat se velle rem locatam pro se, & vsu suo, & etiàm si rem alii vendiderit, vel alio titulo alienauerit. I De

De colonis, & massarijs. Cap. CXVI.

OMnis laborator terrarum alienarum teneatur tempore messium, & vindemiarum, vel aliorum fructuum collectionis, requirere dominum, vt intersit, per se, vel suum nuntium fructuum collectioni, alioquin ipso iure, & facto dictus laborator, colonus, seù massarius incurrat pœnam librarum quinque imper. Fisco nostro applican. pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum, & nihilominùs etiàm pro qualitate fructuum collectorum stare debeat sacramento ipsius domini, absque alia probatione facienda, si ipse voluerit iurare, & procedatur summariè &c.

De deposito. Cap. CXVII.

SI aliquis de cętero receperit, vel confessus fuerit, se recepisse pecuniam, vel rem aliquam in deposito, compellatur lapso tempore restituendi depositum verum, vel confessatum, restituere, & reddere creditori, vel eius hæredi, aut habenti causam ab eo, alioquin ipse, vel eius hæres detineatur personaliter, vel pignoretur arbitrio creditoris, donec fuerit ei plenè satisfactum de toto eius credito, damnis, & interesse, ac expensis, saluo nisi ipse debitor alleget aliquam iustam exceptionem, quia eo in casu volumus eum audiri, facta priùs depositione, & consignatione depositi apud idoneam personam per creditorem eligendam, interìm non detineatur, nec pignoretur, donec termino competenti per iudicem sibi assignando, probauerit sibi incumbentia, quo elapso, & nihil docto, quod releuet, depositum creditori relaxetur, & in prædictis procedatur summariè &c.

De legatis. Cap. CXVIII.

IN legatis factis tàm pijs locis, quàm priuatis personis, & sæcularibus, mandamus procedi, cognosci, & iudicari summariè &c.

De clausula summariè. Cap. CXIX.

STatuimus, quòd in casibus quibuscunq; vbi ordinatum fuit, vel de cætero ordinabitur, procedi debere summariè &c. quod intelligatur etiàm de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, absq; libelli solemnis oblatione, diebus feriatis, & non feriatis, dummodò tamen non sint feriati in honorem Dei.

De imbreuiaturis defunctorum. Cap. CXX.

SI contingat aliquem notarium decedere, cui non succedat titulo vniuersali, vel particulari alius notarius in imbreuiaturis, & rogitibus instrumentorum per ipsum rogatorum, volumus, quòd hæres, vel successor talis notarij debeat infrà duos menses apud Consulem notariorum, seù apud bancum Prætoris, vel Commissarij loci, denuntiare, se habere penes se dictas imbreuiaturas, dimittendo notulam dictorum rogituum apud acta, & promittendo solemniter de custodiendo fideliter dictas imbreuiaturas, alioquin, si contrafecerit, incurrat pœnam scutorum decem Cameræ nostræ ipso iure, & facto applicandorum.

De genere masculino in statutis, & ordinibus expresso. Cap. CXXI.

ORdinamus, quòd in quibuscunq statutis, & ordinibus nostris, in quibus mentio solùm facta reperitur de termino, seù vocabulo, & verbo masculino, quòd nihilominùs sub eo quoq; comprehendatur genus fœmininum, siuè sit materia fauorabilis, siuè odiosa differens, vel indifferens.

De contractibus cùm filio familias prohibitis. Cap. CXXII.

COntractus cum filio familias sinè patris consensu factus sit nullus in præiuditium filij fam. ipso iure, & contrahens in vigintiquinq libris puniatur, ipso iure Cameræ nostræ applican. possit tamen filius familias de rebus per eum depositis, vel à se mutuatis confessionem facere. Si verò filius familias, habens familiam moraretur seorsùm à patre cùm familia, donec sic steterit, pro patre habeatur quo ad contractus, non autèm quo ad vltimas voluntates, & testamenta.

De maioribus decem septem annis confitentibus se maiores anni vigintiquinq; Cap. CXXIII.

MAior annis decem septem, siuè curatorem habeat, siuè non, in contractu, vel iudicio, seù extrà, se maiorem annis vigintiquinq; cùm iuramento confitens, in illo contractu, vel iudicio occasione dicti contractus, vel alio iudicio, in quo se maiorem vtsuprà confessus fuerit, pro maiore habeatur, nec contra proprium sacramentum, nisi dolo, vel fraude, seù vi sit exortum, audiatur. Præsens statutum locum non habeat in illis puberibus, quibus per iusdicentem bonis est interdictum, nec in filijs fam. cùm alijs contrahentibus absq; consensu patrum.

De minore decemseptem annis confitente se maiorem cum iuramento, & de maiore decemseptem annis confitente se maiorem absque iuramento. Cap. CXXIV.

MInor verò annis decemseptem cùm iuramento se maiorem annorum vigintiquinq. vts. confitens, vel obligans, nisi tutoris, vel curatoris auctoritas, & eis deficientibus duorum ex proximioribus ipsius, & eius vtilitas, vel necessitas, ac decretum iudicis interuenerit, prædictum iuramentum dicto minori nullatenus officiat, & omnes contratus, obligatio, vel confessio, seù absolutio vtsuprà, etiam iurati, nulli, & inualidi sint, & pro simulatis, & fictitijs censeantur, ij affines gratis interueniant, nec eorum officium desiderari faciant. Cæterùm si maior annis decemseptem absq; iuramento in iudicio spontè se maiorem annis vigintiquinq; confessus fuerit, in illo iudicio, in quo confessus se maiorem fuerit, pro maiore habeatur. Hoc adijciendo, quòd si maior decemseptem annis, in instrumento, in quo constituit aliquem procuratorem ad lites, confiteatur se maiorem vigintiquinque annis, quòd talis procurator habeatur tanquàm constitutus à maiore, & proindè nomine dicti puberis valeat litigare.

De minore contrahente cùm eius tutore, vel curatore. Cap. CXXV.

MInor vigintiquinq; annis non possit in instrumento, vel extrà instrumentum confiteri se maiorem vigintiquinque annis in aliqua confessione, vel absolutione.

tione,aut liberatione,quā faciat,vel fecerit alicui,qui fuerit suus tutor,vel tutrix,vel fideiussor vt suprà,seù hæredibus eorum,vel alicuius eorum,etiàm si confiteretur,vel confiteatur cùm iuramento se maiorem annis vigintiquinque. Et si dictus minor iurauerit,& cùm iuramento dixerit se maiorem vigintiquinq;annis in instrumento,vel confessione, aut absolutione, vel contractu, vel obligatione, quam fecerit cùm prædictis,vel cùm aliquo prædictorum, vel iurauerit in dictis casibus se non venire contrà prædicta,vel promissionem suam, nullatenùs in dictis casibus, vel aliquo eorum dictus minor habetur pro maiore,& dicta confessio, liberatio, absolutio,contractus, vel iuramentum in dictis punctis,& articulis non valeant ipso iure,sed censeantur fictitij,& simulati, non obstantibus quibuscunq; legibus,statutis,vel prouisionibus,& consuetudinibus,quibus omnibus per præsens statutum derogatum esse intelligatur.

De immunitate habentis duodecim liberos. Cap. CXXVI.

ORdinamus etiàm,quòd habens duodecim filios, seù liberos viuentes,sit penitùs, & omninò durante eius vita, liber, immunis, & exemptus ab omni onere, tàm reali,quàm personali, vt possit, & valeat, vt decet, eius negotijs domesticis, & filijs, absque alio impedimento, incumbere.

Quod mulieres contracto matrimonio debeant facere datum in dotem maritis de eorum bonis. Cap. CXXVII.

VLteriùs per nos intellecto, quòd cùm multæ essent mulieres, quæ nubendo maritis dabant omnia eorum bona emphiteotica secretò in dotem sinè instrumento dotali,& absque dictorum bonorum æstimatione, ne debitum laudemium soluerent,in fraudem,& præiudicium Cameræ nostræ,fuit per antecessores nostros,vt audiuimus, prouisum, vt contracto sponsalitio infrà tempus præfixum, factis debitis bonorum æstimationibus,fierent instrumenta dotalia per mulieres,Volentes,& nos pro posse nostro huic fraudi occurrere,Decernimus,atq;mandamus,vt post hàc contracto matrimonio, termino vnius mensis indè secuturi,facta prius æstimatione omninm bonorum,& iurium emphiteoticorum, quæ dare voluerint in dotem per æstimatores loci, fieri debeant per mulieres ipsas instrumenta dotalia maritis, iuxtà æstimationem fiendam, & in instrumento inserendam, vt hactenùs obseruatum fuit, sub pœna caducitatis dictorum omnium bonorum, & iurium ipso facto, & iure, & absq; declaratione incurrenda, & cameræ nostræ applicanda.

De curatore bonis, & hæreditati defuncti, seù absenti, vel latitanti dando. Cap. CXXVIII.

PLerumq; euenit, vt iudicia instituere cupientes ex personarum conueniendarum defectu, vt quia absentes, vel latitantes, vel defunctorum hæreditates non aditæ, ius suum experiri validè nequeant, & ex hoc sæpè, & sepiùs processus corruant, iudicia eludantur, litesq; protrahantur, & litigatores in expensis, & longitudine causarum defatigentur. Idcò Nos subditorum commodo, vtilitatiq; plublicè studentes sancimus, vt cùm quis litem moturus sit, & legitima non adsit persona, aduersus quam agi,& iudicium intentari valeat,vt quia,vel absens,vel latitans,vel hæreditas iaceat,& eis, vel eorum bonis, vel liti mouendæ curatorem decerni postulauerit, teneatur

neatur Magistratus, coràm quo petitus fuerit, illum constituere, atq; prius denunciari facere in domo eorum solitæ habitationis, necnon duobus ex proximioribus agnatis, vel cognatis, & in eorum defectum duobus magis vicinis, ibiq; per vnum ex nuntijs Curiæ proclamari facere, vt si quis est qui velit esse curator bonorum defuncti, absentis, seù latitantis, vel ipsos, vel eorum bona defendere, intrà triduum coram Iudice comparere debeat, Quibus, vel aliquo eorum comparente, Iudex ei, vel eis curam optantibus, constituet, ità, quòd præponatur in curatoris datione agnatus cognato, & cognatus extraneo, præstita per eos satisdatione in forma, & nemine comparente, munusq. curæ suscipere negligente, vel recusante, tunc in subsidium vni ex nuncijs Curiæ decernatur, & acta cùm prædicto curatore ità constituto gesta, teneant, ac firma, & valida censeantur, nec nullitatum periculo subiaceant.

Declarantes, quòd vbi quis excusatorio nomine comparuerit, & terminum ad certiorandum absentem petierit, indulgeatur à Magistratu, perpensa locorum distantia, eius arbitrio spatium temporis præfigendo, quo elapso, & nemine minimè comparente procedatur ad curatoris dationem modo præmisso.

Quòd fœminæ non succedant ab intestato. Cap. CXXIX.

QVoniàm publicè interest bona in masculos conseruari, per quos familiarum honores, & gradus conseruantur, & diuitiæ augentur, & ampliantur, statuimus, & ordinamus, vt de cœtero cuicunq; ex subditis nostris, siuè masculo, siuè fœminæ ab intestato decedenti, succedant, & succedere debeant soli filij masculi, per masculinum sexum descendentes, etiam si adessent filiæ fœminæ, vel earum descendentes ex dicto defuncto, aut descendentes masculi, siuè fœminæ ex filiabus prædefunctis, vel fœminæ ex descendente masculo prædefuncto, qui, vel quæ de iure communi deberent admitti ad successionem cùm dictis liberis masculis, sed dictæ fœminæ, & descendentes ex eis intelligantur, & sint, ac remaneant exclusæ, & exclusi, & tota hæreditas dicti instanti deferatur ad dictos liberos masculos superstites, qui in ea succedant in stirpem, & non in capita.

Volumus tamen, quòd dictæ filiæ, vel neptes, seù proneptes fœminæ, & descendentes ex eis, si non fuerint nuptæ, & dotatæ, dotentur, & dotari debeant competenter, pro modo facultatum, & conditionis defuncti, arbitrio duorum mulieris proximiorum propinquorum, videlicet vnius agnati ex parte patris, & alterius cognati ex parte matris, & in casu discordiæ ad arbitrium nostrum.

Si verò reperiautur nuptæ, & dotatę sint sua dote contentæ.

Si autem fuerint innuptæ, sed dotatę, siuè inter viuos, siuè in vltima voluntate, à patre, vel matre, vel auo, vel auia, paternis, vel maternis, non possint aliud petere, vel habere, nisi quantum prædicti eisdem dederint inter viuos, vel legauerint in vltima voluntate.

In cæteris casibus iuris communis dispositio obseruetur.

Intestati intelligantur decedere, qui omninò testamentum non fecerint, vel qui ætatis defectu, vel aliqua alia ratione facere non potuerint, aut non iure fecerint, aut si ex eo nemo hæres extiterit.

FINIS LIBRI PRIMI.

Tabula rubricarum ſtaturorum ciuilium.

FINIS.

LIBER SECVNDVS.

Quòd Catholicè viuatur. *Cap. I.*

STatuimus in primis, quòd vniuersi subditi nostri, & omnes in toto Statu, & Dominio nostro habitatores debeant catholicè viuere, iuxtà præcepta Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, & illi toto conatu suo inuigilare, sub pœna personali imponenda arbitrio nostro.

De Blasphemia. *Cap. II.*

VT prouideatur bonæ, & quietæ vitæ subditorum nostrorum statuimus delictis specialiter infrascriptis occurrendum esse, & quia principaliter super omnia amandus, & adorandus est Deus; Ità & in primis statuimus, quòd nullus cuiusuis status, conditionis, & gradus, audeat, aut præsumat blasphemare, maledicere, aut alio quouismodo inhonestè nominare, vel offendere verbis, aut facto, & siuè cum ira, siuè non, Deum, & D.N.I. Christum, aut Gloriosissimam eius Matrem Virginem Mariam, aut aliquos Sanctos, sub pœna scutorum duorum auri pro prima vice, applicandorum alicui pio loco arbitrio nostro, & accusatoris, seù vnius testis dicto credatur, cum iuramento, si accusator, vel testis non erit aliqua rationabili causa suspectus. Pro secunda autem vice scutorum quatuor soluendorum termino decem dierum, aliter perforetur lingua talis iniqui in loco publico. Pro tertia vice, & tẽpore diuerso transmittatur ad triremes per triennium, & si fuerit persona inhabilis ad remigandum, puniatur alia pęna pecuniaria, vel corporali arbitrio nostro. Et hæc procedant, si blasphemia proferatur in loco publico, vt in Ecclesia, platæa, via publica, hospitio, appotheca, vel alio loco, etiam priuato, in quo congregantur homines ad quoduis negotium, si verò in loco priuato blasphematum fuerit, blasphemi puniendi erunt pro prima, & secunda vice in medietatem dictæ pœnæ, & pro tertia ad triremes per annum.

De diebus festiuis. *Cap. III.*

NVllus audeat quouis prætextu, vel colore diebus festiuis, & de præcepto Sanctæ Matris Ecclesiæ, opus al quod seruile facere, vel fieri facere, & præsertim opus aliquod manuale; vel per se, vel cum aliquibus animalibus, sub pœna lib. quinq; imper. pro qualibet vice applicanda alicui pio loco arbitrio nostro, & accusatoris, seù vnius testis dicto cum iuramento credetur, si non erunt aliqua ratione suspecti.

De accusationibus, denuncijs, & querelis. *Cap. IV.*

SAncimus itaque, quòd omnes consules locorum, & villarum totius Status, & Dominij nostri præfati, teneantur statim denunciare officiali, seù iusdicenti quacunque homicidia, feritas, robarias, incendia, ac omnia quæcunq; alia delicta & termino tridui post denunciationem deferre informationem dictorum delictorum sub pœna librarum decem imper. cuilibet consuli, qui prædicta duxerit negligenda, exceptis adulterijs, stupris, & raptu mulierum, quorum delictorum denunciatio, & accusatio spectat ad compræhensos, & nominatos infrà de adulterijs, & de pœna

 stuprantis.

ſtuprantis,& teneatur Poteſtas, ſeù Iuſdicens, omnes accuſationes, denunciationes, & querelas, quæ ibi fient per perſonas habiles,de omnibus,& ſingulis delictis,& maleficijs,damnis datis,& iniurijs realibus,& perſonalibus, factis, datis, & illatis à quacunq; perſona, communi,corpore, collegio,& vniuerſitate, recipere, & ſcribere,ſeù recipi, & ſcribi facere in actis, & procedere, & terminare contrà ipſos accuſatos, & denunciatos,ac querelatos ſecundùm formam præſentium ſtatutorum,& vbi ſtatuta non determinent, ſecundùm ius commune Romanorum, ſub pœna ipſi iuſdicenti librarum decem imper. pro qualibet vice, qua contrafecerit.

De modo, & forma procedendi in cauſis criminalibus. *Cap. V.*

SAncimus, quòd Iuſdicentes in terris, & locis Dominij noſtri, quolibet die feriato, vel non feriato, procedere poſſint, & debeant ſuper quocunq; delicto,& crimine, tàm paruo, quàm magno, & cuiuſcunq; ſpeciei exiſtant, per accuſationem, denunciationem, & querelam, atq; puro, & mero officio, prout ipſis videbitur, pro dictis maleficijs,& criminibus inueniendis,& in ſcriptis habita,ſeù reducta denunciatione, ſeù querela, vel inquiſitione,citari faciant ipſum accuſatum,denunciatum,vel inquiſitum, per aliquem ex currerijs ad officium deputatis, aſſignando terminum dierum duorum, vel trium perſonaliter, vel ad domum eius habitationis ſolitæ, iuxtà formam poſitam ſub Rub. de citationibus, & eorum forma, ad comparendum, & reſpondendum, ſi habitans fuerit in terris noſtris, ſi verò delinquens fuerit forenſis, non habens habitaculum in terra Bardi, vel Complani, & eorum diſtrictu, ac Dominio noſtro, tunc citatio fiat de mandato Iudicis, per vnum ex currerijs, ad columnam Palatij dictorum locorum, vbi ius redditur, alta, & intelligibili voce, & citatio affigatur ad columnam, cum aſſignatione dierum quinq; proximè futurorum, quòd compareat ad reſpondendum querelæ,ſeù denunriæ, vel inquiſitioni contrà eum datæ, vel formatæ, declarando in ipſa citatione nomen, & pronomen ipſius citati, ac cauſam delicti,cum monitione,quòd ſi non comparuerit infrà terminum aſſignatum, contrà eum procedetur ſecundùm formam ſtatutorum, & iuris, eius contumacia,& abſentia non obſtante. Et ſi quidem comparuerit reus ad reſpondendum in termino aſſignato, audiatur, recipiatur, & ſcribatur in actis ſua reſponſio, medio eius iuramento fienda, ſi clarè, & apertè reſponderit, & ſi fil. fam. ſiuè foren. vel mulier erit, idoneum fideiuſſorem præſentare teneatur de ſoluendo omnem condemnationem de eo fiendam, aliter ipſo fideiuſſionem non præſtante, carceri mancipetur, donec ſatiſdet, vel condemnationem ſoluat, & hoc ſi ex delicto, de quo inculpetur, pœna pecuniaria veniat imponenda, ſi verò ſit pœna ſanguinis, vel corporis ingerenda, tunc non admittatur fideiuſſor,ſed omninò quilibet carceri mancipetur,vbi permaneat,& ad ſuas defenſas audiatur,cum aſſignatione termini competentis,non tamen minoris octo dierum continuorum, donec per condemnationem, vel abſolutionem ſatisfactum ſit iuri, & ſtatutis, ſeù diſpoſitioni noſtræ.

§. Si autem reus non comparuerit in termino vtſuprà ſtatuto, ſed in contumaciam ſteterit, tunc ponatur in banno totius Dominij noſtri, de eo, de quo condemnandus veniret ex delicto, de quo inquiſitus, vel inculpatus fuerit, publicè proclamando ipſum bannum ad bancum iuris, & ad columnam, ad quam bannum affigetur, de quo banno exire non poſſit, niſi comparuerit infrà terminum quinque dierum ſibi aſſignandorum in ipſo banno, ad ſe excuſandum, & defenden. ab his, de quibus contrà

ipſum

ipsum procedetur, quo comparente audiatur, si fideiubeat, vel in carcere ponatur, vt suprà diximus, aliàs nulla audiatur defensio, sed procedatur contrà ipsum, tanquam contrà contumacem, & condemnetur iuxtà formam statutorum, & iuris, & talis reus, si contumax fuerit, habeatur pro confesso, & conuicto de crimine, de quo fuit inquisitus, ac si fuisset conuictus per veras probationes. Quas quidem causas criminales, cuiuscunq; conditionis existant, teneatur iusdicens intrà tres menses continuos à die denunciæ, seù querelæ sibi factæ, terminare, & finire, quæ si facere ommisserit, etiam non expectato sindicatu, in libris decem imper. pro qualibet vice puniatur.

§. In omni causa possit simul, & semel criminalis, & ciuilis quæstio intentari, agitari, & procedi, criminalis causa intelligatur, vbi pœna sanguinis, vel corporis afflictiua ingeratur, vel vbicunque pœna aliqua, etiam pecuniaria, communi, vel fisco sit applicanda.

§. Si quis instigauerit, accusauerit, vel denunciauerit aliquem de aliquo crimine, ex quo pœna sanguinis, vel corporis afflictiua ingeratur, vel pecuniaria, fisco, vel communi applicanda, si querelam, vel denunciationem aliquo modo prosequutus fuerit, & non probauerit, pœna talionis non teneatur, sed accusato, vel denunciato omnes expensas, damna, & interesse, quæ accusatus, vel denunciatus ob hoc incurrisset, vel passus fuisset, postquam fuerit absolutus, in duplum omninò restituere teneatur; & ad hæc facta dicta absolutione, in eadem sententia absolutionis intelligatur, & sit legitimè condemnatus; Excipiuntur tamen Consules, & alij ex eorum officio denunciantes, & iudicia instituentes.

§. Rei carceribus mancipari non possint pro aliqua imputatione, datis fideiussoribus, nisi ex ea ingeratur pœna corporis afflictiua, pari modo non fiant descriptiones bonorum, nisi pro delictis, pro quibus veniant confiscanda bona.

§. Hac etiam sanctione statuimus, ne iudices per præcepta pœnalia contrà imputatos de maleficio, causa legitima expressa, vel non expressa, etiam quòd dicatur pro interesse Cameræ, sed seruatis seruandis vtsuprà procedant, & aliter facta non valeant, præter quam in crimine læsæ Maiestaris, vel falsi, vel alijs criminibus à legibus exceptis.

§. Mortui damnari, bonaue eorum publicari non possint prætextu alicuius delicti, nisi in casibus à iure communi permissis.

De præceptis ad informandum. *Cap. VI.*

STatuimus, quòd de cœtero in causis criminalibus non procedatur, nec fiant præcepta pœnalia alicui sub pœna confessi, vel conuicti criminis, causa expressa, vel non expressa, sed contrà reos procedatur, vel per inquisitionem, vel per accusationem, siuè denunciationem, & seruatis de iure seruandis.

De testibus recipiendis. *Cap. VII.*

MAndamus insuper, quòd testes, quos de cætero recipi continget, tàm ad offensam, quàm ad defensam, diligenter examinentur super negotio toto, & veritate rei, tàm contrà curiam, quàm pro curia.

Deten

De reo se defendente. *Cap. VIII.*

QVòd in causis, in quibus non venit imponenda pœna corporalis, reus possit facere suas defensiones extrà carceres, ipso prius fideiubente de se præsentando, & stando iuri, ac iudicatum soluendo.

De bannitis, & bonorum confiscatione. *Cap. IX.*

QVicunq; animo deliberato homicidium, veneficium, raptum, assasinium, stuprum violentum, vel vim publicam commiserit, capite puniatur, & eius bona præsentia, & futura à die patrati delicti confiscata intelligantur, & incorporata fisco nostro ipso iure, & facto. Idemq; sancitum sit in eo, qui mandauerit id fieri, opem, aut auxilium cooperatiuum pręstiterit, & in his quoq;, qui causa, & occasione pręd ctis bannum receperint.

Quòd Prætor, facta confiscatione bonorum, possessionem apprehendere debeat infrà mensem. *Cap. X.*

PRætor loci, in quo talia patrari contigerit, teneatur, instante Fisco, & cum eius interuentu, infrà mensem à die notitiæ delicti huiusmodi, tenutam, & corporalem possessionem bonorum prædictorum accipere, præmissa descriptione manu Notarij actuarij facienda dictorum bonorum, & facta condemnatione, & publicatione prædicta, teneatur infrà alium mensem fieri facere proclama in loco publico, quòd quilibet, qui ius aliquod prætendit in bonis huiusmodi, infrà mensem illud ostendere, deducere, & probare debeat coram eo, aliter, quòd de cætero non audietur ampliùs, quo termino elapso, teneatur ad instantiam eorum, quorum interest, infrà triginta dies declarare super iuribus singulorum, & veris creditoribus, vel verè ius habentibus, iuxtà eorum anterioritatem, & potioritatem declarare, & satisfieri mandare summariè, simpliciter, sinè strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta.

Quòd banniti describantur in albo. *Cap. XI.*

QVòd banniti ex quauis causa, in tabula, seù albo publico describantur, quòd stare debeat in loco publico, vt ab omnibus legi, & videri posit, & in eodem albo describantur, qui pro tempore erunt tolerati, vel rebanniti.

Quòd bannitus in vno loco nostro intelligatur bannitus à toto nostro Statu. *Cap. XII.*

VT Banniti, & malefactores quicuuq; materiam non habeant conuersandi in Dominio nostro, statuimus, quòd banniti capitaliter in vno loco status, & Dominij nostri intelligantur banniti à toto statu, & dominio nostro, posintq; liberè, & impunè per quamcunq; personam offendi personaliter, & realiter, & etiam occidi.

De pœna receptantium bannitos, & ei auxilium præstantium. *Cap. XIII.*

REceptatores quicunq; talium bannitorum, vel eis auxilium, opemuè aliquomodò præstantes, ipso iure, & facto pœnas incurrant expressas in Capitulo 61. decretorum nostrorum.

Quòd

Quòd criminaliter non procedatur, vbi res habeat originem à contractu, vel quasi. Cap. XIV.

NE subditi nostri ex quorumdam iniquorum malitia, plusquàm par est, vexentur, ordinamus, ne de cœtero contrà aliquem ad alterius instantiam procedatur criminaliter, siuè per accusam, aut querelam, siuè denuntiam, si assertum delictum, pro quo processum fuerit, aut procedetur, originem habuit à contractu, vel quasi, vel sapiat contractus naturam, sed parte rea instante processus sit nullus, & partes remittantur in iudicium ciuile.

De modo procedendi super animo deliberato. Cap. XV.

STatuimus autem, quoniàm aliud est habuisse animum committendi maleficium, aliud animum deliberatum, seù præmeditatum illud committendi, quòd officiales nostri ad id deputati, non possint aliquem de animo deliberato inquirere, & minùs condemnare, nisi indicia vrgentia extent dicti animi deliberati.

De percutiente aliquem cùm vase fœtido. Cap. XVI.

SI quis conttà aliquem proiecerit vas aliquod fœtidum aliquid continens, vel id fieri fecerit, ipso facto incurrat in pœnam scutorum centum, & si non habuerit in ære, mittatur ad triremes per quinquenium, si sit habilis ad remigandum, sin minùs, amputetur ei manus dextra, vel altera, si sit potentior.

De applicantibus fœtidum aliquod ostijs alicuius, & libellos famosos. Cap. XVII.

QVicunq; fœtidum aliquod, vel ignominiosum applicauerit ostio, portæ, vel muro, aut fenestræ domus, quam quis habitat, incurrat ipso iure, & facto pœnam scutorum centum, & si non habet in ære transmittatur ad triremes per quinquennium, si sit habilis ad remigandum, sin minùs, manus dextra ei amputetur, & idem statuimus in eo, qui famam alicuius personæ denigrare, aut diffamare in scriptis præsumpserit.

De verbis iniuriosis. Cap. XVIII.

QVicunq; dixerit alicui verba iniuriosa, vel contumeliosa, contrà aliquem, puniatur in lib. tribus cameræ ipso iure, & facto applicandis: Potestas tamen, vel iusdicens valeat dictam pœnam augere, & mitigare, considerata personarum, verborum, ac loci qualitate, si vero iniuriatus fuerit Potestas, vel iusdicens, condemnetur iniurians in libris viginti pro qualibet vice, quam pœnam incurrisse intelligatur ipso iure, absq; aliqua alia condemnatione, non tamen dicatur illata iniuria alicui officiali, si quis dixerit Iudici, voi mi fate torto, vel quid simile.

De insultu. Cap. XIX.

QVicunq; contrà aliquem insultum fecerit, si sinè armis, & non percusserit, puniatur in sol. triginta, & cùm armis, & non percusserit vt sup. in libris quinque,

ſi verò ad domum habitationis inſultum fecerit ſinè armis in lib. decem, ſi verò cùm armis ferratis, ſeù quæ ſint de ferro, & non percuſſerit vtſuprà, in libris quinquaginta, ſi verò inſultans in caſibus ſupraſcriptis percuſſerit, puniatur vltrà prædicta, de percuſſione, prout in infraſcriptis ſtatutis continetur.

De percuſſionibus ſinè armis. *Cap.* XX.

QVicunq; percuſſerit aliquem non appenſatè,& ſinè animo deliberato,ſinè armis, & ſinè ſanguinis effuſione, puniatur pro prima percuſſione in ſolidis centum, & pro qualibet alia percuſſione facta ſinè ſanguinis effuſione, & ſinè armis vtſuprà, in ſolidis ſexaginta, ſi verò animo deliberato, in caſibus ſupraſcriptis, pro prima percuſſione in libris decem, & pro qualibet alia percuſſione animo deliberato facta ſinè armis, & ſanguinis effuſione vtſuprà, in ſolidis centum, ſi qualitas perſonæ offenſæ, & loci non requiret, quòd in maiorem pœnam incurrat, quod arbitrio iudicis relinquitur, ſi verò cùm ſanguinis effuſione, duplicetur pæna, prout caſus euenerit.

De percuſſionibus cùm armis. *Cap.* XXI.

SI quis alium percuſſerit cùm armis,ſeù rebus quoquomodo aptis ad offendendum, & quæ ſint de ferro,non appenſatè, & vtſup. ſi in rixa, & abſque ſanguine, puniatur pro qualibet percuſſione in libris decem, ſi verò extrà rixam in libris viginti, ſi cùm ſanguinis effuſione percuſſiones illatæ fuerint, ſi in rixa, pænæ lib. vigintiquinq; percuſſor ſubiaceat, pro ſingulo vulnere, ſi verò extrà rixam, & appenſatè, pro ſingulo vulnere cùm ſanguinis effuſione, & cùm armis vtſuprà, in libris quinquaginta, niſi interuenerit qualitas animi occidendi, quo caſu vltrà pænam præfatam puniatur arbitrio Iudicis, iuxtà qualitatem facti.

De percuſſionibus cùm baſtono, lapide, vel ſimilibus. *Cap.* XXII.

SI percuſſio facta fuerit baſtono,lapide,vel ligno,vel ex aliqua alia re dura,quæ non ſit de ferro, puniatur percuſſor pro qualibet percuſſione in lib. quinq;, cum ſanguinis effuſione in lib. decem pro ſingulo vulnere,quas pænas incurrat,& incurriſſe intelligatur ipſo iure, & facto, hoc addito, quòd vbi præfata appenſatè, & ex animo deliberato committantur, ſi ſinè ſanguine in lib. viginti, ſi cùm ſanguine in libris quadraginta condemnentur.

De percuſſione in faciem. *Cap.* XXIII.

SI percuſſio illata ſit ex propoſito, & animo deliberato, ex qua cicatrix remanſura ſit, & faciem turpem reddiderit, per annum ad triremes mittatur, quæ quidem turpitudo an ſequatur ex cicatrice,remittitur arbitrio Iudicis, ſi verò cicatrix turpitudinem non afferat, incurrat percuſſor pænam librarum quinquaginta.

De percuſſione cùm àmiſſione, ſiuè debilitatione membri. *Cap.* XXIV.

SI percuſſus aliqua percuſſione membrum amiſerit, percuſſor pæna librarum ducentum plectatur, quas ſi non ſoluerit infrà dies quindecim poſt condemnationem

nem factam, simile membrum amittat, & si solum membrum debilitatum fuerit ex ipso vulnere, percussor pœna lib. centum dumtaxat puniatur.

De percutientibus sclopo, vel balista &c. Cap. XXV.

SI quis sclopo, archibusio, vel balista, autquouis alio genere tormentorum ausus fuerit quempiam aggredi, vel contrà aliquem emittere, seù exonerare, si in rixa, pœnam librarum centum incurrat, si extrà rixam, & ex proposito, pœnam vltimi supplicij, ità quòd moriatur, etiàm quòd ictus euanuerit, vel ex ictu non sequatur mors, cùm delinquens quantum in se est, actum consumauerit.

De homicidio. Cap. XXVI.

HOmicida capite puniatur, ità quòd moriatur, eiusq; bona cameræ nostræ publicentur, saluo iure creditornm, & legitima filiorum iure naturæ debita, eadem pœna puniantur mandantes, vel præstantes auxilium, consilium, vel fauorem ad id committendum, saluo si commissum fuerit homicidium fortuito casu, vel ad defensionem, etiàm quòd excesserit modum inculpatæ tutelæ, puniatur citrà mortem nostro arbitrio.

De assassinis. Cap. XXVII.

ASsasinorum tàm nomina, quàm opera detestantes, statuimus, & ordinamus, quòd quicunq; assasinus, siuè pretio, vel precibus, aliquem occiderit, vel occidere tentauerit, licet effectus non sequatur, durissima morte, prout de qualitate ipsius mortis Iudici videbitur, moriatur: quam pœnam simili modo incurrant omnes, qui humanum sanguinem sitientes, per assasinos aliquem interfici mandauerint, seù ipsis assasinis ad hoc auxilium, opemue, vel fauorem, scienter, dolosè, & appensatè d maleficium patrandum dederint, contrà quos omnes iusdicens habeat plenum, & liberum arbitrium inquirendi, procedendi, torquendi, & puniendi, prout eidem videbitur expedire.

De mandante ad homicidium pœnitente. Cap. XXVIII.

QVotiescunq; mandantem, re integra, facti mandati pœnituerit, & mandatum reuocauerit, idq; mandatario denuntiauerit, pęnam assasinij euadat, & idem intelligatur in mandatario acceptati mandati pœnitente: prædicta non vendicent sibi locum, si res priùs ad notitiam legitimam officij, vel aliter quomodocunq; in apertum peruenerit.

De latronibus viarum. Cap. XXIX.

LAtrones viarum, vel hostili more vias publicas, & seù domos inuadentes, etiàm quòd homicidium non commiserint, laqueo suspendantur, ità quòd vitam finiant, quòd si robariam, & homicidium commiserint, vel homicidium tantùm, pœna grauiori plectantur, nàm postquàm ad locum iustitiæ modo præmisso ducti fuerint, ibi cùm textura membrorum suorum in rota lignea intertexi debeant.

De occidentibus Dominos, vel familiares dolosè. Cap. XXX.

OCcidentes dolosè Dominos, vel personas, cũ quib. habitant, & moram trahunt, vel vxores, liberos, aut aliquem eorum, vel alicuius eorum, eadem pęna suprascripta puniantur, similesq; pœnas incurrant scienter, & dolosè ad id consilium, auxilium, opem, & fauorem præstantes, & dantes, & etiàm sic intelligatur de receptantibus, & occultantibus eos scienter, & dolosè vtsuprà, patrato delicto: Hi tamen receptantes puniendi non erunt, si infrà secundum diem post receptationem delinquentes Iudici competenti consignabunt, vel operam efficacem tractauerint, vt consignentur.

Quibus casibus bona confiscantur. Cap. XXXI.

BOna, res, & iura præmissorum omnium, ex tempore commisſi maleficij ipso iure, & facto confiscata, & applicata sint, & esse intelligantur fisco nostro, saluo tamen iure creditorum, & legitima filiorum iure naturæ debita.

De pœna facientis fieri abortum. Cap. XXXII.

SI quis ex proposito aliquid fecerit, vt ex eo sequatur abortus, fætus animati, pæna vltimi supplicij, & confiscationis omnium bonorum puniatur: quòd si fætus non sit animatus, secundùm qualitatem facti arbitrio Iudicis puniatur, si verò non ex proposito, sed alio modo aliquid fecerit, propter quòd abortus secutus sit, pæna arbitraria citrà mortem puniatur.

De adulterijs. Cap. XXXIII.

SI quis commiserit adulterium cum aliqua nupta, quæ non sit publica meretrix, condemnetur in lib. ducentum, & adultera in totidem cameræ nostrę applicandis, Adultera verò, si post dictam condemnationem dictas libras ducentum non soluerit intrà decem dies, denudata vsq; ad cingulum per terram grossis virgis frustetur. Non possit tamen procedi in causa adulterij, nisi ad accusationem mariti, patris, matris, soceri, seù fratris mulieris, quæ dicetur adulterium commisisse, dummodò infrà triginta dies de commisso adulterio, & non vltrà, facta fuerit dicta accusatio, dumtaxat admittatur.

De pæna stuprantis, & de raptu. Cap. XXXIV.

QVicunq; per vim rapuerit aliquam mulierem honestam, virginem, maritatam, vel viduam, & ipsam adulterauerit, vel stuprauerit, carnaliter cognoscere, vi, aut rapere nixus fuerit, in amputatione capitis puniatur, ità quòd moriatur, & si contumax in fortiam officialis non fuerit, eius bona publicentur, saluo iure creditorum, & legitima filiorum, & vtsuprà, & hæc nisi de voluntate parentum, seù proximiorum consanguineorum, eam mulierem virginem, vel viduam accipiat in vxorem, & mutuo consensu matrimonium de voluntate propinquorum vtsuprà contrahat. Præsens statutum locum non habeat in mulieribus, quæ quæstum corporis faciunt, vel sint famosæ, & publicæ meretrices. Si verò non per vim rapuerit, sed alio quouismodo

modo mulierem non maritatam, quæ non sit famosa, vel publica meretrix, stuprauerit, seù carnaliter cognouerit, puniatur in libris centum imperial. versùs Cameram nostram. Et si pænam librarum centum infrà decem dies à die condemnationis non soluerit publicè verberetur, à quibus pænis tàm vir, quàm mulier liberi sint, & exempti, si parati sint se inuicem accipere in maritum, & vxorem, & sint tales personæ, quæ de iure canonum inuicem contrahere possint. Si tamen per virum steterit, quominùs eam, quam absq; vi stuprauerit, & carnaliter cognouerit, in vxorem accipiat, teneatur vltrà dictam pænam, ipsi mulieri dare libras quinquaginta imperialium in subsidium nuptiarum. Ad huius criminis accusationem non admittantur nisi infrascriptæ personæ, scilicet: Auus, pater, filius, frater, patruus, & consanguineus, & accusatio fiat infrà triginta dies à die commissi stupri, & aliter facta non admittatur, nec procedi possit. Declarando, quòd in quantùm ad prædicta meretrix intelligatur, quæ à duobus, vel pluribus cognita fuerit, vel de qua probatum fuerit per publicam vocem, & famam, quòd sit meretrix, quo casu in volente non sit pœna. De violentia verò puniatur violentator vi cognoscens talem meretricem arbitrio Iudicis, inspecta qualitate facti, & conditione personarum.

De pœna incestus. Cap. XXXV.

INcestuosi, tàm masculus, quàm fœmina, pœnam librarum ducentum imperialium incurrant versùs cameram nostram, & maiorem pœnam corporalem arbitrio Iudicis, attenta qualitate incestus, & ex officio procedi possit.

De sodomitis. Cap. XXXVI.

SOdomitæ igne concrementur, ità quòd moriantur.

De furtis, & eorum pœna. Cap. XXXVII.

SI quis furatus fuerit res valoris solidorum decem, vsq; in centum, pro primo furto, condemnetur in duplum eius, quòd furatus fuerit, appl. Cameræ nostræ, & ad restitutionem rerum furatarum, vel valoris earum damnum passo, si verò trascenderit dictam summam verberetur, & fustigetur dictus fur per totam terram loci, vbi delictum commissum fuerit, vltrà restitutionem rerum furatarum.

Pro secundo verò furto cuiuscunq; quantitatis existat, manus dextera ipsi furi amputetur, vltrà quòd teneatur omni in casu ad restitutionem rerum ablatarum, seù valoris.

Pro tertio verò furto cuiusq; qualitatis existat, dummodò ipsa tria furta excedant summam librarum decem, laqueo per gulam furcis suspendatur, ità quòd moriatur, si verò tria furta summam librarum decem non excedant, ambæ auriculæ ipsi furi abscindantur, possit tamen Potestas, vel Iudex, si fur esset minor viginti annis, propter miserationem ætatis ipsas pœnas mitigare, considerata conditione personæ, & qualitate facti participato prius nobis negotio.

De pœna facientis sibi tributare. Cap XXXVIII.

QVicunq; per vim, vel minas, seù fraudem, sibi fecerit præstare tributum, puniatur in libris viginti quinq; imperialium pro qualibet vice, & vltrà arbitrio Potestatis, considerata qualitate personarum, & delicti.

De proditoribus. Cap. XXXIX.

IVre naturali cauetur, vt patriæ pareamus, qua languente, necesse est omnium penates condolere, cui, vt prosit, quilibet nascitur, adeò vt lugendi non sint filij, si moriantur, contrà patriam viuentes, proindè statuimus, quòd quicunq; tractauerit publicè, vel priuatim pacificum statum subuertere, faciendo dolosè, vel etiàm ordinando rebellionem alicuius terræ, castri, aut fortalitij, vel alterius loci Dominio nostro suppositi, tanquàm læsæ Maiestatis reus, & hostis patriæ, capite puniatur, & bona Cameræ nostræ ipso iure publicentur.

De crimine læsæ Maiestatis. Cap XXXX.

QVicunq; crimen læsæ Maiestatis, vel rebellionis commiserit, is ipso iure crimen læsæ Maiestatis, & rebellionis incurrisse intelligatur, vltimoq; supplicio afficiatur, & bona eius fisco nostro applicata intelligantur, vltrà alias pœnas à iure communi impositas, non possit tamen post mortem procedi nisi in casibus à iure permissis.

Si quis autem personam nostram offenderit, vel offendere attentauerit, aut practicauerit, tàm ipse, socij, & participes, quàm horum conscij, qui non reuelauerint, scindantur in frusta, locisq; eminentibus affigantur, donec consumpta erunt, bonaq; omnium eorum confiscentur, & sententia in contumaciam lata præiudicet, ascendentes verò, & descendentes, ac alij, secundùm iur. formam puniantur.

De incendiarijs, & eorum pœna. Cap. XXXXI.

SI quis dolosè in aliqua re incendium posuerit, vel poni mandauerit, & incendium passus à libris vigintiquinq. suprà læsus sit, pœna ignis puniatur, ita quòd moriatur; Si verò ab indè infrà, nisi termino quindecim dierum, post condemnationem dicti criminis, scutos quinquaginta persoluerit, oculus dexter ei eruatur, & nihilominùs damna quæcunq; læso, antequam à carceribus exeat, integrè emendet; Si verò incendium in re propria positum præter propositum in alienum vagauerit, incendiarius damnum læso in duplum resarciat, solummodò ob incendium prædictum datum, præuiaq; iudicis taxatione iuramento læsi damnum probetur.

De damnis, & guast. persol. per communes. Cap. XXXXII.

CVm vsu, & ratione compertum sit, ex incendijs, & damnis grauia incommoda, & damna sequi, vt omnium indemnitati, ac vtilitati, quantum possibile sit, consulatur, Statuimus, quòd si damnum, vel guastum datum, vel factum fuerit alicui occultè, vel palàm, tàm de die, quàm de nocte in aliquibus domibus, capsinis, fæno,

no, bladis, lignario, palcario, ex igne, vel arbores scoriando, vel alio modo, etiàm in arboribus, plantonis, vineis, viuis, vel alijs fructibus existentibus in campis, siuè sint pendentes, siuè non, per modum vasti, & depopulationis, teneantur commune, & homines illius loci, in quo tale damnum, vel guastum datum fuerit, ad emendationem ipsius damni, vel guasti, damnum passo, saluo, quòd si reperiretur malefactor, & haberet in bonis, vndè solueret, quòd tunc commune non teneatur, sed damnum passus habeat regressum contrà delinquentem, & eius bona, & vltrà talis delinquens puniatur vt in pœnis damni dati, & vltrà arbitrio Iudicis.

De præscriptione damni dati. Cap. XXXXIII.

REpellatur ab accusatione damni dati, vel guasti, præterquàm ex incendio, qui non accusauerit infrà quatuor menses numerandos à tempore damni facti, si contrà commune agatur, si verò contrà malefactores, vel mandantes, quilibet de dictis damnis, robarijs possit accusare, etiàm quocunq; tempore.

De pœna damni dati rebus communis. Cap. XXXXIV.

NVllus det damnum in fossis, vel alijs rebus communis in pæna solid orumquinquaginta, pro quolibet, & qualibet vice, vltrà emendam damni.

De pœna amouentium terminos. Cap. XXXXV.

TErminum alicuius, eo inscio, vel inuito, seù communem, dolosè amouens, publicè fustibus cædatur, & idem intelligatur, si quis inter se, & vicinum dolosè vtsuprà terminum imposuerit, vel imponi fecerit.

De falsis instrumentis, & testibus. Cap. XXXXVI.

QVicunq fecerit, vel fieri mandauerit falsum instrumeutum, vel acta publica falsa, vel fabricauerit, seù fabricari fecerit scienter aliquam cartam, vel condemnationem, aut attestationem, vel dicta testium, aut acta publica, vel aliquas alias scripturas, in totum, vel in aliqua parte, & qui dictæ falsificationi consensum, aut operam præbuerit, si fuerit Notarius, pro prima vice manus eius potentior abscindatur, & mitra vinctus in publicum producatur, & vlteriùs perpetuò banniatur. Secunda verò vice igne comburatur. Si verò non sit Notarius, & res summam librarũ centum non excedat, prima vice in quadruplum condemnetur, & per triduum continuum mitra redimitus in publicum similiter producatur: secunda verò vice manus dextra eidem amputetur; Et pro tertia igne comburatur. Ab aureis verò viginti quinq; vsq; in quingentos, pro prima vice sit pœna amissionis manus potentioris, pro secunda ignis: Si verò quingentos aureos excedat, pro prima vice arbitrio nostro in amissione manus potentioris, vel ignis inspecta qualitate facti, vel personæ, pœna puniatur, pro secunda verò vice omninò comburatur.

§. Si quis verò in causa ciuili agendo, excipiendo, vel defendendo, scienter, vel dolosè vsus fuerit, vel produxerit, vel produci mandauerit aliquod instrumentum, vel sententiam, seù acta publica, vel aliam cartam, scripturamuè, quæ falsa reperiatur, ipso

iure

iure, & facto cadat à causa, iuribusq;, & rationibus, & defensionibus, & vlteriùs eidem lingua abscindatur, & ad expensas, & interesse partis condemnetur. Eadem pæna teneatur, qui falsos testes, vel testem scienter, ac dolosè produxerit, seù eis vsus fuerit, vel induxerit, ac sollicitauerit, aut operam, & consilium præbuerit, vt falsum deponat testimonium. Si verò in causa criminali, si accusando, vel denuntiando, aut alium offendendo, pœna talionis teneatur; Si verò se defendendo arbitrio Iudicis puniatur, inspecta qualitate facti, & personæ.

§. Scienter verò, ac dolosè quis falsa instrumenta, vel scripturas vt suprà, seù falsos testes, vel testem produxisse, vel eis vsus fuisse intelligatur, & non aliter, qui post publicationem testium interrogatus, an eis vti intendat, vti se velle responderit. Et quilibet in iudicio interrogatus, an testibus, instrumentis, vel alijs scripturis vti intendat, purè, & simpliciter, & absq; aliqua conditione, vel additione, vel plica, termino vnius diei respondere teneatur, alioquin intelligatur eis vti non velle; & responsio eiusdem aliter facta pro non facta habeatur, præsens autem capitulum non vindicet sibi locum, nisi in articulatis tantùm.

§. Si quis falsum testimonium deposuerit, vt quis criminaliter condemnetur, pæna talionis, modo pœna incisionis linguæ minor non sit, puniatur; Vbi verò is, contrà quem falsum testimonium dixerit, pecunialiter mulctandus esset, mitra vinctus in publicum producatur, & lingua ei abscindatur.

§. Qui verò falsum dixerit testimonium, vt quis nocens à crimine absoluatur, illa pæna plectatur, qua reus criminis puniendus erat, vbi corpus afficiat, sin minùs lingua ipsi abscindatur.

§. Falsum verò deponens, vt quis in causa ciuili absoluatur, vel condemnetur, lingua ei amputetur.

§. Testis falsum deponens, & eum vt sup. scienter producens, reali, ac personali actione ad damna, & interesse partis, ob id causata insolidum, vnica tamen solutione sufficiente, teneatur.

De falsificantibus litteras nostras, & communis nostrarum terrarum, & aliarum personarum. Cap. XXXXVII.

SI quis litteras nostras, seù scripturas, vel sigillum nostrum, aut communis, vel Magistratus Bardi, & Complani locorum Dominio nostro suppositorum falsificauerit, vel falsificari fecerit, capite puniatur, ità quòd moriatur, litteras verò, vel sigillum alterius personæ, vel vniuersitatis, seù Collegij fasificans, vel falsificari mandans, arbitrio nostro qualitate personarum, & negotij considerata, puniatur.

De dictis testium non manifest. Cap. XXXXVIII.

IVdex, vel testis, seù Notarius, vel examinator, qui antè publicationem testium dicta eorum in totum, vel in parte cuicunq; manifestauerit, aut nutu, signo, scriptioneue propalauerit, vltrà pænam periurij, quam incurrat, in æstimatione valoris dimidiæ causæ, vel litis, pro dimidia cameræ, & pro alia accusatori appl. omninò puniatur; Et vlteriùs Notarius, vel examinator ab officio perpetuò remoueatur, nec aliquo modo restituatur.

De pœna aperientis, vel retinentis litteras. Cap. IL.

Litteras alienas aperiens, vel non restituens, pœnam librarum vigintiquinq; acmaiorem, vel minorem facti, & personæ qualitate inspecta, incurrat, Cameræ nostræ applic.

De mutatione nominis. Cap. L.

SI quis falsi nominis, vel cognominis asseueratione dolosè facta cum aliquo contraxerit, vel distraxerit, vel publicum instumentum fecerit, vel fieri fecerit, vel in iudicio, seù extrà, aliquid confessus fuerit, arbitrio nostro, qualitate facti, & personarum inspecta, citrà mortem puniatur, ac damna, & interesse parti resarciat.

De pœna prohibentium capi malefactores. Cap. LI.

SI quis per vim, vel metum, seù minas, vel aliter quouismodo prohibuerit aliquem malefactorem capi per Baricellum, vel eius familiam, vel alium officialem Burgi Bardi, & Complani locorum nostrorum, seù captum per eos, seù eorum familiam, ab eorum manibus, & potestate abstulerit, seù auferri, vel eximi fecerit, pœna pecuniaria arbitrio Iudicis, inspecta personarum, & delicti qualitate, puniatur, saluo si captus pœna mortis puniendus veniret, eo casu eadem pœna talis auferens, vel fugere faciens scienter, puniatur.

De prohibitione pignorum. Cap. LII.

PRohibens pignus alicui executori, pro prima vice incurrat pœnam librarum sex cameræ appl. & vlteriùs restituere teneatur omnes expensas propterea factas, nisi is, contrà quem commissa fuerit executio, venerit, aut miserit cùm executore præfato ad iudicem; & intelligatur prohibuisse pignus, si id actum fuerit per famulos, vel aliquem de eius familia existentem in domo ipsius; Secunda verò vice incurrat pœnam librarum duodecim appl. vtsuprà: Pro tertia verò, qua prohibuerit vtsuprà, pœnam librarum vigintiquinq; applic. vtsuprà, & grauiorem arbitrio Iudicis incurrat, de quibus credatur executori cùm vno teste, & non aliter.

De pœna committen. fraudem in officio. Cap. LIII.

QVilibet officialis communis, qui in officio sibi commisso, vel circà ipsum, dolum, vel fraudem commiserit, puniatur pro qualibet vice in libris vigintiquinq; Cameræ applic. Et hoc ipso ab omni officio communis per quinquennium continuum priuatus intelligatur, & etiàm maiori pœna plectatur arbitrio Iudicis, iuxtà facti qualitatem.

De pœna transcendentium muros. Cap. LIV.

MVros terrarum aliter quàm per portas nemini transcendere liceat, qui verò eos transcenderit, si de die, in libris vigintiquinq; Cameræ nostræ appl. puniatur, si verò de nocte, ad triremes per annum mittatur.

De pœna cridantis ad arma. Cap. LV.

NVlla persona audeat clamare ad arma, nisi primò fuerit pulsatum ad martellum per campanam, vel sibi per officiales commissum, in pœna librarum decem pro quolibet,& qualibet vice appl. Cameræ nostræ,similiterq; nulla persona audeat ad martellum campanam pulsare absq; commissione Iudicis, sub pœna, de qua suprà.

De decipientibus aliquem in ludo. Cap. LVI.

QVi fallacibus ludis,& subdolis artibus euellunt, & quodam modo rapiunt, ex imperitorum manibus pecunias,alea ludentes,vel alio genere ludi,in quibus fallacias adhibent Item res vendentes adeò artificiosè, vti pretiosas, quæ viles sint,& parui valoris, qui vulgo barri dicuntur, puniantur pœna pecuniaria, vel corporali arbitraria, pro qualitate, & modo delictorum, & non solùm ipsi, verùm & ipsis ad præmissa auxilium, aut consilium dantes. Declarantes etiàm, quòd omnes contractus facti occasione ludi, & quicquid ex eis sequatur, ipso iure sint nulli, & non valeant.

De pæna ponentis ignem, seu strinas. Cap. LVII.

QVicunq; posuerit ignem, vel strinas in zerbijs, seu boschis puniatur in libris decem imper. & vltrà ad emendam quorumcunq; damnorum factorum occasione præmissa, saluo si strina posita fuerit in suo, & de eo non exierit.

De pæna accipientis aquam molendinis. Cap. LVIII.

STatuimus, quòd nullus audeat, vel præsumat aliquam aquam de aliquo riuo, vel canali alicuius molendini communis Burgi, vel districtus Bardi, ac Complani accipere, in pœnam solidorum viginti pro qualibet vice, saluo quòd vnicuiq; impunè liceat semel in hebdomada accipere aquam, videlicet, die Sabbati hora vesperarum, & ipsa vti vsq; ad diem Dominicam proximè sequentem.

De pœna facientis fugam è carceribus. Cap. LIX.

QVilibet, qui fregerit carceres, & de ipsis fugam arripuerit, condemnetur in scutis decem auri, nec non ad refectionem carceris, pro quolibet, qualibet vice,& satisfactionem cuiuscunq; præiudicij causati ex tali fractione, casu quo alij carcerati aufugerent; si verò fugam arripuerit absq; fractione,puniatur in libris vigintiquinq; omni in casu Cameræ nostræ applic. saluo, quòd si ex tali fuga violauerit mœnia arcis loci, arbitrio Potestatis condemnetur.

De pœna mouentium bertauellos &c. Cap. LX.

NVllus audeat, nec præsumat mouere, vel leuare retia, bertauellos, nichias, vel alias texturas in fluminibus nostris Tari, & Ceni, vel de ipsis, vel aliqua ipsarum pisces auferre, nec ipsas texturas furari, in pæna lib. trium pro quolibet,& qualibet

libet vice; vltrà emendationem texturarum, cuius quidem pœnę medietas sit accusatoris, alia Cameræ nostræ, & credatur accusatori suo sacramento, cùm vno teste.

Quòd acta criminalia edantur partibus. Cap. LXI.

ACta criminalia, postquam fuerint repetita, vel pro repetitis habita, reo constituto, vel admisso, edantur infrà biduum, si petita fuerint, siuè recepta fuerint per accusationes, vel querelas, siuè ex officio, sub pæna Iudici librarum vigintiquinq; & totidem Notario negligenti, de qua censuræ subiaceant.

De tormentis, & quæstionibus. Cap. LXII.

NOn liceat Iudici subijcere aliquem alicui generi tormentorum, aut quæstionum, occasione alicuius delicti, siuè maleficij, nisi priùs receptis omnibus probationibus ab vtraque parte, si quas dare, aut facere voluerint super maleficio, vel delicto, vel eius occasione, quandò proceditur per accusationem, & nisi completa inquisitione, si per viam inquisitionis procedi contigerit, & nisi priùs data copia omnium indiciorum, quæ contrà accusatum, vel inquisitum habentur, si pro parte sua fuerint requisita, & auditis etiàm, & receptis omnibus defensionibus, & probationibus, ac oppositionibus eiusdem, & omnis processus, & quicquid exindè secùs factum fuerit, sit ipso iure nullum, & inualidum, & quilibet officialis vtsuprà contrafaciens, pœnam librarum quinquaginta Cameræ nostræ appl. & priuationis officij ipso iure incurrat, ac læso damna resarciat, & de præfatis etiam durante officio sindicari valeat, & possit, quibus peractis, si indicia sint legitima, possit Iudex contrà accusatum, vel inculpatum de maleficio ad torturam procedere, & hæc nisi à nobis fuerit aliter ordinatum.

Quòd in criminalibus non admittatur appellatio. Cap. LXIII.

A Sententijs latis in casibus criminalibus criminaliter motis, & decisis, secundùm formam præsentium statutorum, & non aliter, siuè interlocutoriæ sint, siuè diffinitiuæ, & respectu interesse partis in ea compræhensæ non possit per quempiam appellari, querelari, reclamari, nec de nullitate dici, neque in integrum restitutio peti, nec alio iuris remedio vti, sed executioni mittantur, non tamen recursus ad nos sublatus intelligatur.

De duplicatione pænarum. Cap. LXIV.

SI commissa fuerint delicta de nocte, vel in platæis, pœnæ pecuniariæ ex præsentibus statutis impositæ, duplicentur; Et intelligatur nox à pulsatione Aue Maria, quæ de serò pulsatur, vsq; ad sonum campanæ in mane pulsantis Aue Maria.

De remissione fienda propter confessionem, & pacem. Cap. LXV.

IN delictorum condemnationibus pecuniarijs, habenti pacem ab offensis quarta pars condemnationis fiendæ, & alia quarta pars confitenti delictum remittatur.

Nolumus tamen præfata locum habere in violentis, ac furtis, in quibus statuta ad vnguem obseruentur.

De turbatione possessionis. Cap. LXVI.

QVicunq; aliquem in possessione, seù quasi rei immobilis, vel iuris existentem, turbauerit, puniatur, prout ordinatum, & statutum fuit suprà lib. ciuili cap. 144.

Quòd occupator, inuasor, vel turbator, non possit referre quæstionem Dominij. Cap. LXVII.

NVllus occupator, turbator, vel inuasor, quicunq; fuerit, rei immobilis, possit referre aduersario aliquam quæstionem iuris, vel dominij, etiàm notoriam, & notoriè apparentem, & etiàm incontinenti probari oblatam, siuè agatur ciuiliter, siuè criminaliter, vel qualitercunq;.

De choreis. Cap. LXVIII.

SVper festis, quæ pro tempore fiunt, dùm choreæ ducuntur, seù balatur, nullus audeat vti ergà alium actu, vel verbo iniurioso, vel inhonesto, sub pœna librarum decem, & maiori pœna arbitrio Iudicis, iuxtà facti qualitatem, versùs cameram &c.

De falsa moneta. Cap. LXIX.

SI quis falsam monetam, vel denarium scienter expendiderit, puniatur in ictibus tribus funis in publicum sibi dandis irremissibiliter, & seù etiàm alia maiori pœna arbitrio nostro, & scientia in expendente præsumatur, nisi contrarium doceatur.

De armis non portandis. Cap. LXX.

NEmini liceat super mercatis, festis, seù tripudijs, nec intrà ecclesias statuš nostri, arma aliqua deferre hastata, archibusios, aut balistas, eis balistis exceptis, quæ sunt ad aucupandum, sub pæna scutorum trium auri, & alia etiàm maiori, & corporali, arbitrio nostro imponenda, præcipiendo, prout sub eadem pæna præcipimus, cauponis, seù facientibus hostariam, quòd admoneant venientes ad tripudia, quæ ipsi fieri faciunt pro tempore.

De saxis, & alijs armis. Cap. LXXI.

PAriter non liceat alicui saxa deferre, pilam ferream, aut plumbeam aptam ad offensam, sub pæna ictus vnius funis in publico ei infligenda, à qua pæna possit se eximere soluendo Cameræ nostræ libras quinquaginta imper.

De vnionibus. Cap. LXXII.

CVilibet interdictum sit vnionem, & conuenticulam aliquam facere illicitam, & reprobatam, cum hominibus armatis, sub eadem pæna de qua in statuto præcedenti & alia arbitrio nostro infligenda.

De

De falsis testibus. Cap. LXXIII.

ET quoniam nimis creuit iniquitas, & abusus multorum, qui amore, gratis, aut pretio, aut alia de causa præsumunt litem mouere contrà aliquem, fictis testibus præparatis ad testificandum falsum, vel tacendum veritatem, volentes huic errori pessimo occurrere, decernimus, quòd nemo audeat, vel præsumat vocatus ad testificandum, dicere falsum, aut tacere verum, super his, super quibus examinabitur, in aliqua lite ciuili, criminali, vel mixta, quod si secùs fecerit, criminis falsi in primo capite leg. Cor. de fals. ipso iure, & facto pœnam incurrat, etiam si falsitas sit nocitura, vel non nocitura.

De non turbando aliquem in possessione. Cap. LXXIV.

QVicunq; turbauerit aliquem in sua pacifica possessione, vel quasi rei mobilis, vel immobilis, de facto, aut etiam eum spoliauerit, vltrà dispositum suprà libro ciuili capitulo 144. sub rub. de occupatoribus, inuasoribus, & turbatoribus possessionis, sit iure suo priuatus.

De Medicis, Chirurgis, & Tonsoribus. Cap. LXXV.

QVilibet Medicus, Chirurgus, & Tonsor teneatur referre apud acta Prætoris loci quemcunq; ei contingerit medicare, pro aliquo vulnere, seù percussione illata, & hoc statim post primam vicem, quam medicauerit dictum offensum, sub pæna scutorum quinque Cameræ nostræ app.

De non sepeliendo occisum statim. Cap. LXXVI.

NEmo audeat sepulturæ tradere, aut tradi facere aliquem, qui morte violenta aliqua fuerit interemptus, donec fuerit corpus, & cadauer illud visitatum per officialem criminalium, sub pœna scutorum decem Cameræ nostræ applicanda.

De non habitando extrà Dominium. Cap. LXXVII.

NVllus ex subditis nostris alibi habitare, & domicilium contrahere extrà dominium nostrum possit, sinè licentia nostra, sub pœna indignationis nostræ, & bonorum confiscationis ipso iure.

Quòd procedatur etiam ex officio. Cap. LXXVIII.

ET insuper statuimus, quòd in omnibus præfatis casibus, & similibus procedatur etiam ex officio, tametsi querela, vel denuncia data fuerit, ne delicta remaneant impunita.

Quòd pœnæ pecuniariæ censeantur Cameræ applicatæ, vbi de eis non est dispositum. Cap. LXXIX.

ORdinamus etiam, quòd omnes pœnæ pecuniariæ contentæ suprà, & infrà, censeantur, & intelligantur applicatæ Cameræ nostræ, vbi de eis aliter non est prouisum, & ordinatum.

FINIS.

Tabula rubricarum statutorum criminalium.

De præ-

ORDINI, E DECRETI
DA OSSERVARSI IN
BARDI, E COMPIANO,
Territorij, e pertinenze de medesimi.



NON essendo stato prouisto co' statuti di Bardi, e di Compiano à molte cose, che habbiamo stimate hauer necessità di prouisione, e perche la variazione de tempi fà, che molte volte è necessario variar le leggi, habbiamo voluto à sodetti Statuti aggiongere gl' infrascritti decreti, quali vogliamo, che siano inuiolabilmente osseruati in detti nostri Stati di Bardi, e Compiano, lasciando però nel suo vigore i sodetti statuti, che in quelle cose, che non saranno da Noi corretti con i presenti decreti vogliamo pure, che vengano perfettamente osseruati.

De giorni feriati. Capitolo I.

NElli statuti di Bardi, e Compiano vi sono molti giorni feriati da osseruarsi dal Podestà, che per esser molti, portano danno alli litiganti. Ordiniamo però per i presenti nostri ordini, che detto Podestà, Luogotenente, o altri possa sedere, dar audienza, negotiare, e spedire tutti li giorni, eccetto li festiui comandati dalla Santa Madre Chiesa, non ostante detto Cap. de ferijs, num. 46. che comincia omnes dies totius anni, e finisce hominum introductus, il quale annulliamo, e che sia di niun valore, approuando tutti gli atti, che in detti giorni si sono fatti, e si faranno.

Della elettione de Sauij. Cap. II.

ORdiniamo, che ciascuno anno nelli luoghi nostri di Bardi, e Compiano, si eleggano diuersi vfficiali, come sono Sauij, Consoli, Massari, Magistrali ò sia Vicarij delle prouisioni, & estimatori. Comandiamo, che ogni anno al principio di Gennaro, nelli detti nostri luoghi del Borgo di Bardi, e Compiano, e Ville di essi luoghi, quali fanno, e sono solite fare Comuni, si eleggano li Sauij, che sono soliti eleggersi in ciascuno di essi, e nella elettione di detti Sauij si osserui la forma infrascritta, cioè, che li Sauij già eletti debbano, e siano tenuti ogni anno del mese di Decembre, sotto pena di trè scudi per ciascuno di loro, che contrafarà, d'applicarsi alla Camera nostra, nominare, e dare in iscritto al nostro Podestà del luogo li nomi, e cognomi di quattro huomini de migliori, più prattichi, e più idonei, e de i più sufficienti de detti luoghi, e ville respettiuamente, de quali poi possiamo eleggere vno per qua-

lunque nominatione si farà per qual si voglia di detti Sauij, come di sopra, eleggendo per Sauio per l'anno prossimo auuenire all'hora, & così si faccia di anno in anno in perpetuo.

Della elettione de Consoli, e dell'autorità, e carico loro. Cap. III.

VOgliamo, e comandiamo, che il modo, e forma soprascritta di creare li Sauij, si osserui anco nel creare li Consoli per li tempi a venire, cioè, che come di sopra, sia dato per ciascuno Sauio delle terre, e ville della nostra giurisdizione in iscritto i nomi di quattro più legali, buoni, & esperti, e più sufficienti huomini ad essercitare tali vfficij, de quali così nominati possiamo eleggerne vno per qualunque luogo, e villa solita ad hauer Console, & in Console hauerlo, e deputarlo. Ordiniamo, che i Consoli, che ogni anno per l'auuenire si eleggeranno per noi persone più idonee, e sufficienti, siano obligati non solo quelli del Borgo di Bardi, e Compiano, mà ancora delle ville, esigere le taglie, e denonciare i maleficij, eccetto gli adulterij, e stupri, che spettano alli compresi nello statuto sotto la Rubrica de adulterijs, & Rubrica de pœna stuprantis &c. che occorreranno nelli loro Comuni respettiuamente, & altri carichi, con i soliti salarij, & emolumenti à detti Consoli: e siano obligati denonciare gli homicidij, ferite, robbarie, incendij, e tutti gli eccessi, che saranno da qual si voglia persona, comune, collegio, & vniuersità commessi. E siano obligati detti Consoli, tutti li danari, che riscuoteranno di tempo in tempo, subito sborsargli in mano del Massaro, ò Tesoriero, e con ogni diligenza riscuotere ciò, che sarà di tempo in tempo da essere riscosso, sotto pena di duoi scudi verso la Camera nostra, oltre l'emendatione d'ogni danno, & interesse, che patiranno li Comuni respettiuamente.

Della sigurtà de Consoli. Cap. IIII.

EParimente ordiniamo, che detti Consoli siano obligati, e ciascuno di loro respettiuamente, auanti l'amministratione del suo vfficio, e fatta, & accettata la nominatione loro, promettere, e dare sigurtà all'vfficio del Podestà in forma amplissima, di essercitare, & amministrare il loro officio, e come di sopra, e di rendere conto di quanto haueranno maneggiato.

Della elettione degli Estimatori. Cap. V.

VOgliamo, che il medesimo si osserui nell'eleggersi Estimatori, quali siano deputati ad estimare non solo li danni dati di tempo in tempo, ma ancora li luoghi, e case, secondo le occorrenze, per minore dispendio de nostri sudditi, con che però fatta l'elettione come di sopra debbano dare sigurtà all'vfficio del Podestà, e giurare di fare le dette estimationi giustamente, rimossa ogni passione, odio, & affettione, pigliando per rispetto delle case, e terre informationi da huomini da bene del consolatico, doue estimeranno della bontà, e valore di dette terre, e case, se gli troueranno, e non gli trouan-

do, giureranno non gli hauere trouati, sotto pena di quattro scudi verso la Camera nostra, ogni volta, che mancheranno del debito loro.

Della elettione del Tesoriero, ouero Massaro. Cap. VI.

ORdiniamo, che il Tesoriero, ouero Massaro si elegga ogni anno per Noi, e che detto Tesoriero, ò Massaro, sia obligato fatta, & accettata l'elettione, e nominatione sua, promettere, e dare sigurtà all'vfficio del Podestà in amplissima forma, di amministrare, & essercitare bene il suo vfficio, e di rendere conto di quanto hauerà maneggiato.

Di più vogliamo, che detto Massaro riscuota tutte le accuse del Magistrale, e delli danni dati, le quali riscosse, che hauerà, ne dia la parte toccante alla Comunità, al Podestà, Notaro, e Magistrale, conforme à quello, che per gli statuti, & ordini à ciascuno tocca, per le quali esattioni habbia detto Massaro per sue fatiche cinque per cento. E sia obligato à ogni Conseglio, cioè trè volte l'anno dar conto de suoi danari in mano de Sauij à pieno Conseglio, che ciò appaia al libro della Comunità, e non lo facendo incorra nella pena di scudi dieci per ogni volta, d'applicarsi alla Camera nostra, e da esigersi per il Fiscale.

Della elettione del Contrascrittore, e suo officio. Cap. VII.

ORdiniamo, che si elegga ogni anno vn Contrascrittore, quale da noi sarà constituito, & eletto, il quale di tutti li danari, che si sborseranno per detto Massaro, debba tener conto, e di quello, che si hauerà da spendere, e sborsare, ne debba dare commissione in iscritto al detto Massaro, & in caso, che detto Massaro sborsasse danari senza il mandato del Contrascrittore, s'intendano, che paghi de suoi proprij, al quale Contrascrittore gli constituiamo il solito salario, da essergli pagato da dette Comunità, & habbia le infrascritte autorità, e carichi.

E primo, che detto Contrascrittore del Borgo di Bardi, e Compiano, sia capo, e guida del Conseglio, ò Comune respettiuamente, & habbia autorità di far congregare esso Consiglio, ogni volta, che à lui parerà, per interesse di dette Comunità, con interuento però del nostro Podestà, e delli Sauij di tutta la giurisdittione respettiuamente

Secondo, che detto Contrascrittore del Borgo di Bardi, e Compiano, habbia à proporre tutte le cose, che à lui parerà, e si hauranno à trattare in dette Comunità, saluo, se à noi parerà, che altri proponga per qualche causa particolare.

Terzo, che non si possa proporre, ne concludere in dette Comunità cosa alcuna, ne scriuere lettere, ne mandare persona in nome di esse Comunità, ò fare altri atti à nome suo, senza participatione, & interuento di esso Contrascrittore respettiuamente del Borgo di Bardi, e Compiano, ouero di alcuno idoneo sustituto suo, in caso di sua absenza, da esser approuato da Noi, ò nostro Podestà del luogo in nostra absenza.

Della elettione del Magistrale, e di quello, che è tenuto à fare. Cap. VIII.

PArimente ordiniamo, che il Magistrale, ò Vicario delle Prouisioni, sia eletto da Noi, ò nostri successori di tempo in tempo, e sia tenuto seruare la forma infrascritta, e perciò comandiamo, e vogliamo, che il detto Magistrale, ò Vicario delle Prouisioni, debba nel principio, & ingresso dell'vfficio suo, in termine di giorni quattro, cominciando al primo del detto ingresso, giurare di essercitare il detto suo officio fedelmente, e senza alcuna estorsione, ò corrotela della giustitia, in mano del Podestà, sotto pena di scudi cinque d'essere applicati alla Camera nostra.

Item, che il Magistrale, che è di presente, e per l'auuenire sarà, debba fare l'vfficio suo per se stesso, e non sustituto, nel Borgo di Bardi, Compiano, e Pieue, e nelli altri possa metterui vna persona in suo luogo, & andare per le ostarie, botteghe, e case, vedendo, e prouedendo, che gli Osti, Beccari, e quelli, che fanno pane venale, & altri bottegari, facciano il debito suo, nel vendere, e comprare secondo gli ordini, e gride sopra ciò disponenti, sotto la pena di scudo vno, per ciascuno, e ciascuna volta, che detto Magistrale, con vn Notaro mancheranno di fare il debito loro, e che similmente debbano tenere conto al libro di tutte le condannationi, che faranno, & acciò, che detto ordine habbia effetto, sia obligato il Notaro, sotto pena di scudo vno d'oro, da esser applicato alla prefata Camera, per ogni volta, che mancherà, frà sei giorni, subito saranno fatte accuse alcune, dare dette inuentioni nelle mani del Massaro della Comunità, qual sia obligato riscuotere, & esigere dette inuentioni tutte intieramente, frà giorni venti, che gli saranno state date nelle mani, e non le riscuotendo, essendo esigibili, sia obligato pagare del suo, & in ogni Consiglio sia obligato renderne conto alla Comunità, all'vfficio, e Magistrale, per la parte sua, e per sua mercede, e fatica, habbia detto Massaro cinque per cento di dette condannationi, e che il Podestà, Notaro, e Magistrale, non ardiscano disporre cosa alcuna della terza parte contingente alla Comunità, sotto pena di scudi dieci, e la refattione di quello haurà disposto.

Che il Magistrale, e Notaro, vadano ogni mese à visitare le ville, circa il suo officio. Cap. IX.

E Più acciò che sia proueduto alla pouertà delle ville, che detto Magistrale, insieme con vn Notaro, & vn Corriero, siano obligati, almeno vna volta il mese l'Estate, andare per la giurisdizione, e ville, prouedendo, e ricercando, sotto pena d'vno scudo, ogni volta, che essi mancheranno, e l'Inuerno ogni due mesi vna volta.

E più sia obligato detto Magistrale bollare il pane, col bollo à ciò fatto, ne lasciare vendere pane, che non sarà bollato, nelli luoghi però delle terre, e non nelle ville, sotto pena di mezo scudo per ogni ruota di esso pane, da esser esatto dal Fiscale.

Che il Magistrale ogni giorno di mercato sia obligato scriuere il prezzo del grano alla banca. Cap. X.

E Più sia obligato detto Magistrale, sotto pena di soldi quaranta, per ogni volta, che mancherà, ogni giorno di mercato fare scriuere alla banca almeno due prezzi di formento venduto in piazza quel giorno, acciò che si sappia, come si hà da dare il calmero del pane venale. E detto Magistrale debba tenere copia delli detti capitoli seco, per vedergli, e potergli mostrare à chi gli ricercherà.

Degli ordini delli Beccari, Osti, e Panatieri, & Artisti, e che diano il giusto peso, e misura Cap. XI.

Ciascuno terriero, ò forastiero, che voglia fare, ò faccia essercitio di vendere, ò di comprare qual si voglia sorte di robba, ò di riuendere, sia obligato, in termine di sei giorni, giurare in mano del Podestà di essercitare l'vfficio, & essercitio suo, dà huomo da bene, sotto pena à chi non giurerà in detto termine di mezzo scudo. Et ogni volta, che venderanno merci, e robbe, che non siano alla pesa, ò misura, paghi per oncia, che mancherà soldi vinti, e non essendo alla misura del braccio, paghi mezzo scudo per braccio, se sarà cosa di seta, eccetto il bindello, e altre cosette simili, le altre soldi vinti, lo staro soldi vinti, e ogni volta, che contrafaranno, essendo obligati vendere per suoi danari, à chi ne vorrà, con le misure, e pese giuste, e bollate, ne possa contrafare, ne fare contrafare in maniera alcuna robba d'alcuna sorte, sotto pena di scudi quattro, essendo in grosso, e se minuto, scudi duoi, d'applicarsi la metà all'vfficio del Podestà, e Magistrale.

Sopra il Bollare le pese, e misure. Cap. XII.

Ciascuno, il quale hà stadere, pese, pesaroli, bilancie, marchi, campioni, stara, mine, stopelli, passi, bracci, boccali, mezze, e qualunque altra sorte di misure, e pesi, sia obligato à tenergli giusti secondo la misura, e pesi della Comunità, e fargli riuedere, bollare, e giustare dal Magistrale del luogo deputato, in termine di giorni quindici gli huomini del luogo, e quelli delle ville in termine di vn mese, da cominciarsi dal primo giorno di cadauno anno, sotto la pena à ciascuno, per ciascuno instromento di mezzo scudo, e frà tanto, che nõ saranno bollati, e giustati non gli possano vsare, sotto la medesima pena. E si paghi al Vicario per le mercedi del bollare, per ogni bollo vn soldo, e trè per giustare vna misura, che non sia mai stata giustata.

Che li panicocoli, & Osti facciano il pane alla pesa, e stagionato. Cap. XIII.

Ciascuno, che farà, ò farà fare pane da vendere, nõ lo facẽdo secõdo il calmero, che gli sarà dato dal Vicario, buono, bianco, e ben cotto, e ben stagionato, pagherà, per ciascuna volta, e ciascuna oncia, che mancherà ciascuna ruota di pane, soldi due, e nõ habbiano ardimẽto di portare via il pane dal forno, se prima nõ sarà stato pesato, e bollato col bollo, che per questo effetto si tiene, dalli detti Vicarij, ò dà altri à ciò deputati, sotto pena per ciascuna volta di soldi vinti, oltre la perdita del pane, & alli fornari, che glielo daranno, ò lo lascieranno portare via, mezzo scudo, senza

bollarlo: e questo s'intenda nelle terre, e non ville, & in oltre siano obligati à venderne à ciascuno, che ne vorrà, sotto la pena di soldi vinti, e non possano tenere pane del calmero vecchio nascosto, ne venderne, e siano obligati ogni volta, che saranno ricercati, ò addimandati, se hanno pane da vendere, formento, ò farina in casa, palesarlo, sotto pena di soldi vinti.

Che gli Osti siano obligati tenere le misure giuste, e dare vino puro secondo il calmero. Cap. XIV.

Ciascuno Oste, e come sopra, che venderà vino, ò in grosso, ò à minuto, sia obligato tenere i boccali, e i mezzi boccali, ò siano da vno, ò siano da due, ò da quattro boccali, giusti, e segnati del bollo dei Vicarij, e non possano tenere boccali da vn boccale, e mezzo, ne dà due, e mezzo, ne da tre, e mezzo, ne boccali di sorte alcuna grandi, ò piccoli, che non siano giusti, e bollati, sotto la pena per ciascuna volta, e per ciascuno boccale, di vno scudo, eccetto però nei barattoni, con i quali non possano vendere, mà solamente tenergli per seruirsene à loro bisogno, per cauare vino, il quale poi misureranno cō gli boccali dà misura, e i barattoni s'intendano da quattro boccali in sù, e siano obligati dare à ciascuno, dà ogni tempo, che gli ricercherà, del vino puro, e senza acqua, e senza corrottela alcuna, sotto pena per ciascuna volta, in ciascuno di detti casi, di mezzo scudo, e sia obligato ciascuno Oste dare il vino, secondo il calmero, che dal Magistrale gli sarà datto, sotto pena di soldi quaranta per ciascuno, ciascuna volta sara contrafatto, e non possano i detti Osti imbottare vino in poca, ne assai quantità, senza la presenza del Magistrale, ò senza sua licenza, sotto la pena di mezzo scudo, tante volte dà essere tal pena commessa, quante volte sarà contrafatto.

Che i forastieri, e terrieri non possano vendere robba mangiatiua senza il calmero. Cap. XV.

Ciascuno, etiam forastiero, non possa vendere sorte alcuna di robba, alla quale non sia determinato prezzo, ò Calmero, come sarebbe i pesci salati, se prima non vi è ordinato il prezzo da i Vicarij, con interuento del Sauio, e Console, sotto la pena per ciascuno, e ciascuna volta di soldi vinti, oltre la perdita della robba, e quelli, che portano à vendere à manechie, ò paletti le debbano dare al giusto numero, cioè cento per fasso, alla pena di soldi dieci per cadauna volta, oltre la perdita delle sopradette robbe respettiuamente.

Di non portare grassa fuori della giurisdizione. Cap. XVI.

Niuno, ò sia terriero, ò sia forastiero, e come di sopra, habbia ardimento portare fuori della giurisdizione, sorte alcuna saluaticine, ne seuo, ne candele di seuo, sotto pena per ciascuna persona, e ciascuna volta di vno scudo, oltre la perdita della robba, dà applicarsi la metà all'accusatore, da credergli, se hauerà vn testimonio non sospetto.

Delli Beccari, e loro esercitio, & obligo. Cap. XVII.

NIuno Beccaro habbia ardimento di ammazzare sorte alcuna di bestie, eccetto li Capretti, se prima non è condotta alla beccaria, e veduta viua dal Vicario, e Sauio del luogo, e non habbiano ardimento ammazzarla in casa, ne altroue, mà solamente alla beccaria publicamente, sotto pena per ciascuna bestia, ò per ciascuno, di mezzo scudo, e siano obligati ammazzare i Capretti, e vendergli à libra, e non à occhio, tenendone à sufficienza, e finiti i Capretti, ammazzare delli Agnelli, Vitelli Manzoli, Castrati, & altre bestie secondo la stagione, mantenendone à bastanza, di maniera che per niuno tempo non manchino le carni alla Terra, sotto la pena di mezzo scudo à ciascuno, e per ciascuna volta, e siano obligati à venderle à ciascuno della Giurisdizione, ò forastiero, ò pouero, ò Ricco, che gliene domanderà. Non possano vendere carne gramignosa, ò morbosa, ne vna carne per vn'altra, ne tenerla meschiata. E volendo il Compratore più sorte di carne, siano obligati à pesargliela separatamente l'vna da l'altra, facendosi pagare ciascuna secondo il Calmero à loro dato, sotto la pena di mezzo scudo, e siano obligati li detti beccari, tagliare via ad ogni sorte di bestie dalli ginocchi in giù, e non gli possano vendere con le dette carne, ne tampoco vendere le milze, fegato, e coradelle, insieme con la carne, mà venderle separatamente. Essendo alcuno ricercato dalli Maestrali di pesare la carne, non gli possa fare resistenza, ma gli lasci fare l'vfficio suo; e sia obligato dire la verità della quantità della carne con loro giuramento, sotto pena di mezzo scudo per ciascuna volta, e non possa persona alcuna mettere mano à scorticare sorte alcuna di bestie, ò sia grossa, ò sia minuta, la quale sia morta all'improuiso, ò sia stata inferma, senza espressa licenza del Maestrale del luogo, sotto pena di vno scudo per ciascuno, e per ciascuna volta.

